TOMUS SECUNDUS

AB A. MCXLIII AD A. MCXCVIII

REGESTA
PONTIFICUM ROMANORUM

AB CONDITA ECCLESIA

AD ANNUM POST CHRISTUM NATUM
MCXCVIII

EDIDIT

PHILIPPUS JAFFÉ

EDITIONEM SECUNDAM CORRECTAM ET AUCTAM

AUSPICIIS

GULIELMI WATTENBACH

PROFESSORIS BEROLINENSIS

CURAVERUNT

S. LOEWENFELD, F. KALTENBRUNNER, P. EWALD

TOMUS SECUNDUS

(AB A. MCXLIII AD A. MCXCVIII)



LIPSIAE

VEIT ET COMP.

1888

Impresserunt METZGER & WITTIG, Lipsiae.

PRAEFATIO.

Non absque magno dolore alterum hunc Regestorum tomum in lucem proferimus, cum Paulum Ewald, qui haud exiguam operis partem perfecit, quominus de communi labore perfecto absolutoque laetaretur, acerbum et iniquum fatum prohibuerit. Sed eius memoriam quoad vivemus pio semper animo retinebimus, omnesque illos qui opera ab eo in paparum regestis impensa fruituri sunt, retenturos esse pro certo habemus.

Opus quod socius noster imperfectum reliquit, ipse perficiendum suscepi; cum vero perpaucae superessent schedae ad illud pertinentes, quatuor fere mensibus opus erat, ut quae in Regestis inde a Gregorio I. ad Iohannem VIII. (590—882) aut corrigenda aut supplenda erant, in unum colligerem, investigarem, typisque mandata purgarem. Neque tamen altior sollicitudo me deserit, ne scilicet rei exitus doctissimorum virorum exspectationi non omnino respondeat. Alio iam loco, benevole lector, veniam tuam imploravi iterumque imploro, si qua aut praetermissa aut male correcta vel addita a me esse animadverteris; neque enim in hac operis parte aeque sum versatus ac lugendus praedecessor meus.

Menda inesse in libro nostro nemo mirabitur, dum considerat, praeter magnam multitudinem notitiarum ad pontificum Romanorum electiones, consecrationes, obitus, ecclesias dedicatas, synodos pertinentium, eum plus quam 18000 regesta bullarum ac brevium continere. Haud raro enim accidit, ut librum quendam, quo ad absolvendam investigationem opus erat, frustra a bibliothecarum praefectis peteremus. Numquid exspectandum nobis erat, usque dum in scrinium suum rediret? Quisnam non intelligit, quantum ad tempus plane infinitum labor noster tunc protactus fuisset, cum a viris historiae studiosis operis finis iam diu desideraretur? Saepius praeterea occurrit, nos quaestiones quasdam de fide documentis concedenda vel abneganda non satis habuisse exploratas vel explorare non potuisse. Id quod ubique palam confessi sumus, minime verentes, ne praecipiti quorundam censura ob id vituperaremur. Est enim ars et scientia quaedam nesciendi.

Unicuique primam et secundam Regestorum editionem comparanti ut diversitatem temporum imprimis consideret suademus. Status etenim rei litterariae praesertim historicae anno circiter 1850 hic erat, ut Jaffeus ne decem quidem libros invenire posset, quibus aut fides epistolae aut tempus aut textus arte critica investigarentur; exempli gratia libros inscriptos „Jahrbücher des Deutschen Reichs unter dem Sächsischen Hause herausg. v. Leop. Ranke“, vel libros de Lothario III. et Conrado III. ab ipso Jaffeo compositas vel Lud. Aemil. Richteri libellum.

Econtra intra spatium dierum, qui exinde transierunt, quae multitudo librorum, qui numerus dissertationum academicarum, commentationum et notitiarum in variis variarum litterarum commentariis in lucem prodierunt! Quanta est novarum editionum copia! Sane plus semel desperare coepimus anxietate correpti, ne ingens harum rerum moles nos pene obrueret. Sed spes nos sustinuit et egregii viri Guilelmi Wattenbach benevolentia, cuius auspiciis opus aggressi sumus et ad finem — utinam felix iudicetur — perduximus.

Aequissimus tomi primi iudex optavit ut altero tomo dissertationem adiungeremus similem illius, quam Jaffeus suae editioni adiunxerat. Quae de variis annorum designandorum generibus in cancellaria pontificia usitatis dicenda erant, tam perfecte dixit illustrissimus ille Regestorum editor, ut verbotenus eius praefationem repetere non dubitaverimus. Sed rem diplomaticam minime tractavit nec tractandi eam hic videtur esse locus. Quae ad characteres bullarum interiores vel exteriores pertinent, ea et Jaffeus et nos singula singulis locis annotanda esse duximus.

Multa sunt, quae dum opus nostrum typis mandabatur, in lucem prodierunt. Haec in fine voluminis aut in Addendis et Corrigendis aut in Supplemento reperiuntur; cur hoc ab illis seiungeremus, infra exposuimus pag. 687. Concordantiam quam praebemus numerorum hoc consilio instituimus, ut quo loco vetus quisque numerus in secunda editione inveniatur indicaremus. Ultimum, ut par est, libri locum obtinet index initiorum; de cuius indole ac usu anteposita praefatiuncula disseruimus, ad quam lectorem revocasse sufficiat.

Iucundissimum restat officium, ut doctissimis viris, qui magnopere saepiusque me in conficiendo hoc tomo adiuverunt, gratias quam maximas dicam. Ante omnes nominandus est Leopoldus Delisle, cuius liberalitas numquam nobis defuit; deinde vero comes Hugo Balzani Romanus, Edmundus Bishop, qui nunc in monasterio S. Gregorii Bathoniensi moratur, Henr. Bresslau, A. Clerval Carnotensis, Delaville le Roulx Parisiensis, Gilbertus Dolan O. S. B. Bathoniensis, Ern. Dümmler, H. Finke, Fidel Fita Matritensis, Paulus Hinschius, O. Holder-Egger, Paulus Ladewig, Felix Liebermann, Engelbertus Mühlbacher, comes Paulus Riant, Ulyxes Robert, Reinh. Röhricht, Paulus Scheffer-Boichorst, Theodorus de Sickel, Ludovicus Weiland, Willelm. Wisbaum, et stud. phil. Bröcking et Koehnke. Accedunt, qui singulis notitiis opus nostrum locupletarunt, Paulus Maria Baumgarten, Basilius Bolotov Petropolitanus, Bretholz instituti Austriaci sodalis, P. Henricus Denifle O. P., Richardus Doebner, Arthurus Giry Parisiensis, P. Willibaldus Hauthaler, Kar. Koehne, Bruno Krusch, Berth. Lasch, Marcus Maurer, Henricus Meissner, Geroldus Meyer de Knonau, de Ottenthal, Rosbach Trevirensis, Tangl Vindobonensis, Karolus Tanzi Mediolanensis, Frid. Thaner, Rud. Thommen, Winkelmann Heidelbergensis.

Maiorem vero quam exprimere verbis possum gratiam habeo Guilelmo Wattenbach, cuius indefesso auxilio quantum etiam in hac Regestorum parte debeatur, unaquaeque pagina si fari posset luculentissime testaretur.

D. Berolini d. XXII. Febr. MDCCCLXXXVIII.

S. Loewenfeld.

INDEX

PONTIFICUM ROMANORUM UNIVERSI OPERIS PER LITTERAS DIGESTUS.

INDEX ANTIPAPARUM.

COELESTINUS II. 1143—1144.

Coelestinus II. hac sententia usus est: „Fiat pax in virtute tua et abundantia in turribus tuis" (8440. 8443. 8446. 8452 cet.)

Subscripserunt bullis eius:

ep. Albanensis . . Petrus . . . . a 9. Dec. 1143 ad 6. Mart. 1144
„ Ostiensis . . . Albericus . . . . . a 29. Nov. 1143 ad 6. Mart. 1144
„ Praenestinus . Stephanus . . . . a 19. Oct. 1143 ad 6. Mart. 1144
„ S. Rufinae (Silvae-candidae) . Theodewinus . . a 26. Nov. 1143 ad 28. Febr. 1144
„ Sabinensis . . Conradus . . . . . a 19. Oct. 1143 ad 6. Mart. 1144
„ Tusculanus . . Imarus . . . . . . a 6. Dec. 1143 ad 6. Mart. 1144

pr. card. tit. S. Anastasiae . . . . Aribertus . . . . a 12. Febr. 1144 ad 28. Febr. 1144
„ „ „ S. Caeciliae . . . . Goizo . . . . a 28. Dec. 1143 ad 6. Mart. 1144
„ „ „ S. Calixti . . . . Gregorius . . . . . a 19. Oct. 1143 ad 19. Febr. 1144
„ „ „ S. Chrysogoni . . . . Guido . . . . a 6. Dec. 1143 ad 6. Mart. 1144
„ „ „ S. Cyriaci . . . . Nicolaus . . . . . a 23. Dec. 1143 ad 6. Mart. 1144
„ „ „ SS. Iohannis et Pauli . . . Hubaldus . . . . . a 23. Dec. 1143 ad 19. Febr. 1144
„ „ „ S. Laurentii in Damaso . . Guido . . . . a 28. Dec. 1143 ad 28. Febr. 1144
„ „ „ S. Marci . . . . Gilibertus . . . . a 23. Dec. 1143 ad 4. Mart. 1144
„ „ „ S. Pastoris . . . . Petrus . . . . a 6. Dec. 1143 ad 4. Mart. 1144
„ „ „ S. Praxedis . . . . Hubaldus . . . . . a 1. Dec. 1143 ad 6. Mart. 1144
„ „ „ S. Priscae . . . . Rainerius . . . . . a 28. Oct. 1143 ad 6. Mart. 1144
„ „ „ S. Sabinae . . . . Manfredus . . . . a 10. Ian. 1144 ad 6. Mart. 1144
„ „ „ S. Stephani in Celio monte Rainerius . . . . a 23. Dec. 1143 ad 19. Febr. 1144
„ „ „ S. Susannae . . . . Petrus . . . . a 19. Oct. 1143 ad 24. Febr. 1144
„ „ „ S. Vestinae . . . . Thomas . . . . . . a 19. Oct. 1143 ad 6. Mart. 1144
diac. card. S. Adriani . . . . Iohannes Paparo a 19. Febr. 1144 ad 6. Mart. 1144
„ „ S. Angeli . . . . Gregorius . . . . a 30. Dec. 1143 ad 4. Mart. 1144
„ „ SS. Cosmae et Damiani . . . Guido . . . . a 17. Febr. 1144 ad 6. Mart. 1144
„ „ S. Eustachii iuxta templum Agrippae . . . . Astaldus . . . . . a 10. Ian. 1144 ad 28. Febr. 1144
„ „ S. Georgii ad velum aureum Otto . . . . a 19. Oct. 1143 ad 4. Mart. 1144
„ „ S. Luciae in Septisolio . . Rodulphus . . . . a 29. Dec. 1143 ad 26. Febr. 1144
„ „ S. Luciae in Horphea . . Hugo . . . . a 19. Febr. 1144 ad 4. Mart. 1144
„ „ S. Mariae in Aquiro . . . Petrus . . . . a 9. Dec. 1143 ad 19. Febr. 1144
„ „ S. Mariae in Dominica . . Gerardus . . . . . a 1. Dec. 1143 ad 6. Mart. 1144
„ „ S. Mariae in porticu . . . Petrus . . . . a 19. Oct. 1143 ad 19. Febr. 1144
„ „ S. Mariae in via lata . . . Ubaldus . . . . . . a 19. Oct. 1143 ad 9. Dec. 1144
„ „ S. Mariae novae . . . . . . Iohannes . . . . . a 10. Ian. 1144 ad 6. Mart. 1144
„ „ S. Nicolai de carcere Tulliano . . . . Octavianus . . . . a 28. Oct. 1143 ad 19. Febr. 1144
„ „ SS. Sergii et Bacchi . . . . Gregorius . . . . a 19. Oct. 1143 ad 4. Mart. 1144
„ „ S. R. E. . . . . Nicolaus . . . . . d. 28. Oct. 1143

in Romana ecclesia altaris minister . . . Guido . . . . . d. 17. et 24. et 28. Febr. 1144
S. R. E. diaconus, Farfariensis abbas . Adenut . . . . d. 28. Oct. 1143.

Datae bullae sunt p. m.
Gerardi S. R. E. presb. card. et bibliothecarii a. 19. Oct. 1143 ad 6. Mart. 1144.

1143. *(Ind. 7, pont. a. 1.)*

Sept. 26. | In ecclesia Lateranensi | Eligitur. Vide infra ep. 8435. (Videtur eodem die consecratus quoque esse.)

Oct. 19. | Laterani | 8433 (5977) Ecclesiae S. Mariani Eugubinae possessiones et privilegia confirmat, petente Benedicto praeposito. Ughelli It. sacr. I. 637, Cocqu. II. 261, Migne 179 p. 765. — „Desiderium, quod ad".

Oct. 28. | „ | 8434 Ecclesiae S. Iacobi Bambergensis protectionem suscipit, possessionesque confirmat, petente Eberhardo praeposito. (Fragmentum.) Schenkl Neue Chron. d. St. Amberg Suppl. p. 116, Bericht des hist. Ver. zu Bamberg XXI. (1858). 30, (Jacobs Urk. f. Langeln p. 4 in Gesch.-Qu. d. Pr. Sachs. XV.) — „Commissae nobis".

Nov. 6. | „ | 8435 (5978) Petro abbati et monachis Cluniacensibus significat, Innocentio II. „octavo kal. Oct." (24. Sept.) mortuo in ecclesiaque Lateranensi sepulto, se „tertia die" (26. Sept.) in eadem ecclesia electum pontificem esse. Negligentiam A(imerici), episcopi Arvernensis, qui ab Innocentio vocatus „praeterita b. Lucae festivitate" (18. Oct.) non venerat, ignoscit. Bull. Clun. p. 51, D'Achery Spic. III. 496, Bouquet Rec. XV. 408, Mansi XXI. 592, Migne 179 p. 766. — „Caritatem vestram".

1143. *(Ind. 7, pont. a. 1.)*

Nov.	6.	Laterani	8436 (5979) Alviso, episcopo Atrebatensi, significat, se eius „de consanguinitate inter Stephani Blesensis comitis filium et filiam Theodorici Flandrensis comitis“ litteras accepisse; „verum quoniam“ inquit „episcopos Galliae in iustitia et observatione mandatorum sedis apostolicae tepidos invenimus, et . . . . . comes in causa matrimonii R. de Perona contra iustitiam ab ipsis tractatus est, causam ipsam iudicio sedis apostolicae duximus reservandam“. In proximam dominicam, qua cantatur: „Isti snnt dies“ (12. Mart. 1144) utramque partem evocat. Baluzii Misc. II. 167, Bouquet Rec. XV. 409, Mansi XXI. 595, Migne 179 p. 767. — „Litteras a tua“.
„	6.	„	8437 (5980) A. praeposito et canonicis Rosatensibus praecipit, ne ducemas a sanctimonialibus S. Mariae Montanensibus exigant. Giulini Mem. d. Mil. V. 578, Migne 179 p. 768. — „A sede apostolica“.
„	15.	„	8438 Consules Mediolanenses miratur „de discordia inter canonicos et monachos S. Ambrosii se intromisisse et ab utraque parte pignora suscepisse, privilegia quoque eiusdem ecclesiae detinere“. Praecipit, „quia laicis nulla de ecclesiasticis facultatibus aliquid disponendi legatur attributa facultas“, ut pignora et privilegia restituant; utque „munitionem, quam monachi super ecclesiam construxerint, dirui faciant“. (Fragmenta.) Sormanus In causa praeeminentiae p. 68. — „Cum ecclesiastica negotia“.
„	23.	„	8439 Monasterium S. Laurentii, iuxta fluvium Anso situm, tuendum suscipit eiusque bona et privilegia confirmat. Wiener Sitzungsber. XCIV. 658. — „Piae postulatio voluntatis“.
„	23.	„	8440 (5981) Ecclesiae S. Iohannis Modoetiensis possessiones et privilegia confirmat, petente Ubrando archipresbytero. Frisi Mem. de Monza II. 56, Migne 179 p. 768. — „Piae postulatio“.
„	24.	„	8441 (5982) Ecclesiae Cellae superioris Wirzeburgensis protectionem suscipit, bonaque confirmat, petente Conrado praeposito. Hugo O. P. A. I. Pr. p. 385, Migne 179 p. 770. — „Piae postulatio voluntatis“.
„	26.	„	8442 (5983) Maioris ecclesiae Augustensis tutelam suscipit et possessiones confirmat, petente Sigefrido praeposito. Mon. Boic. XXXIII. I. 24, Migne 179 p. 771. — „Commisse nobis apostolice“.
„	26.	„	8443 (5984) Monasterii S. Martini Ahusani protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat, petente Gualtero, episcopo Augustensi. Besold Doc. red. p. 202, Petri Suev. eccl. p. 91, Steichele Beiträge I. 259, Wirtemb. Urkdb. II. 30, Migne 179 p. 772. — „Desiderium, quod ad“.
„	26.	„	8444 Hospitalis S. Crucis Augustensis protectionem suscipit, petente Gualtero episcopo. Lang Regesta IV. 735, Neues Archiv VII. 90. — „Quotiens illud“.
„	29.	„	8445 (5985) Monasterii Thenoliensis protectionem suscipit, et possessiones confirmat, petente Walfrido abbate. Hugo O. P. A. II. Pr. p. 582, Migne 179 p. 774. — „Desiderium, quod ad“.
Dec.	1.	„	8446 (5986) Sententiam inter canonicos S. Alexandri et S. Vincentii Bergomates ab Innocentio II. latam approbat. Ecclesiae S. Alexandri bona ac privilegia quaedam confirmat. Lupi C. D. Berg. II. 1043, Migne 179 p. 775. — „Iustitie et rationis“.
(„)		(„)	8447 (5987) G(regorium), episcopum Bergomatem, de praecedente approbatione certiorem facit. Lupi C. D. Berg. II. 1047, Migne 179 p. 777. — „Fraternitati tuae“.
„	3.	„	8448 *Ecclesiae Faventinae possessiones, petente Roberto episcopo, confirmat. Scaletta Notizie p. 39.
„	5.	„	8449 (5988) Monasterium SS. Salvatoris et Quirici tuendum suscipit et eius possessiones ac privilegia confirmat, petente Alberto abbate. Ughelli It. sacr. III. 711, Cocqu. II. 262, Migne 179 p. 777. — „Officii nostri nos“.
„	6.	„	8450 (5989) Monasterii Praemonstratensis protectionem suscipit, bonaque ac privilegia confirmat, petente Hugone abbate. Le Paige Bibl. Praem. p. 428, Hugo O. P. A. I. Pr. p. 14, Migne 179 p. 778. — „Iustis votis assensum“.
„	6.	„	8451 (5990) Archiepiscopis et episcopis praecipit, ne annuos abbatum praepositorumque Praemonstratensium conventus impediant. Le Paige Bibl. Praem. p. 422, Launoii Opp. III. I. 456, Migne 179 p. 781. — „Desiderium nostrum est“.
„	6.	„	8452 Monasterii SS. martyrum Crispini et Crispiniani Suessionensis tutelam suscipit, possessionesque ac libertates confirmat, petente Ernaldo abbate. Autogr. in bibl. nat. Paris. Coll. Grenier t. 294. — „Desiderium quod ad“.

1143. *(Ind. 7, pont. a. 1.)*

Dec. 8. Laterani 8453 (5991) A(rnaldo), archiepiscopo Narbonensi, et eius suffraganeis mandat, parochianos suos sub excommunicationis poena hortentur, ne Aimonios, Guillelmi domini Montispessulani inimicos, recipiant. Gariel Ser. I. 185, Bouquet Rec. XV. 409, Migne 179 p. 782. — „Dilectus filius noster“.

„ 9. „ 8454 (5992) Ecclesiae S. Frigdiani Lucensis possessiones iuraque confirmat. Bull. Lat. p. 23. — „Quoniam sine verae“.

„ 9. „ 8455 Monasterium S. Salvatoris de Monte-Amiato tuendum suscipit, eiusque possessiones et privilegia confirmat. Wiener Sitzungsber. XCIV. 659.

„ 10. „ 8456 (5993) Hugonem, archiepiscopum Turonensem, reprehendit, quod vocatus ab Innocentio II. „praeterita b. Lucae festivitate“ (18. Oct.) Romae non fuerit. Praecipit, ut „proximis kalendiis Maii“ (1. Maii 1144) ad sedem apostolicam accedat. Martene Thes. III. 887, Morice Mém. de Bret. I. 587, Bouquet Rec. XV. 410, Migne 179 p. 783. — „Praedecessor noster“.

„ 10. „ 8457 (5994) P(etro) abbati S. Aegidii mandat, ut ad castrum Guillelmi domini Montispessulani se conferat, „et ipsius loci, in quo capella a Guillelmo aedificanda sit, donationem ad opus S. Romanae ecclesiae recipiat, atque censum congruum sibi suisque successoribus annualiter persolvendum constituat, postmodum ex more designatione facta primum lapidem in fundamento ponat, providens, ut Guillelmus clericis, qui eidem capellae servierint, tantum de bonis suis constituat, ut inde honeste vivere valeant“. Gariel Ser. I. 184, Bouquet Rec. XV. 410, Goiffon Bull. de St.-Gilles p. 75, Migne 179 p. 784. — „Dilectus filius noster“.

„ 10. „ 8458 (5995) Guillelmo recuperatam Montispessulani villam gratulatur. Gariel Ser. I. 185, Bouquet Rec. XV. 410, Migne 179 p. 783. — „Quod villam“.

„ 16. „ 8459 Monasterii S. Mariae Pomposiani tutelam suscipit, bonaque et iura confirmat, petente Paulo abbate. In bibl. nat. Paris. ms. lat. 12681 (Monast. bened. XXIV.) f. 167, (Wiener Sitzungsber. XCIV. 659). — „Apostolici moderaminis“.

„ 23. „ 8460 (5996) Ecclesiae S. Mariae Halberstadensis protectionem suscipit possessionesque et privilegia confirmat, petente Brunone decano. Pflugk-Harttung Acta I. 170. — „Commissae nobis“.

„ 27. „ 8461 (5997) H(einrico), abbati Corbeiensi, nunciat, se A. monacho delicti gratiam fecisse. At praeposituram vetat ei in praesentia tribui. Jaffé Bibl. I. 98, (Ledebur Neues allg. Archiv I. 74). — „Veniens ad nos dilectus“.

„ 28. „ 8462 (5998) Adalberonem episcopum et clerum populumque Leodiensem laudat, quod Wibaldi abbatis monasteriique Stabulensis infestatores excommunicaverint. Mandat, ut nonnulla monasterii bona a quibusdam detenta reddi iubeant. Jaffé Bibl. I. 98, (Martene Coll. II. 117, Migne 179 p. 784). — „Gratum nobis est“.

„ 28. „ 8463 Ecclesiam S. Mariae Beddeburanam tuendam suscipit, possessionesque et privilegia confirmat, petente Hermanno praeposito. Sloet Oorkondenboek I. 274. — „Ad hoc universalis“.

„ 28. „ 8464 *Maiori-manasterio bullam tribuit. Ex chartul. Maior.-mon. III. 489, ms. lat. 5441 bibl. nat. Paris. Misit Delisle

„ 29. „ 8465 Petro de Hongro (al. Honesto) „tutori filiorum quondam Rainerii de Cavalcaconte, illustris comitis Bretinorum, scilicet parvuli Cavalca comitis ac eius, qui queve conceptus est in utero Boldrudae, illustris comitissae, ad opus pupillorum et praedictae matris“ in annos XXIX possessiones quasdam, quas pater eorum ex bonis b. Petri tenuerat, ea lege asserit, ut pupilli unum schifatum aureum Lateranensi palatio annuatim persolvant et cum puberes effecti fuerint, Romano pontifici fidelitatis iuramentum praestent. Theiner Cod. dipl. dom. temp. s. sed. I. 13, Pflugk-Harttung Acta II. 333. — „In nomine“ „Ego Celestinus“.

„ 30. „ 8466 (5999) Monasterii Stabulensis protectionem suscipit bonaque et privilegia confirmat, petente Wibaldo abbate. Martene Coll. II. 118, Migne 179 p. 785. — „Apostolici moderaminis clementiae“.

„ 8467 Monasterii Cellae-Paullinae tutelam suscipit, bonaque et privilegia confirmat, imposita fratribus unius aurei pensione annua. Stumpf Acta Maguntina p. 28. — „Desiderium, quod ad“.

(„) 8468 Monasterii Casalis S. Petri tutelam suscipit, possessionesque confirmat, petente Ranulfo abbate. (Fragmentum.) In bibl. nat. Paris. ms. lat. 13816. f. 296.

1143. *(Ind. 7, pont. a. 1.)*

Laterani — 8469 *Monasterii Vallumbrosani privilegia confirmat. Franchi Hist. di Giovan Gualberto p. 292.

1143—1144.

8470 (6000) Ecclesiae Aquensis protectionem suscipit possessionesque confirmat, petente Bertrando praeposito. (Fragmentum.) Pitton Annal. d'Aix p. 130, Migne 179 p. 788. — „Aquensem ecclesiam".

8471 *R(obaldo) archiepiscopo Mediolanensi mandat, ut controversiam inter monachos et canonicos S. Ambrosii iudicio vel concordia terminet. Vide Lucii II. ep. ap. Pflugk-Harttung Acta II. 337.

8471a *Monasterio S. Albani privilegium dat. Vide Matth. Paris Gesta abb. ed. Riley I. 107, MG. SS. XXVIII.

Laterani — 8472 Monasterii Casae-dei (d. Ausciensis) tutelam suscipit, possessionesque et iura confirmat, petente Bernardo abbate. (Signa chronologica: „V. kal. Apr., ind. 6, 1143, p. a. I" mendum aperte continent. Data est bulla per manum Gerardi etc.) In bibl. nat. Paris. Coll. Doat 152. f. 64. — „Desiderium, quod ad".

1144. *(Ind. 7, pont. a. 1.)*

Ian. 1. Laterani — 8473 Ecclesiae S. Eusebii Vercellensis protectionem suscipit et possessiones iuraque confirmat. Cusano Discorsi hist. p. 357, Pflugk-Harttung Iter p. 234. — „Equitatis et".

„ 1. „ — 8474 Ecclesiam S. Antonini Placentinam tuendam suscipit, possessionesque et iura confirmat. Pflugk-Harttung Iter p. 234. — „Officii nostri".

„ 2. „ — 8475 (6001) C(onrado) archiepiscopo Salzburgensi, Hen(rico) Ratisponensi et R(eginberto) Passaviensi episcopis mandat, ut monasterium Rotense ab inimicis defendant. Mon. Boic. I. 358, Migne 179 p. 788. — „Fraternitati vestre notum".

„ 2. „ — 8476 (6002) Waltero, episcopo Augustensi, scribit, ne monasterium Rotense sinat a G., relicta Ottonis comitis, et a Sigfrido, ministeriali ecclesiae suae, vexari. Mon. Boic. I. 359, Migne 179 p. 788. — „Dilectus filius noster".

„ 2. „ — 8477 (6003) Folmaro Hirsaugiensi et Adamo Eberacensi abbatibus scribit de duobus abbatibus monasterii Laureshamensis. Baldemarum deiectum nunciat, de Folcnando, simoniae accusato, cognitionem iis defert. Chron. Laurესham. in MG. SS. XXI. 438, (Migne 179 p. 789). — „Veniens ad sedem".

„ 9. „ — 8478 Archiepiscopis, episcopis, abbatibus et universis ecclesiarum praelatis mandat, moneant populum, ut in favorem Templariorum collectas faciant. Beneficia daturis indulgentiam promittit. Autogr. in tab. nat. Paris. L. 227. n. 1. — „Milites templi".

„ 10. „ — 8479 (6004) Ecclesiam S. Sepulcri Hierosolymitanam tuendam suscipit, bonaque eius petente Petro priore, confirmat. Cronica ord. can. p. 296, Pennotti Ord. cleric. can. hist. ed. Rom. p. 518, ed. Colon. p. 535, Bull. Lat. p. 21, Le Paige Bibl. Praem. p. 166, Rozière Cartulaire du saint sépulcre p. 29, Cocqu. II. 263, Wirtemberg. Urkundenb. II. 34, Migne 179 p. 790. — „Si mansuetudo".

„ 10. „ — 8480 (6005) Ecclesiae S. Frigdiani Lucensis fratribus, Almerici, bon. mem. S. R. E. cancellarii, et ecclesiae b. Mariae novae diaconi cardinalis, heredibus, id privilegii tribuit, ut ex eorum numero in posterum deligantur diaconi cardinales ecclesiae b. Mariae novae. Bull. Lat. p. 22. — „Ad hoc universalis".

„ 10. „ — 8481 (6006) Petro priori et fratribus S. Sepulcri Hierosolymitani, rogatu Fulconis, Hierosolymorum regis, et Milesennis reginae et Guillelmi patriarchae, concedit, ut „monasticae religionis viri aut mulieres in ecclesia S. Lazari, quae in Bethania sita est, statuantur". Rozière Cartulaire du saint sépulcre p. 27, Migne 179 p. 792. — „Quociens in quibusdam".

„ 12. „ — 8482 (6007) P(etro) priori et canonicis S. Sepulcri Hierosolymitani commendat L. et G. fratres, quos ad Innocentium II. miserant. Haec addit: „dignum duximus, ut in Romana urbe vobis ecclesiam concedamus, in qua et domino serviatis, et cum pro negotiis ecclesiae vestrae veneritis, honestum hospitium habeatis". Rozière Cartulaire du saint sépulcre p. 76, Migne 179 p. 793. — „Fratres vestros, dilectos".

„ 19. „ — 8483 (6008) Monasterii S. Bertini Sithiensis libertatem, possessiones, privilegia confirmat, petente Leone abbate. Collection des Cartulaires III. 314, Migne 179 p. 794. — „Iustitiae et rationis".

1144. *(Ind. 7, pont. a. 1.)*

Ian. 27.	Laterani	8484 (6009) G(erhohum), praepositum Reichersbergensem, monet, ut molestias modice ferat. In dominicam: „Ego sum pastor bonus“ (9. Apr.) eum evocat. Mandat, ut fratrem suum Heinricum, monachis S. Mariae de Silva curiae (seu Waldhausensibus) „in magistrum concessum et postea ab ipso revocatum“ fratribus remittat. Pez Thes. anecd. VI. I. 553, (Mansi XXI. 593, Migne 179 p. 797); huius epistolae finem in editionibus ommissum affert Scheibelberger in Oesterr. Vierteljahrschrift f. kath. Theologie X. 568. — „Super tribulantibus“ „Super tribulationibus“.
„ 27.	„	8485 Monasterii S. Iuliani Turonensis protectionem, petente Aimerico abbate, suscipit, bonaque et privilegia confirmat, imposito monachis bizantii aurei censu annuo. Gallia christ. XIV. Instr. p. 83. — „Apostolici moderaminis clementiae“.
„ 29.	„	8486 Parthenonis S. Mariae Minerviensis (Brixiensis) patrocinium suscipit bonaque et privilegia confirmat, petente Carecausa abbatissa. Odorici Storie Bresciane V. 99, Wiener Sitzungsber. XCIV. 659. — „Quoniam sine verae“.
Febr. 3.	„	8487 Monasterii S. Victoris Parisiensis ecclesias quasdam confirmat, petente Gilduino abbate. Autogr. in tabul. nat. Paris. L. 227. n. 2. — „Quae a fratribus“.
„ 3.	„	8488 Monasterium S. Victoris Parisiense protegendum suscipit eiusque possessiones confirmat, petente Gilduino abbate. Autogr. in tabular. nat. Paris. L. 227. n. 3. — — „Quotiens illud a“.
„ 8.	„	8489 (6010) Parthenonis S. Hilari protectionem suscipit bonaque et privilegia confirmat, petente Agnete abbatissa. Lami Del. erud. 1737 p. 209, Migne 179 p. 797: „VI. id. Febr.“; Soldani Hist. mon. de Passin. p. 127: „III. id. Febr.“. — „Ad hoc universalis“.
„ 12.	„	8490 (6011) Monasterii Montis S. Iohannis protectionem suscipit bonaque et privilegia, rogatu Giselberti abbatis, confirmat, imposito monachis annuo denario aureo. Miraei Opp. dipl. III. 722, Migne 179 p. 799. — „Apostolici moderaminis“.
„ 14.	„	8491 Monasterium S. Petri de Pecoraria tuendum suscipit eiusque bona et privilegia confirmat. Wiener Sitzungsber. XCIV. 659. — „Ad hoc universalis“.
„ 15.	„	8492 (6012) Monasterii S. Salvatoris Florentini protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat. Mittarelli Ann. Cam. III. 281, (Migne 179 p. 801).
„ 17.	„	8493 (6013) Clerum populumque Pratensem monet, ut A(ttoni), episcopo Pistoriensi, obediant. Zacharia Anecd. m. aev. p. 212, Fioravanti Mem. di Pistoia p. 177, Migne 179 p. 801. — „Manifestum est“.
„ 17.	„	8494 (6014) Ecclesiae Pistoriensis possessiones, rogante Attone episcopo, confirmat. Zacharia Anecd. m. aev. p. 230, Migne 179 p. 801. — „Pistoriensis ecclesia“.
„ 18.	„	8495 (6015) Monasterii Undersdorfensis patrocinium suscipit, possessionesque et privilegia confirmat, petente Richardo praeposito. Mon. Boic. X. 238, Hund III. 443, Cocqu. II. 264, Hundt Urk. d. Kl. Indersdorf I. 6, Migne 179 p. 803. — „Desiderium, quod ad“.
„ 19.	„	8496 (6016) Ecclesiae Strombergensis (postea Heisterbacensis) protectionem suscipit et bona iuraque, rogatu Waltheri praepositi, confirmat, ea lege, ut fratres „II. tenacula libri“ pontificibus Romanis quotannis persolvant. Lacomblet Urk. I. 236, Migne 179 p. 804. — „Apostolici moderaminis“.
„ 23.	„	8497 (6017) Monachorum Vivensium et Camaldulensium controversiam dirimit. Mittarelli Ann. Cam. III. app. 406, Migne 179 p. 806. — „Apostolicae sedis“.
„ 23.	„	8498 Monasterii S. Salvatoris de Monte Amiato patrocinium suscipit, bonaque et iura confirmat, imposito fratribus duorum byzantiorum aureorum tributo annuo. Pflugk-Harttung Iter p. 234, (Wiener Sitzungsber. XCIV. 659, Iongelinus Notitiae abbatiarum VII. 26). — „Cum universis“.
„ 24.	„	8499 (6018) Monasterii Ensdorfensis protectionem suscipit, bona confirmat, iura statuit, petente Thiedoino abbate. Ried I. 207, Migne 179 p. 808. — „Desiderium, quod ad“.
„ 24.	„	8500 (6019) Canonicos S. Alexandri Bergomates ad dominicam „Pastor bonus“ (9. Apr.) evocat, eorum cum S. Vincentii canonicis dissidium compositurus. Lupi C. D. Berg. II. 1047, Migne 179 p. 809. — „De discordia“.
„ 24.	„	8501 (6020) Monasterio Cluniacensi asserit ecclesiam S. Vincentii, concessam a Berengario episcopo Salmanticensi. (Pro „VI. Mart.“ legendum videtur „VI. kal. Mart.“). Bibl. Cluniac. p. 1413, Bullar. Cluniac. p. 52, Aguirre Conc. V. 59, Yepes Coronica general VII. app. p. 23, Mansi XXI. 454, Migne 179 p. 810. — „Cum ex iniuncto“.

1144. *(Ind. 7, pont. a. 1.)*

Febr. 27. Laterani 8502 (6021) Monasterii S. Mariae de Bonosolatio possessiones et privilegia, rogatu Lanfranci abbatis, confirmat, imposita monachis monetae Lucensis denariorum duodecim pensione annua. Ughelli It. sacr. III. 104, Migne 179 p. 810, ubi temporis significatio corrigenda est ex Pflugk-Harttung Iter p. 22. — „Quoniam sine“.

„ 27. „ 8503 (6022) Archiepiscopo Toletano mandat, ut paroecias de Tepolis et Caldellis, ab episcopo Asturicensi contra praeceptum G. diaconi cardinalis, apostolicae sedis legati, retentas, M(artino) episcopo Auriensi intra dies 40 restituat. Mansi XXI. 594, Aguirre Conc. V. 59, Migne 179 p. 811. — „Dilectus filius noster G.“

„ 28. „ 8504 Ecclesiae Verulanae possessiones confirmat, petente Leone episcopo. Pflugk-Harttung Iter p. 234 (ad d. 27. m. Febr., annus vero bissextilis est). — „Piae postulatio“.

„ 29. „ 8505 (6023) Monasterii Michaelfeldensis tutelam suscipit et possessiones iuraque confirmat, petente Adelberto abbate. Ussermann Ep. Bamb. C. Pr. p. 93, Pflugk-Harttung Acta II. 335, Migne 179 p. 812. — „Religiosis desideriis dignum“.

„ 29. „ 8506 Monasterii Stafardensis protectionem suscipit, disciplinamque possessiones privilegia confirmat, petente Carolo abbate. San Quintino Osservazioni II. 39, Chevalier Coll. de cart. Dauph. VI. II. 96. — „Quoniam sine vere“.

Mart. 1. „ 8507 (6024) Conradum, archiepiscopum Salzburgensem, miratur Udalrici ex monasterio Benedictoburano in Admontense transgressi causam nondum diiudicasse. Quod ut faciat, mandat. Meichelbeck Chron. Benedictob. I. 93, Wichner Admont p. 307, Migne 179 p. 813, (Zahn Urk. v. Steiermark I. 224). — „Burensium fratrum“.

„ 1. „ 8508 (6025) (Conrado), archiepiscopo Salzburgensi, Henrico Ratisponensi et R(einberto) Passaviensi episcopis mandat, ut Oldrici e Burensi in Admontense monasterium transgressi causam cognoscant. Lang Regesta I. 172.

„ 3. „ 8509 (6026) Ecclesiae Insulanae protectionem suscipit, bonaque confirmat, petentibus Simone Noviomensi et Milone Morinensi episcopis et Theodorico, Flandriae comite. Miraei Opp. dipl. IV. 15, Migne 179 p. 813, (Roisin Franchises de Lille p. 223, errore seductus bullam d. 7. Ianuar. datam esse dicit). — „Commissae nobis apostolicae“.

„ 3. „ 8510 Monasterii S. Petri Cremonensis possessiones et privilegia, petente Alberto abbate, confirmat, imposito monachis duodecim denariorum monetae Mediolanensis censu annuo. Penotti Ord cler. can. hist. ed. Rom. p. 636, ed. Colon. p. 656. (Signa temporis ex autographo in bibliotheca Francofurtensi cum Jafféo communicavit Böhmer.) — „Suscepti regiminis cura“.

„ 3. „ 8511 *Monasterii Luxoviensis possessiones et privilegia confirmat. In bibl. nat. Paris. ms. lat. 12678 (Monasticon Benedict. XXI.) f. 370[b].

„ 3. „ 8512 Capitulum Volaterrense tuendum suscipit eiusque bona et privilegia ea lege confirmat, ut sex denarii Lucensis monetae Lateranensi palatio annuatim persolvantur. Pflugk-Harttung Iter p. 235, (Leoncini Illustr. s. cat. di Volt. p. 312). — „Commissae nobis apostolicae“.

„ 4. „ 8513 (6027) Ecclesiae S. Mariae Magdalenae Vesontionensis tutelam suscipit possessionesque confirmat, petente Manegaldo decano. Pflugk-Harttung Acta I. 171, (Mém. et doc. inéd. de la Franche-Comté II. 317, Migne 179 p. 814). — „Commisse nobis apostolice“.

„ 6. „ 8514 (6028) Ecclesiam Faesulanam tuendam suscipit et eius possessiones ac iura confirmat, petente Ionatha episcopo. Ughelli It. sacr. III. 242, Lami Eccl. Fl. M. I. 677, Cocqu. II. 264, Migne 179 p. 815. — „Ex commisso nobis“.

„ 6. „ 8515 (6029) Petente Gryphone episcopo, „iuxta tenorem privilegiorum Ferrariensium episcopum a cardinalibus Romanis eligendum et a Romanae sedis antistite consecrandum decernit atque Ferrariensem ecclesiam sub iure et dominio sedis apostolicae decreto manere sancit“. Ecclesiae possessiones confirmat et auget. (Pro: „II. non. Maii“ legendum est: „II. non. Martii“). Difesa seconda del dominio temp. della sede apost. sopra la città di Commacchio p. 337, Cocqu. II. 265, Migne 179 p. 816; vide Pflugk-Harttung Iter p. 53. — „Ad hoc in apostolicae“.

„ 8. Romae 8516 Inter monasterium S. Petri et Obertum, episcopum Cremonensem, factam de ecclesia S. Margaritae compositionem approbat. Pflugk-Harttung Iter p. 235. — „Quae iudicii“.

1144. *(Ind. 7, pont. a. 1.)*

Mart. 8. | Romae ap. Palladium | Moritur. Bosonis card. Vit. Coelest. ap. Watterich II. 276, Necrol. monast. Fontis-Avellanae, v. Mittarelli Ann. Cam. III. 283, (Necrol. S. Mariae tr. Tiberim in Neues Archiv XI. 101: „VII. id. Mart.").

LUCIUS II. 1144—1145.

In Lucii II. bullis habetur haec sententia: „Ostende nobis domine misericordiam tuam" (8522. 8536. 8544. 8587. 8606. 8608. 8609 cet.).

Subscripserunt:

ep. Albanensis . . Petrus. . . . . a 15. Mart. 1144 ad 14. Febr. 1145
,, Ostiensis . . . Albericus . . . . . a 15. Mart. 1144 ad 30. Mai. 1144
,, Praenestinus . Stephanus . . . . a 15. Mart. 1144 ad 28. Mart. 1144
Guarinus . . . . . d. 14. Febr. 1145
,, S. Rufinae . . Theodewinus . . . a 15. Mart. 1144 ad 19. Ian. 1145
,, Sabinensis . . . Conradus . . . . . . a 15. Mart. 1144 ad 14. Febr. 1145
,, Tusculanus . . Imarus . . . . a 15. Mart. 1144 ad 19. Dec. 1144

pr. card. tit. S. Anastasiae . . . . Aribertus . . . . . a 30. Apr. 1144 ad 14. Sept. 1144
,, ,, ,, S. Caeciliae . . . . Goizo . . . . a 15. Mart. 1144 ad 17. Mart. 1144
,, ,, ,, S. Calixti . . . . Gregorius . . . . a 15. Mart. 1144 ad 14. Febr. 1145
,, ,, ,, S. Chrysogoni . . . . Guido . . . . a 15. Mart. 1144 ad 10. Mai. 1144
,, ,, ,, S. Crucis in Hierusalem . Ubaldus . . . . . a 28. Iun. 1144 ad 14. Febr. 1145
,, ,, ,, S. Cyriaci . . . . Nicolaus . . . . . a 15. Mart. 1144 ad 19. Ian. 1145
,, ,, ,, S. Laurentii in Damaso . . Guido . . . . a 15. Apr. 1144 ad 14. Febr. 1145
,, ,, ,, S. Laurentii in Lucina . . Hugo . . . . a 26. Mai. 1144 ad 14. Febr. 1145
,, ,, ,, S. Marcelli . . . . Iulius . . . . a 28. Mai. 1144 ad 19. Ian. 1145
,, ,, ,, S. Marci . . . . Gilbertus . . . . . a 15. Mart. 1144 ad 10. Nov. 1144
,, ,, ,, S. Pastoris . . . . Petrus . . . . a 28. Mart. 1144 ad 15. Mai. 1144
,, ,, ,, S. Praxedis . . . . Hubaldus . . . . . a 15. Mart. 1144 ad 30. Apr. 1144
,, ,, ,, S. Priscae . . . . Rainerius . . . . . a 15. Apr. 1144 ad 27. Dec. 1144
,, ,, ,, S. Sabinae . . . . Manfredus . . . . a 15. Mart. 1144 ad 19. Ian. 1145
,, ,, ,, S. Stephani in Celio monte Rainerius . . . . . a 15. Mart. 1144 ad 14. Dec. 1144
Villanus . . . . . . a 11. Ian. 1145 ad 19. Ian. 1145
,, ,, ,, S. Susannae . . . . Gezo . . . . d. 15. Mart. 1144
,, ,, ,, S. Vestinae . . . . Thomas . . . . . . a 15. Mart. 1144 ad 14. Febr. 1145
diac. card. S. Adriani . . . . Iohannes . . . . . a 15. Mart. 1144 ad 19. Ian. 1145
,, ,, S. Angeli . . . . Gregorius . . . . a 15. Mart. 1144 ad 14. Febr. 1145
,, ,, SS. Cosmae et Damiani. . . . Guido . . . . a 15. Mart. 1144 ad 14. Febr. 1145
,, ,, S. Eustachii iuxta templum Agrippae . . . . Astaldus . . . . . a 15. Mart. 1144 ad 19. Ian. 1145
,, ,, S. Georgii ad velum aureum Otto . . . . a 15. Mart. 1144 ad 19. Ian. 1145
,, ,, S. Luciae in Septisolio . . . Rodulphus . . . . a 2. Apr. 1144 ad 11. Ian. 1145
,, ,, S. Luciae in Horphea . . . Hugo . . . . a 21. Mart. 1144 ad 15. Mai. 1144
,, ,, S. Mariae in Aquiro . . . . . Petrus . . . . a 20. Mart. 1144 ad 20. Mai. 1144
,, ,, S. Mariae in Cosmedin . . . Iacinthus . . . . . a 27. Dec. 1144 ad 14. Febr. 1145
,, ,, S. Mariae in Dominica . . . Gerardus . . . . . a 15. Mart. 1144 ad 28. Mai. 1144
,, ,, S. Mariae in Porticu . . . . Petrus . . . . a 15. Mart. 1144 ad 29. Nov. 1144
,, ,, S. Mariae novae . . . . Iohannes . . . . . a 15. Mart. 1144 ad 19. Ian. 1145
,, ,, S. Nicolai de carcere Tulliano Octavianus . . . a 14. Mai. 1144 ad 14. Febr. 1145
,, ,, SS. Sergii et Bacchi . . . . . Gregorius . . . . a 15. Mart. 1144 ad 14. Febr. 1145
,, ,, S. R. E. . . . . Cinthius . . . . . d. 19. Ian. 1145
in Rom. eccl. altaris minister indignus . Guido . . . . a 15. Mart. 1144 ad 14. Oct. 1144
indignus (serviens) S. R. E. diaconus . . Gregorius . . . . a 15. Mart. 1144 ad 21. Mart. 1144.

Datae bullae sunt p. m.

Baronis capellani et scriptoris . . . . a 14. Mart. 1144 ad 20. Mai. 1144
Baronis S. R. E. subdiaconi . . . . a 21. Mai. 1144 ad 23. Ian. 1145
Roberti S. R. E. presb. card. et cancellarii . . . d. 14. Febr. 1145.

1144. *(Ind. 7. — 1. Sept. — 8, pont. a. 1.)*

Mart. 12. Consecratur. Lucio, quem constat die 15. m. Febr. a. 1145 animam edidisse, menses 11 diesque 4 tribuuntur in vita a Bosone card. conscripta, apud Watterich II. 278, in Catal. Casin. in MG. SS. XXII. 361, in Catal. Cenciano ibid. XXIV. 106; itaque eius consecratio ad dominicam diem 12. Mart. 1144 revocanda est.

		1144. *(Ind. 7. — 1. Sept. — 8, pont. a. 1.)*
Mart. 14.	Laterani	8517 (6030) Parthenonis S. Margarethae Wechterswinkelensis protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat, petente Lutgarda abbatissa. Jäger Gesch. Frankenl. III. 313. — „Apostolicae sedis".
„ 15.	„	8518 (6031) Monasterium S. Columbani Bobiense tuendum suscipit, et eius bona iuraque, petente Oglerio abbate, confirmat. Ughelli It. sacr. IV. 977, Migne 179 p. 823. — „Piae postulatio".
„ 15.	„	8519 Abbati S. Columbani Bobiensi. Sic ap. Pflugk-Harttung Iter p. 235. — „Pura sinceritas".
„ 15.	„	8520 (6032) Griffoni, episcopo Ferrariensi, eiusque successoribus, per cardinales apostolicae sedis eligendis et a pontifice Romano consecrandis, asserit ecclesiae eorum possessiones et privilegia. Savioli Ann. Bol. I. II. 203, Difesa seconda del dominio temp. della sede apostolica sopra la città di Commacchio p. 340, Migne 179 p. 825. — „Ad hoc in".
„ 15.	„	8521 (6033) Monasterii S. Petri Perusini bona ac iura confirmat, petente Bernardo abbate. Margarini Bull. Cas. II. 160, Migne 179 p. 828. — „Desiderium, quod".
„ 15.	„	8522 (6034) Parthenonis S. Trinitatis Paraclitensis protectionem suscipit, possessionesque confirmat, petente Heloissa abbatissa. Abaelardi et Heloisae Opp. p. 338, Lalore Cart. du Paraclet p. 6, Migne 179 p. 830. — „Quoties illud a".
„ 16.	„	8523 Humberti archiepiscopi Vesontionensis possessiones confirmat. In bibl. nat. Paris. Coll. Moreau t. 866. f. 491. — „Quotiens illud a".
„ 17.	„	8524 (6035) Ecclesiae Cremonensis possessiones, Obertique episcopi iura confirmat. Ughelli It. sacr. IV. 602, Zacharias Crem. ep. ser. p. 113, Migne 179 p. 831. — „Sicut iniusta".
„ 17.	„	8525 (6036) Monasterium S. Iohannis Parmense tuendum suscipit, et eius possessiones ac iura confirmat, petente Guidone abbate. Margarini Bull. Cas. II. 161, Affò St. di Parma II. 354, Migne 179 p. 833. — „Quoniam sine verae".
„ 18.	„	8526 Fratribus Arremarensibus concessam ab Attone, episcopo Trecensi, ecclesiam de Follis asserit, rogatu Hu(gonis) episcopi Altissiodorensis et Bern(ardi) abbatis Claravallensis. In bibl. nat. Paris. Cartul. de Montieramey, ms. lat. 5432. s. XIV. f. 46, ms. lat. 5433. s. XVII. f. 230b. — „Que a fratribus nostris".
„ 18.	„	8527 Monasterii Luxoviensis tutelam suscipit, possessionesque et privilegia confirmat, petente Stephano abbate. In bibl. nat. Paris. ms. lat. 16992. f. 76 et 78. — „Cum ex iniuncto".
„ 18.	„	8528 G(aufridum) archiepiscopum Burdigalensem iudicem constituit inter G(islebertum) episcopum Pictaviensem et M(ascelinum) abbatem S. Cypriani de ecclesiis quibusdam litigantes. Archives histor. du Poitou III. 9. — „Fraternitati tuae notum".
„ 18.	„	8529 Canonicis S. Lupi Trecensibus quatuor ecclesias ab Hatone episcopo Trecensi concessas asserit, Hugone episcopo Altissiodorensi et Bernardo abbate Claravallensi petentibus. Lalore Cart. de S. Loup de Troyes p. 27. — „Que a fratribus nostris".
„ 20.	„	8530 Monasterii S. Emmerammi Ratisponensis protectionem suscipit iuraque confirmat, petente Bertholdo abbate. Coelestini Ratispona monastica I Liber probationum p. 139. — „Auctoritate sedis apostolicae".
„ 20.	„	8531 Ecclesiae S. Mariae Magdalenae Vesontionensis protectionem suscipit, possessionesque confirmat, petente Manegaldo decano. Cartul. de l'égl. de Besançon, Coll. Moreau 876. f. 10b in bibl. nat. Paris. — „Commissae nobis apostolicae".
„ 21.	„	8532 Ecclesiae Augustodunensis possessiones et privilegia confirmat, petente Humberto episcopo. Charmasse Cart. de l'év. d'Autun p. 9. — „Equitatis et iusticie".
„ 21.	„	8533 Ecclesiae Burdigalensis ac suffraganearum ecclesiarum et abbatiarum eiusdem provinciae privilegia confirmat. In bibl. nat. Paris. ms. lat. 18377 (Dom Fonteneau II.) f. 1. — „Privilegia quae intuitu".
„ 21.	„	8534 Ordini Praemonstratensi privilegium dat. (Huius bullae, perperam Lucio III. ascriptae, verba: „pont. a. I." aliena manu addita sunt.) Neues Archiv VI. 343.
„ 21.	„	8535 (6037) Ecclesiae Olivolensis seu Castellanae (Venetae) libertatem, privilegia, possessiones confirmat, rogante Iohanne episcopo. Ughelli It. sacr. V. 1241, Migne 179 p. 835. — „Aequum et".

		1144. *(Ind. 7. — 1. Sept. — 8, pont. a. 1.)*
Mart. 21.	Laterani	8536 (6038) Monasterium Admontense tuendum suscipit eiusque bona confirmat, petente Gotefrido abbate. Pez Th. An. III. III. 663, Wichner Admont p. 251, Zahn Urk. v. Steiermark I. 225, Migne 179 p. 837. — „Cum omnibus".
„ 21.	„	8537 Humberto, archiepiscopo Vesontionensi, et Godefrido, episcopo Lingonensi, mandat ut excommunicationis sententiam, in I. de . . . . (Iohannem de Burbona), qui Martinvillam monasterio Romaricensi abstulerit, promulgatam innovent, donec de illatis iniuriis satisfecerit. Annales de la soc. des Vosges XII. Cahier II. 264. — „Pervenit ad nos".
„ 22.	„	8538 (6039) Parthenonem Romaricensem, rogatu Iudith abbatissae, tuendum suscipit privilegiisque auget, ac bona eius confirmat, ea lege, ut quarto quoque anno sorores „cum rustrolino pallio equum candidum" pontifici Romano persolvant. Gall. Chr. XIII. Instr. p. 499, Migne 179 p. 839, (Guinot L'abbaye de Remiremont p. 399). — „Licet ex iniuncto".
„ 22.	„	8539 Inter Iuditham abbatissam sororesque Romaricenses et Matthaeum Lotharingiae ducem compositionem, in praesentia Conradi, Romanorum regis multorumque episcoporum et principum Metis factam, approbat. Annales de la soc. des Vosges XII. Cahier II. 261. — „Quoties in quibusdam".
„ 22.	„	8540 (6040) A(lberoni) Treverensi, Hu(mberto) Vesontionensi archiepiscopis, S(tephano) Metensi, Hen(rico) Tullensi, A(lberoni) Virdunensi, G(odefrido) Lingonensi episcopis et abbatibus de Bellocampo et de Belloprato mandat, „ut ad b. Deodati ecclesiam II. non. Iunii conveniant, et si Matheus, dux Lotharingiae, pacem et concordiam, quae inter ipsum et Romaricensem ecclesiam per manum Conradi, Romanorum regis, facta est, se observaturum firmiter promiserit, et de damnis eidem ecclesiae illatis satisfecerit, et ipsum ab excommunicationis sententia et terram suam interdicto absolvant". (Correxi ex autographo in bibl. nat. Paris. Chartes de Remiremont n. 21), Gravier Hist. de St. Dié p. 348, Migne 179 p. 841. — „Praedecessor noster".
„ 22.	„	8541 (6041) (Gervasio) abbati S. Germani Altissiodorensi praecipit, restituat Pontio abbati Vizeliacensi et „textum evangeliorum" et fideiussores, pro liberatione captorum monasterii hominum acceptos. D'Achery Spicil. II. 506, Bouquet Rec. XV. 411, Quantin Cart. gén. I. 380, Mansi XXI. 613, Migne 179 p. 842. — „Dilectus filius noster".
„ 22.	„	8542 G(isleberto) episcopo Pictaviensi mandat, commoneat canonicos S. Radegundis, ut ecclesiae S. Crucis „in presbyteri, diaconi seu subdiaconi administratione debitum servitium exhibeant". In bibl. nat. Paris. ms. lat. 18380. (Dom Fonteneau V.) f. 381. — „Ex iniuncto nobis".
„ 22.	„	8543 Priorem et fratres S. Radegundis Pictavienses de superiore epistola certiores reddit. In bibl. nat. Paris. l. l. f. 382. — „Meminisse debetis".
„	„	8544 Monasterii S. Mariae Coronensis tutelam suscipit, possessionesque et privilegia confirmat, petente Helia abbate. Castaigne L'abbaye de la Couronne p. 119. — „Venerabilium locorum cura".
(„)	(„)	8545 Concordiam inter monasterium S. Mariae Coronense et ecclesiam Fontis Ebraldi super loco Agudelle factam confirmat. Archives hist. de la Saintonge VII. 34. — „Que a fratribus".
„ 25.	„	8546 *Gregorio, archiepiscopo Tarraconensi, pallium tribuit. In bibl. nat. Paris. Coll. Baluze 238. f. 172ᵇ.
„ 25.	„	8547 Ecclesiae Tarraconensis episcopis suffraganeis scribit, sese metropoli eorum, longum iam tempus pastore destitutae, G(regorium) archiepiscopum praefecisse suisque manibus consecrasse; cui ut obediant, hortatur. Mandat, moneant populum, ut pro ecclesia eius reaedificanda elemosynas det ac „defensioni Christianitatis" operam navet. Loewenfeld Epistolae p. 95. — „Metropolis vestra".
„ 28.	„	8548 Hugoni archiepiscopo Senonensi et G(aufrido) episcopo Carnotensi mandat, defendant bona monasterii S. Germani de Pratis Parisiensis. Addit de ecclesia S. Mariae de Augmento et de ecclesia montis Calvuli. Ex chartular. S. Germani de Pratis (Cartulaire des trois croix) s. XII. LL. 1024. f. 4 in tabular. nat. Paris. Misit Delisle. — „Ad vestrum".
„ 28.	„	8549 Monasterii S. Germani de Pratis Parisiensis protectionem suscipit, possessionesque et privilegia confirmat, petente Hugone abbate. Autogr. in tab. nat. Paris. L. 227. n. 1. — „Religiosis desideriis".

1144. *(Ind. 7. — 1. Sept. — 8, pont. a. 1.)*

Mart. 29.	Laterani	8550 (6042) Quasdam monasterii Massiliensis ecclesias tuendas suscipit, ac pactionem a Petro abbate cum b. m. Ademaro, episcopo Rutenensi, factam confirmat. Baluzii Misc. III. 70, Migne 179 p. 842. — „Aequum et".
„ 29.	„	8551 (6043) R(aimundo), episcopo Magalonensi, mandat, cogat comitem Merguriensem, ut ablata monasterio S. Theofredi restituat. Hist. de Languedoc II. Pr. p. 503, nov. ed. V. 1073, Bouquet Rec. XV. 411, Migne 179 p. 844. — „Sacrilegium et".
„ 29.	„	8552 Humberto (leg. Hugoni) episcopo Diensi mandat, ut de parochianis quibusdam, monasterii S. Theofredi malefactoribus, iustitiam faciat. Doc. inéd. rel. au Dauph. II. Cart. de St.-Chaffre p. 12. — „Veniens ad sedem".
„ 29.	„	8553 I(ohanni) episcopo Valentinensi mandat, ut B(eraldo) abbati S. Theofredi eiusque fratribus propter iniurias a parochianis suis illatas satisfaciat. Doc. inéd. rel. au Dauph. II. Cart. de St.-Chaffre p. 13. — „Adversus S. de Clarei".
„ 29.	„	8554 G(aucerando) episcopo Vivariensi scribit de iniuriis a parochianis eius monasterio S. Theofredi illatis. Loewenfeld Epistolae p. 96. — „Perlatus est clamor".
„ 29.	„	8555 Hu(mberto) episcopo Aniciensi negotium dat, ut B(eraldo) abbati S. Theofredi de parochianis quibusdam, qui „Desiderii" vocentur, satisfaciat. Loewenfeld Epistolae p. 96. — „Ad tuum spectat".
„ 30.	„	8556 Monasterii S. Theofredi tutelam suscipit, possessionesque confirmat, petente Beraldo abbate. In bibl. nat. Paris. Coll. Moreau 61. f. 9 et 15. — „Ad hoc universalis".
„ 30.	„	8557 Monasterii Fiscannensis tutelam suscipit, possessionesque et privilegia confirmat, petente Henrico abbate. In bibl. nat. Paris. Coll. Moreau t. 341. f. 63, (Neues Archiv VII. 91). — „Licet ex iniuncto".
„ 30.	„	8558 (6044) P(etro) Bituricensi, A(rnaldo) Narbonensi, R(aimundo) Arelatensi, P(ontio) Aquensi, G(uilielmo) Ebredunensi archiepiscopis mandat, ut adempta monasterio Massiliensi bona reddenda curent. Coll. des Cartulaires IX. 258, (L'Antiquité de Marseille I. 460, Migne 179 p. 844). — „Veniens ad apostolicam".
„ 30.	„	8559 (6045) Monasterii Bargensis protectionem suscipit possessionesque et iura confirmat, petente Udalrico abbate. Pflugk-Hartung Acta II. 336, (Lang Regesta I. 172.) — „Quotiens illud".
„ 31.	„	8560 (6046) Henrici, patriarchae Gradensis, privilegia, ecclesiaeque possessiones confirmat. Ughelli It. sacr. VI. 1121, Migne 179 p. 845. — „Ex commisso".
Apr. 1.	(„)	8561 *Monasterium S. Edmundi ab omni seculari potestate eximit eiusque bona ac iura confirmat. Battely Antiqu. S. Edm. p. 66.
„ 2.	„	8562 (6047) Ecclesiae Reginae possessiones, dioecesisque fines, petente Alberone episcopo, confirmat. Tiraboschi Mem. Mod. III. 15, Ughelli It. sacr. II. 295, Migne 179 p. 847. — „Ex commisso".
„ 3.	„	8563 (6048) Monasterii S. Trutberti protectionem suscipit, bonaque ac privilegia, petente Everardo abbate, confirmat. Herrgott Geneal. Habsb. II. 169, Migne 179 p. 849, (Zeitschr. f. d. Gesch. d. Oberrheins XXX. 78). — „Ad hoc universalis".
„ 5.	„	8564 (6049) Monasterium S. Zenonis (Reichenhallense) tuendum suscipit et eius bona ac iura confirmat, petente Lanzone abbate. Mon. Boic. III. 530, Hund III. 508, Migne 179 p. 850. — „Desiderium, quod ad".
„ 5.	„	8565 Ecclesiae Niciensis disciplinam, a Petro episcopo secundum b. Augustini regulam institutam, observari iubet, eiusque possessiones et privilegia confirmat. (Fragmentum.) Wiener Sitzungsber. XCIV. 659: „Id. Apr.", (rectius videtur, ut in Hist. Patr. Mon. SS. II. 393 et ap. Pflugk-Harttung Iter p. 159 et 806: „Non. Apr."). — „Officii nostri nos".
„ 5.	„	8566 Monasterii SS. martyrum Marcellini et Petri Bonaevallensis patrocinium suscipit, possessionesque confirmat, petente Arnaldo abbate. In bibl. nat. Paris. Coll. Baluze t. 38. f. 14. — „Desiderium, quod ad".
„ 8.	„	8567 (6050) Pontio, abbati Vizeliacensi, concedit, ne Artaldi quondam abbatis Vizeliacensis interfectores de exsilio reducantur; monasteriumque vetat ab iis et eorum heredibus vexari. D'Achery Spicil. II. 507, Bouquet Rec. XV. 411, Quantin Cart. gén. I. 381, Mansi XXI. 614, Migne 179 p. 852. — „Praedecessor noster".
„ 11.	„	8568 Ecclesiam Wissegradensem, petente Alexandro praeposito, tuendam suscipit, imposito fratribus duodecim marcarum denariorum censu annuo. Erben Regesta Bohemiae I. 108.

		1144. *(Ind. 7. — 1. Sept. — 8, pont. a. 1.)*
Apr. 13.	Laterani	8569 Parthenonis S. Dionysii Montis martyrum Parisiensis tutelam suscipit, ac disciplinam privilegiaque confirmat, petente Ludovico Francorum rege. Cop. a. 1507 in tab. nat. Paris. L. 226. n. 15. — „Piae postulatio voluntatis“.
„ 13.	„	8570 Ecclesiae S. Mariae et S. Sigismundi Ripaltensis, a civibus eius constructae et tempore Urbani II. papae b. Petro oblatae, patrocinium suscipit, possessionesque et privilegia, rogatu Alberti praepositi, confirmat. Censum annuum duodecim Mediolanensium nummorum canonicis iniungit. Vignati S. Alberto Quadrelli p. 10. — „Piae postulatio voluntatis“.
	(„)	9110 (6343) Heinrico, episcopo Moraviensi, qui Hierosolymam una cum Conrado Romanorum rege proficiscendi consilium deposuerit et Slavici belli capessere partem constituerit, scribit, se ob eam rem de ecclesia Constantinopolitana Romanae coniungenda paene desperare. Boczek C. D. M. I. 258, Migne 180 p. 1262. — „Propositum tuum una“.
Aug. 3.	„	9111 (6344) Monasterium S. Mariae Novi-castri (Neuenburgense) tuendum suscipit, et eius bona confirmat, petente Udalrico abbate. Schoepflin Als. dipl. I. 234, Migne 180 p. 1262. — „Religiosis desideriis dignum“.
„ 7.	„	9112 Monasterii Bellae-vallis (d. Vesont.) possessiones et privilegia confirmat. (Fragmentum.) Cartul. de Bellevaux, Coll. Moreau t. 870. f. 136 in bibl. nat. Paris. — „Ad hoc universalis“.
„ 8.	„	9113 (6345) Ecclesiae S. Mariae Ilbenstadensis protectionem suscipit et possessiones confirmat, petente Antonio praeposito. Hugo O. P. A. I. Pr. p. 665, Würdtwein Not. eccl. Ilb. 33, Migne 180 p. 1263. — „Quotiens illud a“.
„ 8.	„	9114 Monasterium S. Mariae de Curia-dei tuendum suscipit, eiusque possessiones et iura confirmat, petente Petro abbate. Jarry L'abbaye de la Cour-Dieu p. 177. — „Desiderium, quod ad“.
„ 9.	„	9115 Hugonem abbatem et fratres Montis S. Eligii hortatur, ut in ecclesia S. Kiliani Albiniacensi, ab Alviso episcopo Atrebatensi concessa, regulares canonicos instituant. Pflugk-Harttung Acta I. 195. — „Officii nostri suadet“.
„ 13.	„	9116 (6346) Monasterium S. Mariae Alderspacense tuendum suscipit et possessiones eius confirmat, petente Sigfrido abbate. Hund Metr. Sal. II. 59, Mon. Boic. V. 356, Migne 180 p. 1265. — „Religiosis desideriis dignum“.
„ 14.	„	9117 Monasterii S. Oswaldi Bardeneiensis protectionem suscipit, iuraque et possessiones confirmat, petente Iohanne abbate. Ex Cod. Mus. Brit. Cotton. Vespas. E. XX. f. 9. Dedit K. Pertz. — „Quoniam sine vere“.
„ 15.	„	9118 (6347) Ecclesiae S. Mariae Huntindunensis protectionem suscipit, bonaque confirmat, petente Roberto priore. Monast. Anglic. II. 26, nov. ed. VI. 20, Migne 180 p. 1266. — „Quotiens illud a“.
„ 16.	„	9119 Constitutionem ab Attone, episcopo Trecensi, factam et ab Alberico, episcopo Ostiensi, tunc apostolicae sedis legato, roboratam, „ut videlicet, qui in ecclesia Trecensi canonici statuantur, nisi in ecclesiae servitio assidui fuerint, nihil de praebendali beneficio praeter viginti solidos annuatim recipiant, exceptis Cluniacensibus fratribus tantum, quibus praebendae in ecclesia concessae sint“, approbat. (Reproductio bullae heliographica in) Musée des archives départem. tab. XXIV; texte ibid. p. 74, Pflugk-Harttung Acta I. 196. — „Sicut ea quae“.

		1147. *(Ind. 10. — 25. Sept. — 11, pont. a. 2. — 18. Febr. — 3, 1146. — 25. Mart. — 1147.)*
Aug. 22.	Altissiodori	9120 (6348) Monasterii S. Mariae Bertiniae-curtis protectionem suscipit, bonaque confirmat, petente Gisleberto abbate. Hugo O. P. A. II. Pr. p. 192, Migne 180 p. 1268. — „Quotiens illud a“.
„ 23.	„	9121 (6349) Monasterium Rigniacense tuendum suscipit, bonaque eius confirmat, petente Stephano abbate. Gall. Chr. XII. Instr. p. 119, Quantin Cart. gén. I. 435, Migne 180 p. 1269. — „Desiderium, quod“.
„ 23.	„	9122 (6350) P(ontio) Matisconensi et G(ualterio) Cabilonensi episcopis mandat, cogant G(oceranum) Grossum (dominum Branciduni), „ut secundum sententiam A(medei), archiepiscopi Lugdunensis de illatis iniuriis Petro Cluniacensi abbati et fratribus satisfaciat“. Bullar. Cluniac. p. 61, Bouquet Rec. XV. 445, Migne 180 p. 1271. — „Dilectus filius noster“.
„ 23.	„	9123 Petro, abbati Cluniacensi, monasterium Balmense asserit. Ex autogr. in Coll. de Bourgogne 80. n. 242 bibl. nat. Paris. misit Delisle; in eiusdem bibl. Coll. Moreau t. 63. f. 40. — „Gloriosa et ammirabilis“.
„ 24.	„	Herebertum episcopum Glascuensem consecrat „die S. Bartholomaei“. Chronica de Mailros ap. Fell R. A. SS. p. 167, ed. Stevenson p. 73.
„ 24.	„	9124 (6351) Monasterio Cluniacensi asserit Baernam Monteriam a Guillelmo, comite Matisconensi, concessam. (In clausula „VIIII. kal. Sept.“ legendum esse, patet ex autographo in bibl. nat. Paris. Coll. de Bourgogne t. 80. n. 243.) Bibl. Cluniac. p. 1409, Bullar. Cluniac. p. 58, Migne 180 p. 1272. — „Quae ab ecclesiae“.
„ 25.	„	9125 Monasterium Vallis S. Mariae tuendum suscipit, eiusque possessiones decimarumque immunitatem confirmat, petente Henrico abbate. Pflugk-Harttung Acta I. 196. — „Quoniam sine verae“.
„ 27.	„	9126 Monasterii S. Mariae Quinciacensis protectionem suscipit bonaque confirmat, petente Urbano abbate. Quantin Cartulaire gén. de l’Yonne II. 66. — „Pie postulatio voluntatis“.
„ 30.	„	9127 Ecclesiae S. Andreae apostoli in Scotia protectionem suscipit, ac disciplinam, possessiones, privilegia confirmat, petente Roberto priore. Liber cartarum S. Andreae p. 48, Haddan and Stubbs Councils II. I. 225. — „Ad hoc universalis“.
Sept. 6.	„	9128 (6352) Ecclesiae Stivagiensis protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat, petente Gilliberto abbate. Défense de l’église de Toul Pr. p. 44, Hugo O. P. A. II. Pr. p. 543, Migne 180 p. 1274. — „Quotiens illud a“.
„ 6.	„	9129 Monasterii S. Mariae Stratensis tutelam suscipit, possessionesque confirmat, petente Milone abbate. Cart. d’Estrée s. XVI. f. 1 in Arch. dép. de l’Eure in Evreux. — „Cum omnibus ecclesiasticis“.
	„	9130 Monasterium SS. Petri et Pauli Solemniacense tuendum suscipit, bonaque et privilegia confirmat, petente Geraldo abbate. (Verba „XVIII. kal. Oct.“ sine dubio mendum continent.) In Coll. Moreau t. 63. f. 49 bibl. nat. Paris. — „Quoniam sine verae“.
„ 12.	ap. Flaviniacum	9131 In paroecia monasterii S. Michaelis Tornodorensis constructam a leprosis ecclesiam eorumque iura confirmat. Quantin Cart. gén. I. 424. — „Qui diligentibus deum“.
„ 14.	Cistercii	9132 (6353) Ecclesiam S. Ruperti Salzburgensem tuendam suscipit, eiusque disciplinam possessiones, iura confirmat, petente Henrico praeposito. Pflugk-Harttung Acta II. 344. — „Pie postulatio voluntatis“.
„ 14.		†9133 Ecclesiae Salzburgensis tutelam suscipit, eiusque privilegia confirmat et auget. Pflugk-Harttung Acta II. 345. („Datum Cistercii p. m. Hugonis pr. card. agentis vicem Guidonis S. R. E. diac. card. et canc.“ cet. Bullam falsam esse, aperte docent subscriptiones. Cf. Meiller Reg. arch. Salisb. p. 453, Diekamp in Historisch. Jahrb. IV. 224.) — „Quotiens illud a nobis“.
„ 17.	„	9134 (6354) Monasterii Yerguensis protectionem suscipit, possessionesque confirmat, petente Raimundo abbate. Oihenarti Notitia utr. Vasc. p. 101, Migne 180 p. 1278. — „Quoties illud a“.
„ 17.	„	9135 (6355) Monasterium S. Mariae de Nienzabas tuendum suscipit, eiusque possessiones confirmat, petente Raimundo abbate. De la Fuente España sagrada L. 403, Manrique Ann. Cist. I. 416 et II. 108, Migne 180 p. 1279. — „Quoties illud a“.
„ 17.	„	9136 (6356) Monasterii S. Viti Prulensis protectionem suscipit, bonaque ac iura confirmat, petente Wernhero abbate. Mon. Boic. XV. 156, Migne 180 p. 1280. — „Religiosis desideriis“.

1147. *(Ind. 10. — 25. Sept. — 11, pont. a. 2. — 18. Febr. — 3, 1146. — 25. Mart. — 1147.)*

Sept. 17.	ap. Cistercium	9137 Monasterii Cellae S. Mariae (Riddagshusani) tutelam suscipit, possessionesque confirmat, petente Rodberto abbate. Pflugk-Harttung Acta I. 197. — „Locorum venerabilium".
„ 17?	„	9138 Monasterii Vallis S. Mariae patrocinium suscipit, bonaque ac decimarum immunitatem confirmat, petente Heinrico abbate. (Inter „X." et „kal. Oct." numerum „V." excidisse putem.) Pflugk-Harttung Acta I. 198. — „Cum omnibus".
„ 19.	ap. S. Sequanum	9139 (6357) Conventui Savigneiensi et abbatibus monasteriorum ad idem coenobium pertinentium significat, se petentibus Serlone Savigneiensi et Osmundo Belbacensi abbatibus, monasteria eorum congregationi Cisterciensi adiunxisse. Martene et Dur. Vet. Script. I. 807, Neustria pia p. 684, Acta SS. Octob. VIII. 1018, Migne 180 p. 1282. — „Pax ecclesiae".
„ 25.	Altissiodori	9140 (6358) Pactum inter Hugonem Burgundiae ducem et canonicos Lingonenses factum confirmat. Gall. Chr. IV. Instr. p. 171, Bouquet Rec. XV. 446, Pflugk-Harttung Acta I. 199, Migne 180 p. 1282. — „Apostolicae sedis".
„ 25.	„	9141 Monasterii Laudensis possessiones confirmat. Ex bibl. nat. Paris. ms. lat. 9863. fol. 27. Misit Delisle. — „Desiderium, quod".
„ 27.	„	9142 *Monasterii Luxoviensis possessiones et privilegia confirmat. In bibl. nat. Paris. ms. lat. 12678. (Monasticon Benedict. XXI.) f. 370^{b}.
„ 29.	„	9143 Ecclesiae S. Mariae de Castellis possessessiones ac decumarum immunitatem confirmat, petente Roberto priore. Autogr. in tab. nat. Paris. L. 228. n. 8bis. — „Sicut iniusta poscentibus".
Iul. Oct.	„	9143a *Monasterio S. Albani privilegium dat, impetrante Radulpho abbate. Vide Gesta abb. S. Albani ed. Riley I. 107, MG. SS. XXVIII.
Oct. 6.	„	9144 (6359) Sugerio, abbati S. Dionysii, respondet, ecclesiam Parisiensem cordi sibi fore. Qui episcopi „pro defensione regni ei opem ferre et adesse recusent", eorum nomina ad sese deferri vult. De „locis regni ad celebrandum concilium oblatis" gratias agit, „sed" inquit „quoniam nostrum firmaveramus consilium, propositum nostrum non duximus immutandum". De (Matthaeo) duce Lotharingiae excommunicato se „iustitiam ei plenius et diligentius facturum" scribit. De ecclesia de Buxis addit. Duchesne H. Fr. SS. IV. 495, Bouquet Rec. XV. 447, Mansi XXI. 636, Migne 180 p. 1283. — „Nuncium et literas".
„ 9.	„	9145 Monachos S. Petri-Vivi Senonenses collaudat, quod de ordine Cluniacensi abbatem elegerint. Praecipit, ut „instituta Cluniacensis ordinis iuxta mandatum abbatis recipiant". Quantin Cart. gén. I. 452. — „Quia ecclesia vestra".
„ 10.	„	9146 (6360) Monasterii S. Lamberti Laetiensis tutelam suscipit, bonaque confirmat, petente Gerrico abbate. Coll. Moreau t. 63. fol. 51 in bibl. nat. Paris., (Reiffenberg Monuments VII. 642, Migne 180 p. 1284). — „Piae postulatio voluntatis".
„ 11.	„	9147 (6361) Heinricum, episcopum Moraviensem, evocat ad concilium, dominica Laetare Ierusalem (21. Martii 1148) Treviris (Trecis? vide ep. 9149) celebrandum. Commendat Iohannem ecclesiae Romanae subdiaconum, missum ad pacem „inter (Wladislaum) ducem expulsum et germanos eius" conciliandam. Boczek C. D. M. I. 259, Migne 180 p. 1284. — „De tua dilectione".
„ 11.	„	9148 Parthenonis S. Petri Aveniacensis protectionem suscipit, possessionesque et iura confirmat, petente Alvide abbatissa. Paris Hist. de l'abbaye d'Avenay II. 78, (Neues Archiv VII. 92). — „Piae postulatio voluntatis".
„ 12.	„	9149 (6362) „Venerabilibus fratribus H. (Eberhardo) archiepiscopo, episcopis et dilectis filiis abbatibus per Salzburgensem provinciam constitutis salutem et apostolicam benedictionem. Indubitatum procul dubio est, et universa per mundum christianitas recognoscit, quod sanctam matrem et apostolicam Romanam ecclesiam solus ille fundavit et super firmam et immobilem fidei petram constituere voluit, qui beato Petro, caelorum regni clavigero, terreni simul et caelestis imperii iura commisit. Non enim cuiuslibet terrenae sententiae, sed illius verbi, quo constructum est caelum, et terra privilegio fungitur, illius auctoritate fulcitur. Sic enim divini consilii altitudo disposuit, ut sancta Romana, quam praefati sumus, ecclesia in capite nostro, domino Iesu Christo, tamquam in solidissimo fundamento ammirabilis structura consurgens, universis per orbem ecclesiis prelatione perpetua premineret et ad emergentes hereses et alia mala et vitia pullulantia resecanda per se ipsam studiose intenderet, et ad

1147. *(Ind. 10. — 25. Sept. — 11, pont. a. 2. — 18. Febr. — 3, 1146. — 25. Mart. — 1147.)*

		diem efficiendum pro qualitate causarum et temporum aliorum studia excitaret. Hoc itaque auctoritatis apostolicae debito provocati fratres nostros archiepiscopos, episcopos et alios ecclesiarum prelatos de diversis mundi partibus duximus convocandos, et vobis atque aliis fratribus et filiis nostris presentibus proxima dominica, qua cantatur Laetare Ierusalem (21. Mart. 1148), pro multis, quae increverunt, enormitatibus propellendis, et confirmandis, quae Deo placitura sunt, in fiducia ipsius apud Trecas (Treverim? vide epistolam 9147) concilium celebrare decrevimus. Vestrae itaque universitati per apostolica scripta et dilectum filium, Raim. capellanum nostrum, precipiendo mandamus, quatenus illuc eodem termino, remota omni occasione, ad nostram presentiam venietis, ut vestro freti auxilio atque consilio errata corrigere et quae statuenda fuerint, valeamus sancto cooperante spiritu stabilire. Prefatum vero capellanum nostrum vobis attentius commendantes, rogamus, ut eum benigne recipiatis et honeste tractetis. Data Altisiodori 4. idus Octobris". Ex cod. bibl. Vindobon. 2192. Dedit Wattenbach. — „Indubitatum procul dubio".
Oct. 13.	ap. S. Florentinum	9150 (6363) Monasterii S. Iohannis Reomaensis protectionem suscipit ac possessiones confirmat. Roverii Reomaus p. 200. — „Desiderium, quod ad".
„ 24.	Catalauni	9151 (6364) Monasterii S. Mariae Iettensis protectionem suscipit, possessionesque confirmat, petente Gualtero abbate. Hugo O. P. A. I. Pr. p. 511, Miraei Opp. dipl. II. 968, Migne 180 p. 1285. — „Desiderium, quod ad".
„ 25.	„	9152 (6365) Parthenonis S. Mariae Hederensis protectionem suscipit, possessionesque confirmat, petente Hildiarde abbatissa. Mabillon Ann. ord. Ben. VI. 676, Migne 180 p. 1287. — „Locorum venerabilium".
„ 26.	„	Ecclesiam S. Stephani consecrat „septimo kal. Nov.". Relatio ap. Chifflet S. Bernardi genus p. 78.
„ 26.	„	9153 (6366) Ecclesiae Christi Londinensis protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat, petente Radulfo priore. (Pro: „Latalaum" leg. „Catalauni".) Rymer Foedera I. 15, Monast. Angl. nov. ed. VI. 154, Migne 180 p. 1289. — „Piae postulatio voluntatis".
„ 27.	„	9154 (6367) Ecclesiae S. Mariae et S. Iohannis, supra Maternam fluvium iuxta Gornaium castrum sitae, protectionem suscipit, ac possessiones confirmat, petente Gamone priore. Autogr. in tab. nat. Paris. L. 228. n. 10, (La Roque Hist. gén. de la maison d'Harcourt IV. 1620). — „Pie postulatio voluntatis".
Nov. 1.	„	9155 (6368) Parthenonis S. Spiritus Paraclitensis protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia, petente Heloissa abbatissa, confirmat, ea lege, ut unus obolus aureus Lateranensi palatio quotannis persolvatur. Abaelardi et Heloisae Opp. p. 348, Lalore Coll. II. 7, Migne 180 p. 1291. — „Ad hoc nobis a".
„ 3.	„	9156 (6369) Petro, abbati Cluniacensi, et eius successoribus monasterium S. Germani Altissiodorense asserit. Bullar. Cluniac. p. 61, Bouquet Rec. XV. 447, Quantin Cart. gén. I. 442, Migne 180 p. 1294. — „Cognoscentes, quod servos".
	„	9157 (6679) Monasterii S. Cornelii Ninoviensis protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat. Hugo O. P. A. II. Pr. p. 229, Miraei Opp. dipl. I. 534, Migne 180 p. 1561. (Quo loco et anno bulla data sit, docet Chron. Balduini Ninov. 1147 in MG. SS. XXV. 532.) — „Quoties illud a".
„ 3.	in territorio Catalaunensi apud curtem Ausorum	9158 Ecclesiae SS. Cornelii et Cypriani Compendiensis patrocinium suscipit, possessionesque et iura confirmat, petente Odone decano. Coll. Moreau t. 63. f. 56 in bibl. nat. Paris., Cartul. S. Corn. Comp. s. XIII. LL. 1622. fol. 33 in tabulario nat. Paris. (Revue des soc. sav. des départ. VI. sér. IV. 460, ubi notae temporis corruptae et bulla perperam „apud curtem Aulorum" data esse dicitur.) — „Quotiens illud a".
„ 5.	Virdunum	venit „nonis Novembris". Hist. ep. Vird. ap. Calmet Hist. de Lorr. I. Pr. p. 240 et in MG. SS. X. 517.
„ 9.	Virduni	translationem corporis S. Vitoni facit „V. iduum eiusdem mensis". Hist. ep. Vird. l. l. p. 241 et in MG. SS. X. 517.
„ 11.	„	ecclesiam S. Mariae dedicat „die S. Martini". Chron. S. Vitoni Vird. 1147 ap. Labbe N. B. M. I. 401.
(„)	(„)	9159 *Villano, archiepiscopo Pisano, mandat, ut canonicos tamquam fratres diligat omniaque, quae discordiam inter eos gignere possint, reiiciat. Vide epistolam sequentem.

		1147. *(Ind. 10.—25. Sept.—11, pont. a. 2.—18. Febr.—3, 1146.—25. Mart.—1147.)*
Nov. 19.	Virduni	9160 Canonicis Pisanis scribit, sese Villano archiepiscopo mandasse, ut eos tamquam fratres diligat. De appellatione eorum se certum responsum dare non posse. Pflugk-Harttung Acta II. 347. — „Litteras vestras".
„ 22.	„	9161 (6370) Monasterii S. Augustini Morinensis protectionem suscipit, bonaque confirmat, petente Anselmo abbate. Miraei Opp. dipl. IV. 18, cf. ibid. p. 378, ubi pro „Lugduni" recte legitur „Virduni"; Hugo O. P. A. I. Pr. p. 131, Migne 180 p. 1295. — „Desiderium, quod ad".
„ 29.	prope Treverim	in ecclesia S. Eucharii „sabbato ante dominicam Ad te levavi". Balderici Gesta Alber. c. 23 in MG. SS. VIII. 254.
„ 30.	Treverim	pervenit „dominica, qua cantatur Ad te levavi". Balderici Gesta Alber. l. l.
Dec. 6.	Treveris	9162 *Monasterii Morimundensis protectionem suscipit, possessionesque confirmat, petente Rainaldo abbate. Dubois Hist. de Morim. p. 107 (non ipse vidi); in translatione libri Germanica, Münster 1855. p. 95.
„ 7.	„	Henricum archiepiscopum Eboracensem consecrat „dominica secunda adventus domini", Chronica de Mailros 1147 ap. Fell R. A. SS. p. 167, ed. Stevenson p. 73: „In octabis S. Andreae", Simeon. Dunelm. Hist. cont. per Ioh. Hagust. 1148 ap. Twysden H. A. SS. I. 276.
„ 18.	„	9163 (6371) Heinrico, episcopo Moraviensi, concedit, ut interesse concilio, mediante quadragesima (21. Mart. 1148) celebrando, supersedeat. Boczek C. D. M. I. 259, Migne 180 p. 1296. — „Quantus erga nos".
(„ 18.)	(„)	9164 H(ugoni) archiepiscopo Rotomagensi mandat, moneat Ricardum et Henricum, milites templi, ut villam quandam, „Reimberti ulmus" dictam, a Willelmo, comite Pontivorum acceptam, fratribus Troarnensibus reddant, aut cum eis transigant, aut denique ad sese accedant. Praecipit, ut a Willelmo de Mauretania famulum monasterii iniuste captum dimitti curet. Loewenfeld Epistolae p. 105. — „Ricardi Troarnensis abbatis".
„ 18.	„	9165 H(ugoni) archiepiscopo Rotomagensi, A(lgaro) Constantiensi et R(otrodo) Ebroicensi episcopis praecipit, hortentur (Willelmum) comitem Pontivorum, ut fratribus Troarnensibus super villa „Reimberti ulmus" dicta iustitiam faciat. Nisi obedierit, iter eius Hierosolymitanum omnino prohibeant. Archives de l'or. lat. II. 253. — „Inter Troarnense monasterium".
„ 18.	„	9166 G(uillelmum) comitem Pontivorum monet, ut antequam iter Hierosolymitanum arripiat, fratribus Troarnensibus ex arbitrio Hu(gonis) archiepiscopi Rotomagensis, A(lgari) Constantiensis et R(otrodi) Ebroicensis episcoporum satisfaciat. Archives de l'or. lat. II. 253. — „Troarnensis abbatis".
„ 19.	(„)	9167 *Monasterii Turpiniacensis protectionem suscipit. In bibl. nat. Paris. ms. lat. 17128. f. 291.
„ 20.	„	9168 (6372) Ecclesiae S. Albani Basileensis tutelam suscipit possessionesque confirmat, petente Hessone priore. Schoepflin Als. dipl. I. 231, Trouillat Mon. de Bâle I. 298, Migne 180 p. 1298. — „Sicut iniusta poscentibus".
„ 22.	„	9169 (6373) T(eobaldum) episcopum Veronensem reprehendit, quod canonicorum possessionibus non restitutis, urbem interdicto solverit. Praecipit, ut eas reddendas curet. Ughelli It. sacr. V. 786, Migne 180 p. 1298. — „Per alia tibi".
„ 22.	„	9170 (6374) P(eregrino), patriarchae Aquileiensi, scribit, se mirari, quod milites quosdam, propter occupatas ecclesiae Veronensis possessiones excommunicatos, absolverit. Mandat, impellat eos, ut ablata restituant. Ughelli It. sacr. V. 786, Migne 180 p. 1299. — „Officii nostri".
„ 23.	„	9171 Constantino abbati et fratribus S. Petri de Monte concessa a Stephano, episcopo Metensi, assensu Theoderici eius nepotis, bona iuraque confirmat. In bibl. nat. Paris. Chartul. S. Petri de Monte, scr. a. 1392, ms. lat. 12866. f. 7b. — „Quotiens illud a".
„ 25.	„	„Natalis Domini sollempnitate". Balderici Gesta Alberonis c. 23 in MG. SS. VIII. 255.
		9172 *Monasterii Altae-silva bona ac iura confirmat. Pflugk-Harttung Acta I. 190.
		9173 Monasterium S. Mariae Domus-Dei tuendum suscipit, eiusque possessiones ac decumarum immunitatem confirmat, petente Alboldo abbate. (Legitur tantum francogallice reddita in) Gaillardin Les Trappistes I. 14, Gouverneur Ess. hist. sur le Perche p. 289. — („Il convient à la clémence" „Apostolici moderaminis clementiae"?).

1148. *(Ind. 11. — 25. Sept. — 12, pont. a. 3. — 18. Febr. — 4, 1147. 25. Mart. 1148.)*

Ian. 13.	Treveris	ecclesiam S. Matthiae dedicat. Vide relat. ap. Acta SS. Febr. T. III. 453, Gesta Trevir. cont. c. 7 in MG. SS. XXIV. 378.
„ 20.	„	9174 (6377) Monasterii Lacensis protectionem suscipit, possessionesque confirmat, petente Gisleberto abbate. Günther Cod. dipl. Rh. Mosel. I. 303, Beyer M. U. I. 602, Heinemann C. D. Anhalt. I. 256, Migne 180 p. 1301. — „Piae postulatio voluntatis".
„ 20.	„	9175 Monasterii Savigneiensis protectionem suscipit, possessionesque ac decimarum immunitatem confirmat, petente Serlone abbate. Cartulaire de Savigny s. XIII. f. 152 in Arch. dép. de la Manche in St.-Lô. — „Religiosis desideriis dignum".
„ 20.	„	9176 Isembaldo abbate Gorziensi petente, confirmat sententiam inter Guarnerum, eius praedecessorem, et Wethelonem, advocatum Amellae, super ipsa villa a Poppone quondam episcopo Metensi latam. Pflugk-Harttung Acta I. 200. — „Sicut iniusta poscentibus".
„ 27.	„	9177 (6378) Monasterium S. Petri (in nigra silva) tuendum suscipit et eius bona confirmat, petente Adelberto priore. Dümgé Reg. Bad. p. 137. — „Apostolicae sedis auctoritate".
„ 28.	„	9178 (6379) Monasterii Heilsbronnensis protectionem suscipit, possessionesque confirmat, petente Raboto abbate. Hocker Supplem. zum Heilsbr. Antiqu. II. 74. — „Desiderium, quod ad".
„ 28.	„	9179 (6380) Monasterii Ebracensis protectionem suscipit, bonaque confirmat, petente Ada abbate. Pflugk-Harttung Acta II. 347, (Lang Regesta I. 191, cf. Brev. notit. mon. Ebrac. p. 67). — „Quotiens illud a".
„ 28.	„	9180 Ecclesiae S. Mariae Magdalenae Virdunensis tutelam suscipit, possessionesque confirmat, petente Andrea praeposito. In bibl. nat. Paris. Coll. Moreau t. 63. f. 151. — „Quotiens illud a".
„ 31.	„	monasterium S. Paulini consecrat „2. kal. Febr.". Vide Hontheim Prodrom. I. 89, Gesta Trevir. cont. c. 7 in MG. SS. XXIV. 378.
Febr. 6.	„	9181 (6381) Monasterii S. Eucharii Trevirensis protectionem suscipit, possessionesque confirmat, petente Bertulpho abbate. Günther Cod. dipl. Rh. Mosel. I. 308, Beyer M. U. I. 604, Migne 180 p. 1303. — „Ad hoc universalis".
„ 6.	„	9182 (6382) Monasterii Wiblingensis patrocinium suscipit, possessionesque et privilegia confirmat, petente Stephano abbate. Wirtemberg. Urkundenb. II. 46. — „Pie postulatio voluntatis".
„ 13.	„	9183 (6383) Monasterii S. Mariae Lonnicensis protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat, petente Folmaro abbate. Günther Cod. dipl. Rh. Mosel. I. 306, Beyer M. U. I. 605, Migne 180 p. 1304. — „Quoniam sine vere".
„ 13.	„	9184 (6384) Presbyteris, clericis, laicis per Archoe et Zulphechoe parochias constitutis controversiam inter G(erardum) Bonnensem et Fred(ericum) S. Georgii praepositos diremptam nunciat. Praecipit, ut G(erardo), ius archidiaconatus habenti, obediant. Günther Cod. dipl. Rh. Mosel. I. 339, Eichhof Materialien I. 582, Migne 180 p. 1305. — „Controversiam, que".
„ 13.	„	9185 Gerardo, praeposito Bonnensi, asserit ius „visitandi et circumeundi decanias, in eius archidiaconatu consistentes", in his decaniam Friderici, praepositi S. Georgii. Eichhof Materialien I. 581. — „Quando inter personas".
(„)	(„)	9186 (6385) Monachos Corbeienses, ut Wibaldo abbati obediant in recuperandisque monasterii bonis assint, hortatur. Jaffé Bibl. I. 151, cf. ibid. p. 245, (Martene Coll. II. 229, Migne 180 p. 1306). — „Memores sumus, quod".
(„)	(„)	9187 (6386) Henrico, episcopo Leodiensi, mandat, cogat Eustachium et Macharium de Suingeis, ut monasterio Stabulensi ablata restituant. Jaffé Bibl. I. 151, (Martene Coll. II. 230, Migne 180 p. 1306). — „Aecclesiasticorum bonorum".
	(„)	9188 Hildegardi, praepositae parthenonis Montis S. Roberti „gratiam Dei, qua secreta videat et intellegat, gratulatur" et secundum S. Benedicti regulam cum sororibus vivendi facultatem concedit. S. Hildeg. Opp. ap. Migne 197 p. 145. (Papam synodum Treveris celebrasse, colligi minime potest ex verbis Vitae Hildeg. L. I. c. 5, ibid. p. 94, quam sub oculis habuisse videtur Auctor Annal. Stadens. in MG. SS. XVI. 330, de „concilio Trevirensi" loquens.) — „Miramur, o filia".

1148. *(Ind. 11. — 25. Sept. — 12. pont. a. 3. — 18. Febr. — 4, 1147. — 25. Mart. — 1148.)*

Febr. 15.	apud Sarranium	9189 (6387) W. abbatem et fratres S. Benedicti Padilironensis hortatur, ut Petri abbatis et ecclesiae Cluniacensis privilegia observent. Bullar. Cluniac. p. 61, Migne 180 p. 1307. — „Dilecti filii nostri“.
„ 18.	Metis	9190 (6388) Monasterii S. Disibodi protectionem suscipit, possessionesque ac iura confirmat, petente Conone abbate. Ioannis Tab. spic. p. 127, Beyer M. U. I. 612. — „Pie postulatio“.
„ 22.	Virduni	9191 (6389) Monasterii Bonifagetensis protectionem suscipit bonaque confirmat, petente Gunthero abbate. Hugo O. P. A. I. Pr. p. 309, Migne 180 p. 1308. — „Religiosis desideriis dignum“.
„ 26.	„	9192 (6390) „Capitaneis Nonantulani monasterii Vassalis“ praecipit, ut monasterium contra inimicos defendant. Tiraboschi St. di Non. II. 263, Migne 180 p. 1309. — „Quantum Nonantulanum“.
Febr.Mart.	„	corpus S. Vitoni „in novo feretro“ transfert. Vide Ann. S. Vit. Vird. 1147 in MG. SS. X. 527. (Verba: „VI. id. Mart.“ mendum aperte continent.)
Mart. 9.	Remis	9193 Hilmaro abbati S. Martini Yprensis eiusque successoribus donatum ab Alviso episcopo Atrebatensi altare de Calona asserit; statutum, ut fratribus templi Hierosolymitani oblationes octo diebus statutis annuatim in capella de Obstal (Abstahl) factae concedantur, approbat (cf. supra 7812). Les trois cart. de St.-Mart. à Ypres I. 14. — „Apostolicae sedis, cui“.
„ 11.	„	9194 Monasterii Casae-dei Viconiensis protectionem suscipit, possessionesque et iura confirmat, petente Guarino abbate. Pflugk-Harttung Acta I. 201. — „Religiosis desideriis dignum“.
„ 16.	„	9195 (6391) Ecclesiae SS. apostolorum in Monte-Cornelio Leodiensis protectionem suscipit, bonaque et iura confirmat, petente Luca abbate. Hugo O. P. A. I. Pr. p. 275, Migne 180 p. 1309. — „Quoties illud a“.
„ 17.	„	9196 (6392) Monasterii Longi-pontis protectionem suscipit bonaque confirmat, petente Balduino abbate. Compendiosum abbatiae Longi-pontis chron. p. 26, Migne 180 p. 1311, (Hist. de Iean de Montmirel p. 536. Pro „Dat. p. m. Hugonis d. c. et canc.“ legendum esse puto „Dat. p. m. Guidonis“.) — „Quoties illud a“.
„ 18.	„	9197 *Monasterii Vallis magnae protectionem suscipit, possessionesque confirmat, petente Petro abbate. In bibl. nat. Paris. ms. lat. 12760. f. 438.
„ 21.	Remis in basilica S. Mariae	Concilium generale. „Medianae quadragesimae dominica“ Otton. Frising. gest. Frid. L. I. c. 54 in MG. SS. XX. 381; „XII. kal. Apr.“, Chron. Remense 1148 ap. Labbe N. B. M. I. 361, in MG. SS. XIII. 83; „ad laetare Hierusalem“ Chronica de Mailros 1147 (1148) ap. Fell R. A. SS. p. 167, ed. Stevenson p. 73; Annal. Camerac. 1148 in MG. SS. XVI. 517, Ann. Rodens. 1148 ibid. p. 720. Statuunt: 1) ne quis „a suis episcopis excommunicatos“ recipiat; 2) ut „tam episcopi quam clerici neque in superfluitate seu inhonesta varietate colorum aut scissura vestium, neque in tonsura, intuentium offendant aspectum“; 3) „ut qui in ordine subdiaconatus, aut supra, uxores duxerint, aut concubinas habuerint, officio atque ecclesiastico beneficio careant“; 4) „ut sanctimoniales et mulieres, quae canonicae nominentur, et irregulariter vivant, vitam suam in melius corrigant et emendent“; 5) „ut laici ecclesiastica terminare negotia non praesumant“; 6) „ut nullus advocatus praeter ius et beneficium antiquitus constitutum sibi aliquid accipiat vel usurpet“; 7) ut „episcopi, presbyteri, subdiaconi, regulares canonici, monachi atque conversi professi, qui uxores sibi copulare praesumpserint, separentur“; 8) „ut decimas ecclesiarum laici non debeant possidere“; 9) „ut nullus in archidiaconum nisi diaconus vel presbyter ordinetur“; 10) „ne presbyteris conductitiis ecclesiae committantur, et unaquaeque ecclesia, cui facultas suppetat, proprium habeat sacerdotem“; 11) „ut presbyteri, clerici, monachi, conversi, peregrini, mercatores, rustici euntes et redeuntes et in agricultura existentes et animalia, cum quibus arant, et oves omni tempore sint securae“; 12) „militum nundinas vel ferias omnino fieri interdicunt“; 13) „ut si quis in clericum vel monachum violentas manus mittat, anathemati subiaceat“; 14) „ut in eos, qui ad ecclesiam vel coemeterium confugerint, nullus manus mittere audeat“; 15) „ut si quis ignem apposuerit, excommunicetur“; 16) „ut pro chrismatis et olei sacri et sepulturae acceptione nullum pretium exigatur“; 17) „ordinationes factas a filio Petri Leonis et aliis schismaticis evacuant“; 18) „ut nullus omnino

1148. *(Ind. 11. 25. Sept. 12, pont. a. 3. — 18. Febr. — 4, 1147. 25. Mart. — 1148.)*

hominum haeresiarchas et eorum sequaces, qui in partibus Guasconiae aut Provinciae vel alibi commorantur, manuteneat vel defendat, nec aliquis eis in terra sua receptaculum praebeat". Mansi XXI. 713; cf. ibid. p. 718: „Eiusdem concilii canonum collectionem alteram auctiorem".

In eodem concilio Eum (Eon, Eunus, Eudo) puniendus Sugerio abbati S. Dionysii committitur. Otton. Frising. gest. Frid. L. I. c. 55 in MG. SS. XX. 382, Annal. Camerac. 1148 in MG. SS. XVI. 517; cf. Mansi XXI. 720 sqq.

„Fidei symbolum contra errores Giliberti Porretani, Pictaviensis episcopi", in eodem concilio constituitur. Vide Mansi XXI. 711.

In eodem concilio causa (Balduini) comitis Hanoniensis pertractatur. Gesta abb. Lobbiensium c. 25 in MG. SS. XXI. 329.

Archiepiscopus Coloniensis ab officio suspenditur, quia concilio non interfuerit. Chron. reg. Colon. in MG. SS. XVII. 763, ed. Waitz p. 86.

De aliis rebus in eodem concilio gestis vide Hist. Pontif. c. 4 in MG. SS. XX. 520 et Herberti de Boseham Vit. S. Thomae in Opp. ed. Giles I. 194; cf. Bernhardi Konrad II. 700 sq.

Mart. 23? (Remis) 9198 Monasterii S. Mariae Augensis tutelam suscipit, possessionesque et privilegia confirmat, petente Rogero abbate. Autogr. mutilum in Arch. dép. de la Seine-infér. in Rouen, Fonds d'Eu: „X. (?) kal. Apr.", (Neues Archiv VII. 93: „V. (?) kal. Apr."). — „Pie postulatio voluntatis".

„ 23. †9199 (ccccxi) Monasterii Ilsenburgensis possessiones et privilegia confirmat, petente Sigebodone abbate. („Data Remis p. m. Rolandi cancellarii".) Wedekind Noten III. 297, Neue Mitth. a. d. Geb. hist. ant. Forsch. II. 300, Heinemann C. D. A. I. 256, Jacobs Urk. d. Kl. Ilsenb. I. 23, Migne 180 p. 1609. — „Quia sollicitudini".

„ 28. „ 9200 (6393) Monasterium Benedictoburanum tuendum suscipit, eiusque privilegia confirmat, petente Gualtero abbate. Mon. Boic. VII. 102, Meichelbeck Chron. Ben. Bur. I. 97, Migne 180 p. 1312. — „Ad hoc a summo".

„ 29. „ 9201 (6394) Sententiam ab episcopis quibusdam inter Henricum, abbatem Hersfeldensem, et Ottonem, episcopum Halberstadensem, de decimis latam confirmat. Wenck Hess. Landesg. III. Urk. p. 69, (Cf. II. Urk. p. 81), Schmidt Urk. d. Hochst. Halb. I. 189. — „Pie postulatio voluntatis".

„ 29. „ 9202 Monasterii Hersfeldensis patrocinium suscipit, bonaque et iura confirmat, petente Henrico abbate. Stumpf Acta Magunt. p. 41, Pflugk-Harttung Acta I. 202. — „Quotiens illud a".

„ 29. „ 9203 (6395) Moysi, archiepiscopo Ravennati, significat, se concilio celebrato in Italiam reversurum esse. Electionem a Placentinis factam, salvo iure eius confirmatam nunciat. „In proxima b. Lucae festivitate" (18. Octobris) eum Placentinosque praesto sibi esse iubet. Rubei Hist. Rav. p. 331, Ughelli It. sacr. II. 214, Mansi XXI. 665, Migne 180 p. 1314. — „Quia de fraternitatis".

„ 29. „ 9204 (6396) Monasterium Laureshamense tuendum suscipit, eiusque possessiones et privilegia confirmat, petente Folcnando abbate. Chron. Lauresham. in MG. SS. XXI. 441, (Migne 180 p. 1314). — „Apostolicae sedis".

„ 29. „ 9205 (6397) Archiepiscopos et episcopos monet, ut monasterii Laureshamensis bona tueantur. Chron. Lauresham. in MG. SS. XXI. 441, (Migne 180 p. 1316). — „Quantis Laureshamense".

„ 29. „ 9206 (6398) Monasterii Maulbrunnensis protectionem suscipit bonaque confirmat, petente Tehitero abbate. Besold Doc. red. 491, Petri Suev. eccl. p. 572, Wirtemberg. Urkundenb. II. 48, Migne 180 p. 1316. — „Desiderium, quod ad".

„ 29. „ 9207 Monasterii S. Lamberti in Carinthia tutelam suscipit, bonaque et privilegia, petente Udalrico abbate, confirmat, ea tamen lege, ut monachi censum bizantii unius annuum Lateranensi palatio persolvant. Zahn Urkundenb. v. Steiermark I. 285. — „Piae postulatio voluntatis",

„ 29. „ 9208 *Libertates monasterio Augiae-divitis a Divizone, quondam presbytero cardinali, concessas et a Theodrico (leg. Theodino), episcopo Silvae-candidae, ap. sed. legato firmatas approbat. Oheims Chronik v. Reichenau p. 129.

„ 30. „ 9209 (6399) In generali concilio monasterium Helmershusense tuendum suscipit et eius bona ac iura confirmat, rogatu episcoporum Henrici „Moguntinensis" (Mindensis?),

1148. *(Ind. 11. — 25. Sept. — 12, pont. a. 3. — 18. Febr. — 4, 1147. — 25. Mart. — 1148.)*

„Thehardi Bremensis“ (Thetmari Verdensis?), Bernhardi Hildeshemensis et Bernhardi Paderbornensis. Schaten Annal. Pad. I. 778, Migne 180 p. 1317. — „Sicut dignum“.

Mart. 30. Remis 9210 (6400) Monasterium S. Mauritii Altahense (inferius) tuendum suscipit et eius bona, petente Conrado abbate, confirmat. Hund Metr. Sal. II. 27, Mon. Boic. XI. 162, Urkundenb. des Landes ob der Enns II. 245, Migne 180 p. 1318. — „Quotiens illud a“.

„ 30. „ 9211 Monasterii Cellae-Paullinae tutelam suscipit, bonaque et privilegia confirmat, imposita fratribus unius aurei pensione annua. Stumpf Acta Magunt. p. 42. — „Desiderium, quod ad“.

Apr. Mai. „ 9212 (6401) P(eregrino), patriarchae Aquileiensi, mandat, praecipiat comitibus quibusdam, ut libras 300 T(eobaldo) episcopo Veronensi debitas pendant, praediaque canonicis Veronensibus adempta reddant. Ughelli It. sacr. V. 786, Migne 180 p. 1319. — „Significatum nobis“.

Apr. 1. „ 9213 (6402) Henrico, iuniori Romanorum regi, „imperatoris“ Conradi filio, respondet, se „eius amitae (ducissae Poloniae), pro qua rogaverit, per nuncium suum providere curaturum“. Ad virtutem hortatur. Jaffé Bibl. I. 154, (Martene Coll. II. 239, Bielowski Mon. Pol. hist. II. 12, Migne 180 p. 1320). — „Litteras et nuntios“.

„ 1. „ 9214 (6403) Archiepiscopos, episcopos, abbates per Teutonicum regnum constitutos hortatur, „ut Henrico iuniori regi Romanorum, regis illustris Cunradi filio, diligenter et fideliter assistant, et in his, quae ad patris eius honorem et regni statum pertinere noscantur, ut pax integra conservetur, opem ei et consilium impendant“. „Nolumus siquidem“ inquit „ut sub protectione b. Petri in patris sui absentia aliquatenus honoris sui detrimentum vel defectum incurrat“. Jaffé Bibl. I. 155, (Martene Coll. II. 239, Migne 180 p. 1320). — „Sicut manifeste vestra“.

„ 1. „ 9215 (6404) Ecclesiae S. Mariae Cameracensis protectionem suscipit, possessionesque confirmat, petente Hugone decano. Le Glay Glossaire p. 45, Duvivier Recherches p. 564, Migne 180 p. 1321. — „Equitatis et iustitie“.

„ 3. „ 9216 (6405) Monasterii SS. Petri et Dionysii Banzensis protectionem suscipit, bonaque confirmat, petente Bertoldo abbate. Schultes Hist. Schriften p. 359, Sprenger Gesch. v. Banz p. 316. — „Piae postulatio“.

„ 3. „ 9217 Siggero, abbati S. Maximini Trevirensi asserit ecclesias de Albucha, Wynheim et Gozolheim, comiti Ottoni de Ryneck abiudicatas. Beyer M. U. II. 27. — „Rerum gestarum series“.

„ 3. „ 9218 (6406) O. Burgundiae ducem hortatur, ne ecclesiam S. Mariae Magdalenae (Vizeliacensem) iniuriis afficiat. D'Achery Spicil. II. 510, Bouquet Rec. XV. 448, Mansi XXI. 657, Migne 180 p. 1323. — „Cum omnis potestas“.

„ 3. „ 9219 (6407) Comitissae Nivernensi praecipit, ne „mercatores et ceteros Vizeliacum ire volentes prohibeat“. D'Achery Spicil. II. 512, Bouquet Rec. XV. 449, Mansi XXI. 662, Migne 180 p. 1323. — „Guillelmus comes“.

„ 3. „ 9220 (6408) Monasterii S. Petri Affligemensis protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat, petente Godescalco abbate. Miraei Opp. dipl. I. 534, Migne 180 p. 1323. — „Desiderium, quod ad“.

„ 3. „ 9221 (6409) Monasterii S. Salvatoris Eihamensis protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat, petente Snellardo abbate. Miraei Opp. dipl. IV. 17, Piot Cart. d'Eename p. 37, Migne 180 p. 1325. — „Quoties illud a“.

„ 4. „ 9222 (6410) Ecclesiam Wladislaviensem tuendam suscipit, eiusque possessiones et episcopatus terminos confirmat, petente Warnero episcopo. (Facsimile bullae apud) Rzyszczewski et Muczkowski Cod. dipl. Pol. II. I. 1, Perlbach Pomerell. Urkundenb. p. 1, Migne 180 p. 1329, (Bielowski Mon. Pol. hist. II. 13, Hasselbach Cod. Pom. dipl. I. 39). — „Quotiens illud“.


„ 5. „ 9223 Monasterii S. Michaelis Antwerpiensis tutelam suscipit, possessionesque confirmat, petente Emelino abbate. Sanderus Chorographia sacra Brabant. I. 101 et 110, (Kluit Hist. crit. II. I. 170). — „Sollicita nos oportet“.

„ 5. „ 9224 (6411) Ecclesiae S. Martini quandam ecclesiae Ambianensis praebendam asserit. Gall. Chr. X. Instr. p. 314, Migne 180 p. 1331. — „Effectus iusta“.

„ 5. „ 9225 (6412) A(delberto) archiepiscopo Bremensi, et He(nrico) Mindensi, ac T(ietmaro) Verdensi episcopis mandat, ut ecclesiae Kaminatensis quas Iudith deiecta abbatissa

1148. *(Ind. 11. — 25. Sept. — 12, pont. a. 3. — 18. Febr. — 4, 1147. — 25. Mart. — 1148.)*

		abalienaverit possessiones repetant. Jaffé Bibl. I. 157, (Martene Coll. II. 240, Migne 180 p. 1331). — „Possessiones ecclesiarum“.
Apr. 5.	Remis	9226 (6413) Monachis, liberis et ministerialibus Corbeiensibus nunciat, se decrevisse, ut Henricus, abbas iuste deiectus, „si pacem monasterii perturbare praesumserit, non solum ibi ulterius praelationis non habeat officium, sed nec ibi inter subditos maneat“. Jaffé Bibl. I. 158, (Martene Coll. II. 241, Mansi XXI. 740, Migne 180 p. 1332). — „Quantum sit necessarium“.
„ 6.	„	9227 Guillelmo, abbati S. Melanii Redonensis, significat, sese ratam habere sententiam praesente Honorio II. dictam inter canonicos S. Mariae Utriacensis et Herveum S. Melanii abbatem. Ex bibl. nat. Paris. Misit Delisle. — „Sicut ex tenore“.
„ 7.	„	9228 Monasterii S. Martini Troarnensis tutelam suscipit possessionesque confirmat, petente Ricardo abbate. Autogr. in Arch. dép. du Calvados in Caen, fonds de Troarn n. 58. (Cop. in bibl. nat. Paris. Cartul. Troarnensi, ms. lat. 10086. s. XIV. f. 9. — „Apostolici moderaminis clementie“.
„ 7.	„	9229 (6414) Monasterii SS. Facundi et Primitivi Sahagunensis protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat. Escalona Hist. de Sahagun p. 529. — „Ad hoc universalis“.
„ 8.	„	9230 (6415) Monasterii S. Mariae Flabonis-montis protectionem suscipit, bonaque confirmat, petente Stephano abbate. Hugo O. P. A. I. Pr. p. 547, Migne 180 p. 1332. — „Apostolicae sedis auctoritate“.
„ 8.	„	9231 (6416) Monachos, liberos et ministeriales Fuldenses reprehendit, quod, neglecto praecepto suo, de proprio monasterio abbatem elegerint, „qui etiam pro membrorum deformitate ad sacerdotium non poterat promoveri“. Electionem dissolvit. Praecipit, ut „de alio claustro, consilio Adae Ebracensis, Eberbachensis, Hersfeldensis et Corbeiensis abbatum, personam religiosam in abbatem eligant“. Jaffé Bibl. I. 158, (Martene Coll. II. 241, Migne 180 p. 1334). — „Si ad regenda“.
„ 8.	„	9232 (6417) Ebracensi, Eberbachensi, Hersfeldensi et Corbeiensi abbatibus mandat, ut Fuldam abbatis eligendi causa conveniant. Jaffé Bibl. I. 159, (Martene Coll. II. 242, Migne 180 p. 1335). — „In apostolicae sedis“.
„ 9.	„	9233 Monasterii Humilimontensis protectionem suscipit, possessionesque et iura confirmat, petente Alrico abbate. Mémorial de Fribourg II. 241. — „Religiosam vitam eligentibus“.
„ 9.	„	9234 Ecclesiam Rothomagensem protegendam suscipit, ac eius iura metropolitana et bona confirmat, petente Hugone archiepiscopo. Pflugk-Harttung Acta I. 203. — „In eminenti sedis“.
„ 10.	„	9235 (6418) Monasterii Savigneiensis disciplinam possessionesque confirmat. Martene Thes. I. 404, Acta SS. Octob. VIII. 1018. — „Apostolicae sedis“.
„ 12.	„	9236 (6420) Monasterii S. Egidii Canenvellensis protectionem suscipit, bonaque confirmat, petente Willelmo priore. Rymer Foedera I. 15, ubi pro „id. Apr.“ legendum esse „II. id. Apr.“ ex tabula aenea patet; Mon. Anglic. nov. ed. IV. 106, Migne 180 p. 1336. — „Religiosis desideriis dignum“.
(„ 12.)	(„)	9237 Inter Guillelmum abbatem Anianensem et fratres S. Sepulchri iudicium super ecclesia S. Salvatoris de Rubo, a Iulio presbytero (tit. S. Marcelli) et Iacintho diacono (S. Mariae in Cosmidin) cardinalibus latum approbat. Loewenfeld Epistolae p. 106. — „Quoniam ad nostrum“.
„ 12.	„	9238 *(Raimundo) episcopo Magalonensi de hac re scribit et mandat, ut Anianenses in possessionem ecclesiae S. Salvatoris de Rubo inducat. Loewenfeld Epistolae p. 107 in fine ep. 202.
„ 13.	„	9239 (6419) Parthenonem S. Andreae Goessensem, rogatu Adelaidis abbatissae, tuendum suscipit, eiusque possessiones et privilegia confirmat, imposito monialibus unius aurei tributo annuo. Pusch et Froehlich Dipl. Styr. I. 123, Zahn Urkundenb. v. Steiermark I. 287, Migne 180 p. 1335. — „Quoties illud“.
„ 14.	„	9240 (6421) P(etro) Bituricensi, S(ansoni) Remensi, En(gelbaudo) Turonensi, G(aufredo) Burdigalensi, Hu(goni) Rotomagensi archiepiscopis, et G(aufrido) Carnotensi, M(anassi) Aurelianensi, G(isleberto) Pictaviensi, G(uillelmo) Cenomanensi, U(lgerio) Andegavensi, A(lano) Redonensi, I(ohanni) Aletensi, B(ernardo) Namnetensi, T(heobaldo) Parisiensi, M(anassi) Meldensi, G(osleno) Suessionensi, H(enrico) Trecensi, G(irardo) Sagiensi,



		1148. *(Ind. 11. — 25. Sept. — 12, pont. a. 3. — 18. Febr. — 4, 1147. — 25. Mart. — 1148.)* A(lgaro) Constantiensi, R(ichardo) Abrincensi, R(otrodo) Ebroicensi, Miloni Morinensi, Bartholomaeo Laudunensi, T(eoderico) Ambianensi, O(doni) Bellovacensi episcopis mandat, ut ecclesiarum Maiori-monasterio subiectarum presbyteros obedire abbati iubeant. Mabillon Ann. ord. Ben. VI. 708, Bouquet Rec. XV. 449, Migne 180 p. 1337. — „In generalibus conciliis".
Apr. 14.	Remis	9241 Hugoni archiepiscopo Rotomagensi, Algaro Constantiensi et Rotrodo Ebroiceni episcopis significat, sese militibus templi cum fratribus Troarnensibus super villa „Reimberti ulmus" nuncupata litigantibus „propter absentiam Willelmi comitis" Pontivorum indutias usque ad proximum festum omnium sanctorum (1. Nov.) concessisse. Mandat, ut nisi comes statuto tempore redierit, utraque parte convocata causam determinent. (Cf. supra epp. d. 18. Dec. 1147 datas.) Archives de l'or. lat. II. 255. — „Sicut vestra prudentia".
„ 16.	„	9242 Ecclesiae Toletanae parochiarum limites confirmat, petente Raimundo archiepiscopo. Neues Archiv VI. 299. — „Pie postulatio".
„ 16.	„	9243 Confirmat subiectionem eremitarum quorundam, apud Fontem-Gehardi (vel Gyardi) viventium, qui se suaque bona, assensu W(illelmi) episcopi Cenomanensis, Maiori-monasterio tradiderint. Loewenfeld Epistolae p. 107. — „Quemadmodum apostolicae".
„ 18.	„	9244 *Waltero abbati S. Martini Laudunensis privilegium tribuit. Coll. Baluze t. 51. f. 131 in bibl. nat. Paris.
„ 18.	„	9245 (6422) Decanos per Bonnensis ecclesiae archidiaconatum constitutos G(erardo) praeposito obtemperare iubet. Günther Cod. dipl. Rhen. Mosel. I. 340, Migne 180 p. 1338. — „Sicut obedientes".
„ 18.	„	9246 (6423) Monasterii S. Theoderici protectionem suscipit bonaque confirmat, petente Aldrico abbate. Marlot Metr. Rem. II. 358, Migne 180 p. 1338. — „Piae postulatio voluntatis".
„ 20.	Catalauni	9247 (6424) Monasterii S. Dionysii privilegia ac possessiones confirmat, petente Sugerio abbate. Doublet Hist. de St. Denys p. 494, Migne 180 p. 1339. — „Cum omnibus ecclesiis".
„ 20.	„	9248 (6425) Monasterii S. Remigii Remensis protectionem suscipit, bonaque confirmat, petente Odone abbate. Marlot Metr. Rem. II. 359, Varin Archives adm. de Reims I. I. 321, Migne 180 p. 1342. — „Officii nostri nos".
„ 23.	in territorio Trecensi ap. Brennam	9249 (6426) Compositionem factam inter (Sibyllam) abbatissam S. Petri Remensis et abbatem (Iohannem) S. Nicasii confirmat. Martene Coll. II. 627, Migne 180 p. 1342. — „Causarum diffinitiones".
„ 24.	ap. Claram-vallem	9250 (6427) Monasterii S. Mariae Bassofontensis protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat, petente Balduino abbate. Hugo O. P. A. I. Pr. p. 151, Migne 180 p. 1343, (Camuzat Promptuarium p. 365[b]: „VIII. kal. Maii"; Lalore Coll. III. 132: „VI. kal. Mai."). — „Quoties illud a".
„ 24.	„	9251 Monasterii de Insula S. Mariae possessiones confirmat, petente Roberto abbate. Sloet Oorkondenboek I. 285. — „Religiosis desideriis dignum".
„ 26.	„	9252 Parthenonis de Fonte-summo protectionem suscipit, bonaque ac decumarum immunitatem confirmat, petente Hermingarde abbatissa. Autogr. in tab. nat. Paris. L. 228. n. 11, (Cop. s. XVIII. in Coll. Moreau t. 63. f. 169 in bibl. nat. Paris.). — „Ad hoc a summo".
„ 26.	„	9253 (6428) Ecclesiae Buciliensis protectionem suscipit, disciplinamque Praemonstratensem et possessiones confirmat, petente Persico abbate. Hugo O. P. A. I. Pr. p. 336, Migne 180 p. 1344. — „Piae voluntatis affectus".
(„)	„	9254 (6429) Monasterii Theloniensis protectionem suscipit, disciplinamque Praemonstratensem ac bona confirmat. Hugo Vie de S. Norbert p. 134. — „Religiosis desideriis".
„ 27.	In territorio Lingonensi	9255 (6430) Alphonso, Hispaniarum regi, de sua erga eum voluntate scribit. Commemorat, se „petitiones eius pro expeditione contra infidelium tyrannidem facienda libenter admisisse". Hortatur, „ut a querimonia desistat, in eo videlicet, quod a Portugallensium duce ipsum aliquid recepisse, vel illi etiam concessisse opinatus sit, unde iura regni eius debeant imminui". Docet, (Iohannem) episcopum Bracarensem, qui obedire (Raymundo) primati Toletano noluisset, suspensionis sententia affectum esse. Episcopum Cauriensem (? an Auriensem?) propter ecclesiae inopiam a sese

1148. *(Ind. 11. — 25. Sept. — 12, pont. a. 3. — 18. Febr. — 4, 1147. 25. Mart. — 1148.)*

		retentum esse. Rosam auream per P(etrum) episcopum Segoviensem mittit. Gratias agit, quod episcopos interesse concilio Remensi voluerit. Mansi XXI. 672, Aguirre Conc. V. 64, Migne 180 p. 1345. — „In pastorum specula“.
Apr. 29.	Lingonis	9256 (6431) Sugerio, abbati S. Dionysii, mandat, ut Abbatis-villae priorem ecclesiae S. Genovefae abbatem praeficiat, eique octo fratres ecclesiae S. Martini de Campis adiungat. Mabillon Ann. ord. Ben. VI. 415, Duchesne Hist. Fr. SS. IV. 501, Bouquet Rec. XV. 449, Mansi XXI. 637, Migne 180 p. 1347. — „Officii nostri nos“.
„ 29.	„	9257 (6432) Canonicos ecclesiae S. Genovefae de superiore epistola certiores facit. Praecipit, ut priorem Abbatis-villae et fratres S. Martini de Campis honeste recipiant; quorum „sustentationi beneficium decanatus, et praebendas Silvanectensis episcopi et Gregorii diaconi cardinalis et Autissiodorensis thesaurarii deputat“. Duchesne Hist. Fr. SS. IV. 501, Bouquet Rec. XV. 450, Mansi XXI. 637, Migne 180 p. 1347. — „Quisquis catholicae fidei“.
„ 30.	In territorio Lingonensi	9258 G(uillelmo) episcopo Rotensi iterum mandat, ut Dodoni episcopo Oscensi adiudicatas ecclesias, remota omni dilatione, restituat. (Pro „II. kal. Mad.“ fortasse legendum est „V. kal. Mad.“.) Neues Archiv VI. 354. — „Miramur et“.
Mai. 5.	Bisuntii	Ecclesiam S. Iohannis consecrat „3. non. Maii“. Martyrol. Vesont. in Act. SS. Iun. T. I. 699.
„ 7.	„	9259 (6433) Hugoni, episcopo Autissiodorensi, concedit, ne S. Germani abbas ab abbate Cluniacensi posthac per baculum investiatur. Gall. Chr. XII. Instr. p. 122, Bouquet Rec. XV. 450, Migne 180 p. 1348. — „Postquam controversia“.
„ 7.	„	9260 (6434) Ecclesiae S. Sepulcri Hierosolymitanae protectionem suscipit bonaque confirmat, petente Petro priore. Rozière Cartulaire du saint sépulcre p. 42, Migne 180 p. 1348. — „Incomprehensibilis et ineffabilis“.
„	in montanis	Iurensibus, inter Pontem-Arleium et villam Iuniam. Vide Petri venerab. epist. L. VI. ep. 43 in Bibl. Cluniac. p. 947, ap. Migne 189 p. 461.
„ 14.	Lausaniae	9261 (6435) Ecclesiae ad Plebem martyrum (Ulciensis) protectionem suscipit, possessionesque confirmat, petente Petro praeposito. Hist. Patr. Mon. Script. II. 398, Migne 180 p. 1350, (Ulciensis eccl. chartar. p. 5, cum additam. in Miscel. di stor. ital. XX. 563). — „Piae postulatio“.
„ 17.	„	9262 (6436) Monasterii Bellelagiensis protectionem suscipit, bonaque confirmat, petente Giraldo abbate. Hugo O. P. A. I. Pr. p. 217, Trouillat Mon. de Bâle I. 311, Gall. Chr. XV. Instr. p. 205, Migne 180 p. 1352. — „Religiosam vitam eligentibus“.
„ 17.	„	9263 Monasterii S. Mariae de Argonia patrocinium suscipit, ac disciplinam possessionesque confirmat, petente G(ervasio) abbate. Cartul. de Moutier-en-Argonne ms. lat. 10946. s. XII. f. 2, ms. lat. 9905. s. XVI. f. 47 in bibl. nat. Paris., (Neues Archiv VII. 93). — „Apostolicae sedis auctoritate“.
„ 17.	„	9264 Siginando, praeposito ecclesiae Grandivallensis, petente, possessiones domus pauperum in Villa Monasteriensi constructae confirmat. Trouillat Mon. de Bâle I. 308. — „Ad hoc in sede“.
„ 20.	„	9265 Ecclesiae S. Stephani Vesontionensis protectionem suscipit, possessionesque et iura confirmat, petente Petro decano. (Pro „12. kal. Ian.“ leg. „13. kal. Iun.“) In bibl. nat. Paris. Coll. Moreau t. 866. f. 505b. — „Incomprehensibilis et ineffabilis“.
„ 20.	„	9266 Ecclesiae S. Iohannis Vesontionensis tutelam suscipit, possessionesque et iura confirmat, petente Landrico decano. In bibl. nat. Paris. Coll. Moreau t. 866. f. 512. (Fragm. ap. Chifflet Hist. de Tournus Pr. p. 393.) — „Ex iniuncto nobis“.
„ 20.	„	9267 Ecclesiae S. Pauli Vesontionensis tutelam suscipit, possessionesque confirmat, petente Petro priore. In bibl. nat. Paris. Coll. Moreau t. 973. f. 78b. — „Sicut iniusta poscentibus“.
„ 20.	„	9268 (6437) H(umberto), archiepiscopo Vesontionensi, P(etro) decano et capitulo S. Stephani mandat, ut ab Aymone, ecclesiae Biliacensis ad ecclesiam Balmensem pertinentis presbytero, qui adversus excommunicationem a sese prolatam sacra procuraverit, poenas petant. Ecclesiae Balmensi ablata ab eodem reddi iubet. Bullar. Cluniac. p. 60, Bouquet Rec. XV. 481, Migne 180 p. 1353. — „Ex parte Cluniacensium“.
„ 25.	Agauni	ecclesiam S. Mauritii dedicat „VIII. kal. Iunii“. Vide bullam Coelestini III. ap. Aubert Trésor p. 223.

1148. *(Ind. 11. — 25. Sept. — 12, pont. a. 3. — 18. Febr. — 4, 1147. — 25. Mart. — 1148.)*

Mai.	26.	ap. S. Mauritium	9269 Monasterii Paterniacensis tutelam suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat, petente Gigone priore. Solothurnisches Wochenblatt 1829 p. 617, Archives de la soc. d'hist. de Fribourg I. 375, Fontes rer. Bern. I. 424. — „Sicut iniusta poscentibus".
„	27.	ap. Ottodorum	9270 (6438) Monasterii Rochersbergensis protectionem suscipit possessionesque confirmat, petente Ulrico priore. Solothurnisches Wochenblatt 1829 p. 555, Zeerleder Urk. für Bern I. 88, Fontes Rer. Bern. I. 426. — „Piae postulatio voluntatis".
Iun.	15.	Vercellis	9271 Hug(utioni episcopo) . . . . ceterisque canonicis Vercellensibus bullam tribuit. (Fragmentum.) Hist. Patr. Mon. Leg. municip. II. II. Praef. p. XI. n. 2.
„	16.	„	9272 (6439) Sugerio, abbati S. Dionysii, scribit haec: „praeceptum, quod pro religione monastica in ecclesia S. Genovefae dedisse meminimus, pro bono pacis, si regulares canonicos eiusdem ecclesiae canonici, salvis eorum praebendis, receperint, immutamus; praecipientes, ut beneficia, quae monachis, si in praefata ecclesia fuissent suscepti, duximus deputanda, canonicis ipsis deputentur". Duchesne H. Fr. SS. IV. 502, Bouquet Rec. XV. 451, Mansi XXI. 638, Migne 180 p. 1354. — „Cum dominus ac".
„	16.	„	9273 Ecclesiae S. Mariae Vetiolanensis tutelam suscipit possessionesque confirmat, petente Andrea praeposito. Decimas a monachis exigi vetat. Miscell. di stor. Italiana I. 298. — „Quotiens illud a".
„	23.	Papiae	9274 (6440) *Monasterii Clarae-vallis Mediolanensis possessiones confirmat. Giulini Mem. di Mil. V. 478—479.
„	30.	„	9275 (6441) A(lberoni), archiepiscopo Trevirensi, et (Alberoni), episcopo Virdunensi, et Metensis Tullensisque ecclesiarum archidiaconis mandat, Mathaeum ducem (Lotharingiae superioris) sub excommunicationis poena admoneant, ut castrum prope Tullum aedificatum destruat. Calmet Hist. de Lorr. II. Pr. p. 334, Hontheim Hist. Trev. I. 561, Benoit Hist. de Toul p. CXXVI, Bouquet Rec. XV. 451, Migne 180 p. 1354. — „Quemadmodum sancta".
„	30.	„	9276 Brunoni abbati Claravallensi (d. Mediol.) monasterium Cerretense aliasque possessiones asserit. Vignati Cod. dipl. Laud. I. 164. — „Quotiens illud a nobis".
Iul.	7.	Cremae	9277 (6442) Episcopatus Cremonensis ecclesias iubet Oberto episcopo obtemperare. Ughelli It. sacr. IV. 604, Zacharias Crem. ep. ser. p. 115, Migne 180 p. 1355. — „Ad hoc sancti".
„	7.	Cremonae	9278 (6443) Monasterium Tollense tuendum suscipit, eiusque bona et privilegia confirmat, petente Alberto abbate. Campi Hist. di Piac. I. 544, Migne 180 p. 1356. — „Quoniam sine verae".
„	7.	„	9279 (6444) Ecclesiae Ulciensi ecclesiam b. Mariae Secusiensem a sese addictam esse testatur. Ulciensis eccl. chartar. p. 18. — „Ne oblivionis".
„	7.	„	9280 Monasterii S. Petri Coeli-aurei Papiensis tutelam suscipit, bonaque et privilegia confirmat, petente Anselmo abbate. Wiener Sitzungsb. XCIV. 662. — „Cum omnium ecclesiarum".
(„	7.)	„	Concilium cum Italiae episcopis, in quo 1) lis „de praecessione" inter (Mosem) Ravennatem et (Ubertum) Mediolanensem archiepiscopos diu agitata terminatur; 2) „Mediolanensis (Syrum) Ianuensem archiepiscopum tamquam de iure suffraganeum suum vendicat, Ravennas (Iohannem) Placentinum"; 3) (Airardus) episcopus Maurianensis adversus Mediolanensem „quaestionem proponit finium regundorum, rogans ut eum liceret egredi de cavernis montium"; 4) civitas Mutinensis (propter vexationes in abbatiam Nonantulanam) dignitate episcopali privatur et eius dioecesis „per quatuor vicinos episcopatus distribuitur", cf. etiam ep. 9331; 5) eadem decreta ac in synodo Remensi promulgantur. Histor. pontif. c. 21 in MG. SS. XX. 533. Cf. Bernhardi Konrad II. 731.
„	9.	Brixiam	pervenit „VII. id. Iulii". Fragmentum ap. Zaccaria Della badia di Leno p. 30. n. 7, Luchi Mon. monast. Leonensis p. 9.
„	15.	Brixiae	9281 (6445) Universo clero Romano praecipit, ut Arnaldi (Brixiensis) schismatici errores vitent; quod nisi fecerint, eos tam officiis quam beneficiis ecclesiasticis privatum iri denunciat. Mansi XXI. 628, Manrique Ann. Cist. II. 116, Migne 180 p. 1358. — „Fallax et invidus".
„	16.	„	9282 Ecclesiae S. Agathae Cremonensis tutelam suscipit, possessionesque et privilegia confirmat, petente Lanfranco praeposito. Wiener Sitzungsber. XCVII. 62. — „Quotiens illud a".

		1148. *(Ind. 11. – 25. Sept. — 12, pont. a. 3. — 18. Febr. — 4, 1147. — 25. Mart. — 1148.)*
Iul. 21.	Brixiae	9283 (6446) Ecclesiam S. Ambrosii Mediolanensem tuendam suscipit eiusque possessiones, petente Martino praeposito, confirmat. Giulini Mem. d. Mil. V. 592, Migne 180 p. 1358. — „Quotiens illud".
„ 22.	„	9284 (6448) Canonicis ecclesiae S. Antonini Placentinae praecipit, ut „infra triginta dies chrisma et oleum ad opus capellae de Roncalia a Iohanne electo (episcopo) et a Placentina ecclesia humiliter postulent". Campi Hist. di Piac. I. 545, Migne 180 p. 1361 („XI. kal. Aug.", cf. Wiener Sitzungsber. XCIV. 638. n. 2). — „Universitati vestrae".
„ 22.	„	9285 Ecclesiam S. Antonini Placentinam tuendam suscipit, possessionesque et iura confirmat. Pflugk-Harttung Iter p. 242. — „Quotiens illud".
„ 29.	„	9286 (6447) Parthenonis S. Mauritii Mediolanensis protectionem suscipit, possessionesque confirmat, petente Margarita abbatissa. Muratori Ant. It. V. 563, Puricelli De SS. martyr. Nazario et Celso p. 95, Migne 180 p. 1360. — „Pia postulatio".
(„)	„	9287 *Episcopis totius Angliae mandat, commoneant (Stephanum) regem, ut (Theobaldo) archiepiscopo Cantuariensi ablata reddat et de iniuriis illatis satisfaciat. Nisi obtemperaverit, terram eius interdicto subiectum ipsumque in proximo festo S. Michaelis (Sept. 29) excommunicatum iri scribit. Hist. Pontif. c. 18 in MG. SS. XX. 532.
(„)	„	9288 *Episcopos et principes regni Francorum rogat, ut Theobaldum archiepiscopum Cantuariensem „in oportunitatibus suis" adiuvent. Hist. Pontif. c. 18 in MG. SS. XX. 532.
(„)	„	5289 *Clero populoque provinciae Cantuariensis praecipit, ut Theobaldo, Cantuariensi archiepiscopo, obediant et „ad vocationem eius veniant, tamquam esset in sede sua". Hist. Pont. c. 18 in MG. SS. XX. 532.
Aug. 13.	„	ad S. Petrum in Oliveto pervenit „Idibus Augusti, propter infirmitatem". Fragmentum ap. Zaccaria Della badia di Leno p. 30. n. 7, et Luchi Mon. monast. Leonensis p. 9.
„ 20.	„	9290 (6449) Ecclesiae S. Salvatoris Venetae tutelam suscipit, possessionesque et iura confirmat. Cornelii Eccl. Ven. XIV. 93, Migne 180 p. 1361. — „Religiosam vitam".
„ 24.	„	9291 (6450) Gerardum, episcopum Bononiensem, laudat, quod consules populumque Bononiensem induxerit, ut Nonantulanis succurrerent contra Mutinenses. Nuntiat, se Reginos ac Parmenses, ne Mutinensibus subvenirent, dehortatum esse, Mutinamque urbem sede episcopali in perpetuum privasse. Savioli An. Bol. I. II. 216, Migne 180 p. 1363. — „Super eo, quod".
„ 29.	„	in ecclesia S. Petri in Oliveto „Africanum archiepiscopum" consecrat „IV. kal. Sept.". Fragmentum ap. Zaccaria Della badia di Leno p. 30. n. 7, Luchi Mon. monast. Leonensis p. 9.
Sept. 6.	„	9292 Guilelmo abbati S. Benedicti super Padum monasterium S. Mariae de Pratalia et monasterium SS. Firmi et Rustici in Paduano episcopatu sita asserit. Fragm. ap. Gloria Cod. dipl. Pad. I. 378, Regest. in Wiener Sitzungsber. XCVII. 63. — „Religiosis desideriis dignum".
„ 8.	„	9293 (6451) Parthenonem S. Salvatoris et S. Iuliae Brixiensem tuendum suscipit, eiusque bona ac privilegia confirmat, petente Richilda abbatissa. Margarini Bull. Cas. II. 167, Migne 180 p. 1363. — „Cum omnibus".
„ 8.	Brixia	discedit „VI. id. Sept.". Fragmentum ap. Zaccaria Della badia di Leno p. 30. n. 7, Luchi Mon. monast. Leonensis p. 9.
„ 9.	Lenense	S. Benedicti monasterium consecrat „altera die". Fragmentum ap. Zaccaria l. l. et Luchi l. l.
„ 9.	ap. Lenense monasterium	9294 Ecclesiam S. Crucis Colimbriensem tuendam suscipit, eiusque possessiones ac privilegia confirmat, petente Teutonio priore. Portugalliae monum. hist. SS. I. 69. — „Apostolicae sedis auctoritate".
„ 9.	„	9295 (6452) Ecclesiae S. Mariae Brixiensis protectionem suscipit canonicorumque possessiones confirmat. Gradonici Pont. Brix. p. 205, Migne 180 p. 1366. — „Aequitatis et iustitiae".
„ 13.	Aparme	9296 (6453) Heinrico, episcopo Moraviensi, commendat G(uidonis) diaconi cardinalis (S. Mariae in Porticu), legati in Poloniam missi, negotia tam ibidem, „quam in alia terra illa, quae noviter luce Christianae fidei est perfusa", efficienda. Boczek C. D. M. I. 251, Theineri Disqu. crit. p. 211, Bielowski Mon. Pol. hist. II. 9, Cod. dipl. mai. Polon. I. 20, Migne 180 p. 1368. — „Qui de fratrum".

		1148. *(Ind. 11. — 25. Sept. — 12, pont. a. 3. — 18. Febr. — 4, 1147. — 25. Mart. — 1148.)*
		9297 (6454) Sugerium, abbatem S. Dionysii, laudat, quod statum ecclesiae S. Genovefae ordinaverit; cuius „thesaurum et instrumenta, quae adhuc per seculares canonicos detineantur, abbati et fratribus assignari" iubet. Duchesne H. Fr. SS. IV. 508, Bouquet Rec. XV. 452, Mansi XXI. 640, Migne 180 p. 1368. — „Quoniam ad religiosorum".
Oct. 18.	Pisis	altare S. Pauli consecrat „15. kal. Nov.". Vide titulum ap. Tronci Mem. di Pisa p. 79—80.
„ 19.	„	9298 (6455) Monasterii S. Mariae in monte Silentii (seu in Arena) Vratislaviensis protectionem suscipit ac possessiones confirmat, petente Arnulfo abbate. Adler Aelteste Gesch. p. 23, (Stenzel SS. R. Sil. II. 164 not. 1, Cod. dipl. Silesiae VII. 27). — „Quotiens illud a".
Nov. 9.	„	9299 (6456) Iohannem, electum Placentinum, graviter increpat, quod festo S. Lucae (18. Oct.) nec ad sese accesserit nec litteras responsales miserit. Praecipit ei, ut „usque ad octavas epiphaniae (13. Ian. 1149) Moysen Ravennatem archiepiscopum adeat, et ab eo tamquam metropolitano proprio consecrationem accipiat". Muratori R. It. SS. II. I. 208, Migne 180 p. 1369. — „Nobis non exstat".
„ 9.	„	9300 (6457) Clerum populumque Placentinum iubet (Moysi) metropolitae, archiepiscopo Ravennati, parere. Muratori R. It. SS. II. I. 208, Migne 180 p. 1369. — „Sicut obediens".
„ 10.	„	9301 (6458) Moysi, archiepiscopo Ravennati, eiusque successoribus asserit ius consecrandorum episcoporum Placentinorum. Rubei Hist. Rav. p. 332, Ughelli It. sacr. II. 215, Mansi XXI. 665, Migne 180 p. 1370. — „Dilecti filii".
„ 11.	„	9302 (6459) Ecclesiam S. Mariae Lunensem, petente Gotifredo episcopo, tuendam suscipit eiusque bona confirmat. Ughelli It. sacr. I. 845, Migne 180 p. 1371. — „In eminenti sedis".
„ 13.	„	9303 (6460) Monasterii Camaldulensis, rogatu Azonis prioris, possessiones confirmat, a Ieronimo, episcopo Aretino, concessas. Mittarelli Ann. Cam. III. app. p. 446, Migne 180 p. 1372. — „Locorum venerabilium".
„ 15.	„	9304 (6461) Parthenonis S. Hilari protectionem suscipit, et possessiones ac privilegia confirmat, petente Agnete abbatissa. Lami Del. erud. 1737 p. 213, Soldani Hist. mon. de Passin. p. 128, Migne 180 p. 1373. — „Quoniam sine vero".
„ 18.	„	9305 (6462) Parthenonem S. Martini Agellensem tuendum suscipit, eiusque disciplinam, possessiones, privilegia confirmat, petente Agnete abbatissa. Muratori Ant. It. V. 997, Migne 180 p. 1375. — „Prudentibus virginibus".
(„)	„	9306 (6463) H(ugoni) Autissiodorensi et G(osleno) Suessionensi episcopis et Sugerio, abbati S. Dionysii, mandat, si H. magister post appellationem ad apostolicam sedem factam episcopus Atrebatensis electus sit, ut electionem rescindant. Duchesne Hist. Fr. SS. IV. 510, Bouquet Rec. XV. 452, Mansi XXI. 641, Migne 180 p. 1376. — „Dilectus filius noster L."
„ 22.	ap. S. Geminianum	9307 (6464) Monasterii S. Mariae Morronensis tutelam suscipit, possessionesque ac iura confirmat, petente Guidone abbate. Mittarelli Ann. Cam. III. app. p. 447, Muratori Ant. It. III. 1163, Migne 180 p. 1377. — „Religiosis desideriis".
„ 23.	„	Ecclesiam dedicat „IX. cal. Dec.". Vide titulum ap. Coppi Annali di Sangimignano p. 52, sed in titulo ap. Pecori Storia di San Gimignano p. 633 legitur: „XI. kal. Dec." (21. Nov.).
„ 29.	Sene	9308 (6465) Monasterii Scotorum S. Iacobi Ratisponensis protectionem suscipit, possessionesque confirmat, petente Christiano abbate. Ried I. 219, Migne 180 p. 1378. — „Quotiens illud a".
„ 29.	Senis	9309 Parthenonem S. Ambrosii de Monte Cellensi tuendum suscipit, eiusque possessiones et iura confirmat. Wiener Sitzungsber. XCIV. 662. — „Piae postulatio voluntatis".
Dec. 30.	Viterbii	„III. kal. Ianuarias". Epist. Wibaldi ap. Jaffé Bibl. I. 264, Martene Coll. II. 327.
		9310 Monasterii S. Crispini de Cavea Suessionensis tutelam suscipit, possessionesque confirmat, petente Rogero abbate. Ex Coll. Baluze t. 73. f. 229 in bibl. nat. Paris. misit Delisle; Chartularium S. Crispini ms. lat. 18372. f. 14 in eadem bibl. — „Honestis (an Religiosis?) desideriis".

1148?

9311 (6466) Sugerio, abbati S. Dionysii, scribit, se post nunciorum eius adventum de ecclesia S. Genovefae responsurum esse. Duchesne H. Fr. SS. IV. 515, Bouquet Rec. XV. 453, Mansi XXI. 641, Migne 180 p. 1379. — „Quoniam sicut literarum".

9312 (6467) Sugerio, abbati S. Dionysii, affirmat, se non diffidentia ei Hugonem, episcopum Autissiodorensem, „in denunciatione sententiae suae adiunxisse, sed ut S. Genovefae seculares canonici in eo specialiter invidiae causas non habeant exercere". Duchesne H. Fr. SS. IV. 515, Bouquet Rec. XV. 457, Mansi XXI. 642, Migne 180 p. 1380. — „Notum sit discretioni".

9313 (6468) Sugerium, abbatem S. Dionysii, rogat, ut Hugoni canonico S. Victoris ad sese reversuro „equitaturam unam et expensas, quae pro ipsa et eius sessore in reditu sufficiant, largiatur, et abbati ac fratribus S. Genovefae iniungat, ut de redditibus decanatus viginti quinque libras Proviniensium Hugoni restituant". Hugonem, episcopum Autissiodorensem, ei adiunctum esse scribit, „ut causae inimicitiarum secularium canonicorum ecclesiae S. Genovefae contra eum minuerentur". Duchesne H. Fr. SS. IV. 516, Bouquet Rec. XV. 457, Mansi XXI. 642, Migne 180 p. 1380. — „De dilectione tua".

1145—1149.

9314 G(aufrido) archiepiscopo Burdigalensi controversiam inter G(islebertum) episcopum Pictaviensem et monachos S. Cypriani terminandam committit. Archives hist. du Poitou III. 20. — „Causam monasterii".

9315 G(isleberto) episcopo Pictaviensi scribit, causam inter eum et S. Cypriani monachos G(aufrido) archiepiscopo Burdigalensi terminandam se commisisse. Archives hist. du Poitou III. 20. — „Super prudentia tua".

1149. *(Ind. 12, pont. a. 4. — 18. Febr. — 5, 1148. — 25. Mart. — 1149.)*

Ian. 1. Viterbii 9316 (6469) Wibaldo abbati et capitulo Corbeiensi significat, se archiepiscopis, episcopis et aliis ecclesiarum praelatis per regnum Teutonicum constitutis mandasse, ut „quamdiu Henricus, quondam Corbeiensis abbas, in suae pravitatis proposito perduraret, eum in suis ecclesiis nequaquam reciperent". Jaffé Bibl. I. 229, (Martene Coll. II. 293, Migne 180 p. 1380). — „Quantum sit necessarium".

„ 2. „ 9317 (6470) Rodulphi, episcopi Hortani, et canonicorum maioris ecclesiae controversias diiudicat. Ughelli It. sacr. I. 736, Migne 180 p. 1381. — „Ne oblivionis".

„ 15. „ 9318 (6471) Petri, praepositi Ulciensis, cum clericis S. Mariae Secusiensibus litem dirimit. Ulciensis eccl. chartar. p. 17, vide Miscell. di stor. ital. XX. 573. — „Quotiens aliqua".

„ 18. „ 9319 (6472) Hugoni abbati S. Augustini Cantuariensi praecipit, ut „tamdiu monasterium eius a divinis officiis abstineat, quamdiu post interdictum, a Theobaldo archiepiscopo prolatum, ibi fuerint indebite celebrata". Archiepiscopo permissum esse, ut (Silvestrum) priorem et Willelmum excommunicatos absolveret. Chron. W. Thorn ap. Twysden H. A. SS. II. 1808, Hist. mon. S. August. Cant. p. 397, Migne 180 p. 1382. — „Antiquus humani generis".

„ 28. †9320 Monasterii Schaffhusensis possessiones, rogatu Odalrici abbatis, confirmat. („Dat. Lateranis V. kal. Febr., ind. X, inc. a. 1148, p. a. IV.") Fickler Quellen u. Forsch. p. 53, Quellen z. Schweiz. Gesch. III. i. 118, Wirtemberg. Urkundenb. IV. 356, cf. etiam Hidber Schw. Urk.-Reg. II. 49. — „Commissi nobis officii".

„ 31. „ 9321 (6473) Heremi Fontis-Avellani protectionem suscipit et possessiones iuraque confirmat, petente Sabino priore. Mittarelli Ann. Cam. IX. 28, Migne 180 p. 1383. — „Piae postulatio voluntatis".

Febr. 8. „ 9322 (6474) Monasterii S. Petri Mutinensis, bulla ad Placitum abbatem, protectionem suscipit ac bona confirmat, haec praefatus: „Mutinensium contumaciam et graves excessus, quos diu contra mandata sedis apostolicae commiserunt, (punire volentes) communicato consilio fratrum nostrorum tam cardinalium quam aliorum episcoporum, Mutinensem ecclesiam in perpetuum episcopali dignitate privavimus et ipsius parochiam per vicinos episcopatus divisimus; monasterium b. Petri in ius et proprietatem S. R. ecclesiae reservavimus". Muratori Ant. It. IV. 185, Affarosi Notizie istoriche di Reggio I. p. XIV, Migne 180 p. 1384. — „Sicut devoti".

1149. *(Ind. 12, pont. a. 4. — 18. Febr. — 5, 1148. — 25. Mart. — 1149.)*

Febr. 25. Viterbii 9323 S. (leg. Theobaldo) Parisiensi, I(ocelino) Suessionensi, M(anassi) Meldensi, P(etro) Silvanectensi episcopis praecipit, ut presbyteros a fratribus S. Genovefae electos in ecclesiis eorum ad curam animarum admittant. Loewenfeld Epistolae p. 108. — „Ecclesia S. Genovefae".

Mart. 1. „ 9324 (6475) Heinrici, episcopi Moraviensis, valetudinem commiseratur. De rebellibus in gratiam cum eo reversis gratulatur. Boczek C. D. M. I. 243, Migne 180 p. 1385. — „Cum de statu".

„ 3. „ 9325 (6476) Heinrico, episcopo Moraviensi, mandat, absolvat L(adislaum), ducem Poloniae, a L. (Iacobo) iam defuncto archiepiscopo Gnesnensi, quod „collecta Saracenorum multitudine terram Christianorum invasisset", excommunicatum. (Pro „V. non. Maii" leg. „V. non. Martii". Cf. Erben Reg. Bohemiae I. 124.) Boczek C. D. M. I. 245, Bielowski Mon. Pol. hist. II. 9, Cod. dipl. mai. Pol. I. p. 19, Migne 180 p. 1385. Vide Bernhardi Konrad III. p. 470. — „Sicut ad vestram".

„ 5. „ 9326 Ecclesiae Belnensis tutelam suscipit, possessionesque confirmat, petente Radulfo decano. Pflugk-Harttung Acta I. 205. — „Piae postulatio voluntatis".

„ 11. „ 9327 Ecclesiam S. Laurentii Corbeiensem tuendam suscipit, eiusque bona confirmat, petente Olrico priore. In bibl. nat. Paris. Cartul. noir de Corbie ms. lat. 17758. s. XIII. f. 156^{b} et 164; (Copia s. XIX in Coll. Moreau t. 64. f. 22 male descripta est). — „Quotiens illud a".

„ 17. „ 9328 (6477) Clero et populo de Lemos, de Sarria, de Flamoso, de Paramo, de utraque Neira, de Navia, de Suarna, de Buron, de Balonga, de Aviancos, de Camba, de Elma praecipit, cum M. episcopus Ovetensis ecclesias eorum episcopo Lucensi restituerit, ut huic obediant. Risco España sagr. XLI. 307, Migne 180 p. 1386. — „Cum ecclesiae vestrae".

„ 20. „ 9329 Plebem de Elsa tuendam suscipit eiusque possessiones et iura confirmat sub 12 nummorum tributo annuo. Pflugk-Harttung Iter p. 242. — „Quotiens illud".

„ 25. „ 9330 (6478) Heinrico, episcopo Moraviensi, epistolae latoris apud ducem negotia commendat. Boczek C. D. M. I. 244, Migne 180 p. 1386. — „Lator praesentium pro".

Apr. 8. Tusculani 9331 (6479) Archipresbyteris decem dioecesis Mutinensis significat, se ecclesias eorum A(lberio), episcopo Regino, concessisse, cum propter Mutinensium contumaciam paroecias civitatis inter episcopatus vicinos divisisset, quibusdam ecclesiis sibi reservatis. Tiraboschi Mem. Mod. III. 21, Migne 180 p. 1387. — „Sicut per partes".

„ 10. †9332 (6480) Monasterii S. Petri Salzburgensis privilegia, petente Eberhardo archiepiscopo, confirmat. („Dat. Trecis per man. Guidonis S. R. E. diac. card. et cancellarii", cet.) Nov. chron. S. Petri Salzb. p. 223, Migne 180 p. 1387. Cf. Meiller Reg. archiep. Salisb. p. 437. n. 82. — „Ad hoc ecclesiae".

„ 10. „ 9333 I(ohanni) Patavino et L(othario) Vicentino episcopis mandat, compellant quosdam parochianos Veronenses, ut bona canonicis Veronensibus ablata restituant. Wiener Sitzungsber. XCIV. 662. — „Ex parte canonicorum".

„ 13. „ 9334 Monasterii Montis S. Eligii patrocinium suscipit bonaque confirmat, petente Hugone abbate. In bibl. nat. Paris. Coll. Moreau t. 64. f. 61, (Pflugk-Harttung Acta I. 205, ubi clausulae verba „Dat. Pisis cet.", ex Innocentii II. bulla, quo modo nescio, huc translata, delenda sunt). — „Piae postulatio voluntatis".

„ 30. „ 9335 (6481) G(uidoni) abbati Bonavallensi, praecipit, ut fratres Vallis-magnae in ordinem Cisterciensem recipiat. Gall. Chr. VI. Instr. p. 322, Hist. de Languedoc II. Pr. p. 511, nov. ed. V. 1081, Migne 180 p. 1390. — „Quoniam sanctae", „Quando sanctae".

„ 30. „ 9336 (6482) G. Cuxanensi, Bisuldunensi, Balneolensi, Gerensi, Vabrensi, Castrensi et S. Savini abbatibus praecipit, ut G(uillelmo) abbati Massiliensi a sese confirmato obediant. Martene et Dur. Vet. Script. I. 803, Coll. de Cartulaires IX. 269, Migne 180 p. 1390. — „Dilectum filium".

Mai. 3. „ 9337 (6483) Conrado marchioni (Misnensi) respondet, se ad eius voluntatem archiepiscopo Magdeburgensi mandata dedisse. A(lbertum), praepositum Misnensem, eiusque canonicos commendat. Schöttgen Gesch. Conr. d. Grossen p. 309, Schannat Vind. lit. II. 77, Cod. dipl. Sax. reg. II. Hauptth. I. 52, MG. SS. XXIII. 147, Migne 180 p. 1390. — „Literas nobilitatis".

1149. *(Ind. 12, pont. a. 4. — 18. Febr. — 5, 1148. — 25. Mart. — 1149.)*

Mai. 6. Tusculani — 9338 Monasterii Cavensis protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat, Marino abbate petente. Guillaume L'abbaye de Cava App. p. 32. — „Commisse nobis apostolice".

„ 16. „ — 9339 (6483a) (Hugonem) Senonensem et (Hugonem) Rotomagensem archiepiscopos et (Goslenum) Carnotensem, (Manassem) Meldensem, (Balduinum) Noviomensem episcopos hortatur, ut parochianos suos, qui damna et iniurias ecclesiae Parisiensi intulerint, ad satisfaciendum cogant. Cartul. de Notre-Dame (Suite des pastoraux) s. XII. LL. 177. p. 246 in tab. nat. Paris., (Collection des Cartulaires IV. 226). — „Filius noster Clemens".

„ 20. „ — 9340 (6484) H(ugoni), archiepiscopo Viennensi, mandat, iudicet inter Petrum, abbatem Cluniacensem, et (Henricum), episcopum Eduensem, de ecclesiis Poloniacensibus litigantes. Bullar. Cluniac. p. 62, Bouquet Rec. XV. 453, Migne 180 p. 1391. — „Controversiae, quae".

9341 (6485) Hugoni abbati S. Augustini Cantuariensi concedit, ut, sublato interdicto, inde a die 1. m. Augusti sacra in monasterio procurentur. Chronica W. Thorn ap. Twysden H. A. SS. II. 1809, Hist. mon. S. August. Cant. p. 599, Migne 180 p. 1391. — „Obedientia et".

9342 (6486) Theobaldo, archiepiscopo Cantuariensi, exprobrat, quod (Silvestrum) priorem et Willelmum monachum S. Augustini nondum absolverit; quod fieri iubet. Reprehendit eum, quod „homines eiusdem monasterii pro participatione excommunicatorum praeter ecclesiasticam poenam ad redemptionem coegerit"; praecipit, ut expressam pecuniam reddat. Chronica W. Thorn ap. Twysden H. A. SS. II. 1809, Hist. mon. S. August. Cant. p. 599, Migne 180 p. 1392. — „Quoniam personam".

Iun. 14. „ — 9343 (6487) (Hugoni) archiepiscopo et capitulo Turonensi respondet, se litteras ad excommunicatas Dolensem et Briocensem ecclesias non putasse mittendas. Excommunicationis sententiam, ab archiepiscopo in eas prolatam et in concilio Remensi a sese confirmatam, valere iubet, donec ad ecclesiae Turonensis obedientiam redierint. Martene et Dur. Vet. SS. I. 812, Bouquet Rec. XV. 453, Mansi XXI. 690, Migne 180 p. 1392. — „Litteras vestras".

„ 23. „ — 9344 (6488) C(onradum) Romanorum regem, Hierosolyma redeuntem, de acceptis calamitatibus consolatur. Scribit, „postquam eum ad Lombardiae partes incolumem pervenisse acceperit, sicut per Ar(tvicum), Bremensem archiepiscopum, et A(nselmum), Havelbergensem episcopum, ei significaverit", se ad eum legatos misisse, „qui siquidem" inquit „usque in Tusciam progressi, ex quo te ad Teutonicas partes pertransiisse noverunt, ad nostram praesentiam redierunt". Mittit Franconem, per quem de regni statu instrui cupit. Ottonis Fris. Gest. Frid. L. I. c. 61, in Mon. Germ. SS. XX. 387: „8. kal. Iul."; Jaffé Bibl. I. 304: „9. kal. Iul.", (Martene Coll. II. 357, Mansi XXI. 629, Migne 180 p. 1393). — „Cum in hoc mundo".

Iul. 8. „ — 9345 (6489) H(ugoni), archiepiscopo Senonensi, eiusque suffraganeis mandat, ut, Ludovico rege in partibus Hierosolymitanis commorante, congressu facto pertinaces regni perturbatores excommunicent. Duchesne Hist. Fr. SS. IV. 523, Bouquet Rec. XV. 454, Mansi XXI. 643, Migne 180 p. 1394. — „Quanta devotione".

„ 8. „ — 9346 (6490) Sugerium, abbatem S. Dionysii, iubet molestias fortiter ferre. Significat de litteris ad archiepiscopos de perturbatoribus regni missis. Duchesne H. Fr. SS. IV. 523, Bouquet Rec. XV. 453, Mansi XXI. 643, Migne 180 p. 1395. — „Literas, quas nobis".

Aug. 15. „ — 9347 (6491) Sugerio, abbati S. Dionysii, haec nunciat: „Rex Siciliae suis literis intimavit, sibi relatum fuisse, quod Ludovicus rex Franciae in regno suo applicuisset, et versus Siciliam tenderet, obviaturus reginae, putans eam ex partibus Barbariae illuc advenisse". Duchesne H. Fr. SS. IV. 522, Bouquet Rec. XV. 454, Mansi XXI. 642, Migne 180 p. 1396. — „Benedictus Deus, qni".

Sept. 7. „ — 9348 (6492) Sororibus Fontis-Ebraldi respondet, se de dedicanda abbatissa M(athilde) quod petierint facturum. Pavillon Vie de Rob. d'Arbr. p. 631, Gall. Chr. II. Instr. p. 362, Bouquet Rec. XV. 455, Migne 180 p. 1396. — „Sicut ex litterarum".

Oct. 6. „ — 9349 (6493) C(onrado), Romanorum regi, respondet, se T(iebaldo), eius capellano, praeposituram Xantensem ea lege asseruisse, ut eam, quam ante habuisset, praeposituram (S. Severini Coloniensem) deponeret. Henrico, iuniori regi, salutem ascribit. Jaffé

1149. *(Ind. 12, pont. a. 4. — 18. Febr. — 5, 1148. — 25. Mart. — 1149.)*

Bibl. I. 315, (Martene Coll. II. 367, Migne 180 p. 1397). — „Litteras excellentiae tuae".

Oct. 10. Tusculani 9350 (6494) B(ermundo), episcopo Biterrensi, mandat, ut T., nobili viro Hierosolymis redeunti, capellae in palatio construendae licentiam concedat. Martene Thes. I. 412, Hist. de Languedoc II. 521, Bouquet Rec. XV. 455, Migne 180 p. 1397. — „Nobilis vir".

„ 21. „ 9351 (6495) Serloni, abbati Savigneiensi, concedit, ut „tam de personis, quam de rebus monasteriorum ei subiectorum, iuxta Cisterciensium fratrum constitutionem disponendi et ordinandi habeat facultatem". „Prohibet, ut nulli post factam in eisdem locis professionem liceat, se ab eius vel successorum subiectione subtrahere". Martene et Dur. Vet. Script. I. 813, Neustria pia p. 684, Migne 180 p. 1398. — „Cum omnibus ecclesiasticis".

„ 24. „ 9352 (6496) Heinrico, episcopo Moraviensi, consulenti respondet: 1) clericos gradu deiectos non esse restituendos; 2) qui non ordinatus sacra procuraverit, eum ut laicum principi terrae ad poenam esse tradendum; 3) non licere sororii viduam ducere. Addit de clerico quodam, bigamiae accusato, nisi „septima manu sui ordinis expurgari" possit, removendo. Mittit „bonum electuarium", quo valetudini suae consulat. Boczek C. D. M. I. 261, Migne 180 p. 1398. — „Litteras fraternitatis tuae".

„ 25. „ 9353 (6497) Hen(rico) archiepiscopo Moguntino, mandat, ut „tam per se quam per episcopos suffraganeos circumvagationes pseudonunciorum", qui „sub nomine suo discurrant et indebitis exactionibus fideles ecclesiae fatigare praesumant, studiose ac diligenter attendat, et si aliquis ad manus eius vel suffraganeorum devenerit, et praecipue Ildebrandinus, quondam Iacincti diac. card. (S. Mariae in Cosmidin) serviens, capi faciat". Jaffé Bibl. III. 401, (Denis Cod. manuscr. I. III. 2871, Migne 180 p. 1399. — „Pervenit ad aures".

„ 25. „ 9354 (6498) Universis fratribus Fontebraldensibus praecipit, „ut Fontebraldensi abbatissae et priorissae obediant, sanctimonialium claustra nequaquam ingredi absque licentia attentent, nec ad commune capitulum convenire negligant". Nicquet Hist. de l'ordre de Fontevraud p. 379, Migne 180 p. 1400. — „Quemadmodum sanctorum patrum".

Nov. 6. „ 9355 (6499) Monasterii S. Lucii Curiensis protectionem suscipit, bonaque confirmat, petente Aimone priore. Hugo O. P. A. II. Pr. p. 65, Mohr Cod. dipl. I. 158, Migne 180 p. 1400. — „Iustis religiosorum desideriis".

„ 7. „ 9356 (6500) Sugerio, abbati S. Dionysii, nunciat, se A. et Her. clericis Meldensibus communionem reddidisse. Mandat, ut inter eos et Goslinum accusatorem iudicium exerceat; „si vero" inquit „Goslinus in probatione defecerit, septima manu sui ordinis purgationem praedictorum clericorum suscipias et eos ab infamia immunes publice nuncies". Duchesne H. Fr. SS. IV. 527, Bouquet Rec. XV. 456, Mansi XXI. 644, Migne 180 p. 1401. — „Filii nostri A."

„ 19. 9357 (Iohanni) episcopo Placentino scribit, ut a (Moyse) episcopo Ravennate consecrationem in eius ecclesia accipiat. Pflugk-Harttung Iter p. 806.

„ 25. „ 9358 Warnerio abbati et fratribus Maioris-monasterii asserit ecclesiam S. Mariae Boninuntii, a Symone de Baugenciaco iniuste detentam ac in manibus Manassis episcopi Aurelianensis refutatam. In bibl. nat. Paris. ms. lat. 12739. f. 387 et 12879. f. 138. — „Divinis institutionibus".

„ 28. Laterani 9359 (6501) C(onrado), Romanorum regi, scribit de electione (Thiedbaldi) praepositi Xantensis a sese confirmata. Memorat, „quanta Arnoldus, archiepiscopus Coloniensis, circa officium suum superbiendo commiserit; unde" inquit „in concilio, quod Remis celebravimus, excisionis sententiam pertulisset, nisi, regiae parcentes absentiae, detrimentum aliquod regno eventurum exinde putaremus". Regis precibus commotus, archiepiscopo „usque ad dominicam, qua cantatur: Ego sum pastor bonus (30. Apr. 1150) inducias concedit". Henricum, iuniorem regem, salutat. Jaffé Bibl. I. 323, (Martene Coll. II. 371, Mansi XXI. 684, Migne 180 p. 1403). — „Quantum affectum erga".

Dec. 19. „ 9360 (6502) Oberti archiepiscopi et ordinariorum ecclesiae Mediolanensis statuta de communi vita servanda et reditu ecclesiae distribuendo confirmat. Giulini Mem. di Mil. V. 594, Migne 180 p. 1403. — „Ad hoc universalis".

1149. *(Ind. 12, pont. a. 4. — 18. Febr. — 5, 1148. 25. Mart. — 1149.)*

Dec. 19. Laterani — 9361 (6503) Universis fidelibus, „qui ad annuam celebrationem dedicationis ecclesiae b. Frigdiani Lucensis convenerint, ex iniuncta iis poenitentia remissionem 40 dierum indulget“. (Pro: „XIIII. Ianuarii“ leg.: „XIIII. kal. Ian.“) Baluzii Misc. IV. 594, Migne 180 p. 1404. — „Sicut ad vestram“.

„ 29. „ — 9362 (6504) Archiepiscopo Bracarensi minatur, nisi ante proximam dominicam in ramis palmarum (9. Apr. 1150) primati Toletano obedientiam exhibuerit, fore ut a muneris administratione denuo removeatur. Mansi XXI. 674, Aguirre Conc. V. 66, Migne 180 p. 1405. — „Quanta sit obedientiae“.

„ 29. „ — 9363 (6505) Alphonso, regi Hispaniarum, scribit, ex litteris eius se percepisse, eum ignorare, quibus beneficiis a sese affectus sit. Memorat, se „ecclesiam Compostellanam in deferenda cruce ante metropolitanum speciali praerogativa decorasse“; deque superiore epistola addit. (Pro „XIV. id. Ianuar.“ legendum videtur „IV. kal. Ian.“) Mansi XXI. 673, Aguirre Conc. V. 65, Migne 180 p. 1405. — „Sicut ex inspectione“.

1149?

9364 (6506) Sugerium, abbatem S. Dionysii, inter R. sacerdotem et S(tephanum) archidiaconum iudicem constituit. Illum qui verberaverint, eos excommunicari iubet. Duchesne H. Fr. SS. IV. 528, Bouquet Rec. XV. 442, Mansi XXI. 645, Migne 180 p. 1406. — „Quidam sacerdos R.“

9365 (6507) H(ugoni), archiepiscopo Senonensi, de superiore epistola significat. Duchesne H. Fr. SS. IV. 528, Bouquet Rec. XV. 442, Mansi XXI. 645, Migne 180 p. 1407. — „Quidam sacerdos tuus“.

9366 (6508) Sugerio, abbati S. Dionysii, mandat, iudicet inter Petrum et Iozelinum, canonicum Meldensem. Duchesne H. Fr. SS. IV. 532, Bouquet Rec. XV. 455, Mansi XXI. 645, Migne 180 p. 1407. — „Pro controversia et“.

9367 *Henrico, filio Willelmi archidiaconi Eliensis, ecclesiam de Stiveswrde asserit. Vide litteras in Mus. Brittan. ms. Cotton. Tit. A. 1. f. 40. Dedit F. Liebermann.

1145—1150.

9368 (6509) Fratrum S. Laudi Rotomagensium disciplinam canonicam confirmat, petentibus Hugone archiepiscopo et Algaro, episcopo Constantiensi. (Fragmentum.) Neustria pia p. 805, Migne 180 p. 1408. — „Religiosis desideriis“.

1150. *(Ind. 13. — 25. Sept. — 14, pont. a. 5. — 18. Febr. — 6, 1149. — 25. Mart. — 1150.)*

Ian. 23. Laterani — 9369 (9510) Archiepiscopum, episcopos et alios ecclesiarum praelatos per Poloniam constitutos reprehendit, quod excommunicationis et interdicti sententiam, a G(uidone) diacono cardinali in W(ladislai) ducis adversarios prolatam, non observaverint; monet, ut resipiscant. Martene Coll. II. 406, Mansi XXI. 685, Bielowski Mon. Pol. hist. II. 17, Cod. dipl. maioris Pol. I. p. 22, Migne 180 p. 1408. — „Quod vos benedictionis“.

„ 30. „ — 9370 (6511) Monasterii S. Martini Anhusani protectionem suscipit, bonaque ac iura confirmat, petente Gerhardo, episcopo Augustensi. Besold Doc. red. p. 204, Petri Suev. eccl. p. 92, Wirtemberg. Urkundenb. II. 55, Migne 180 p. 1409. — „Cum omnibus venerabilibus“.

Mart. 12. „ — 9371 Redditus burgi S. Edmundi, „servitio altaris monasterii S. Edmundi et sacristae ministerio deputatos“, confirmat, bulla Helyae sacristae directa. Battely Antiqu. S. Edm. p. 149. — „Quae ad honorem“.

„ 12. „ — 9372 Iohanni (leg. Iordano) abbati Casae-dei ecclesiam b. Liberatae, ab Hildeberto episcopo Aginnensi traditam, asserit. (Clausula vitiosa). Mém. de l'acad. de Clermont-Ferrand XIX. 69, Mon. pont. Arverniae p. 217. — „Apostolicae sedis nos“.

„ 12. „ — 9373 Compositionem inter Iordanum abbatem Casae-dei et Adelbertum episcopum Nemausensem factam approbat. Mém. de l'acad. de Clermont-Ferrant XIX. 70, Mon. pont. Arverniae p. 218.

„ 13. „ — 9374 Inter fratres Casae-dei et monachos Brantomenses factam super ordinatione ipsius monasterii a Gaufrido, archiepiscopo Burdigalensi, concordiam approbat. In bibl. nat. Paris. ms. lat. 12767. f. 14. — „Quae a fratribus“.

„ 15. „ — 9375 Monasterium S. Marini Papiense, ad ordinationem monasterii Casae-dei pertinens,

1150. *(Ind. 13. — 25. Sept. — 14, pont. a. 5. — 18. Febr. — 6, 1149. — 25. Mart. — 1150.)*

tuendum suscipit eiusque possessiones confirmat. (Notae temporis vitiosae.) In bibl. nat. Paris. ms. lat. 12767. f. 23^{b}. — „In apostolicae sedis".

Mart. 17. Laterani 9376 Ar(noldo) Coloniensi et I(llino) Trevirensi archiepiscopis eorumque suffraganeis parthenonem Romaricensem nuper combustum reaedificandum commendat; „non tam attendentes", inquit, „quod illae iam pridem conversatione carnali subventionis nostrae indignas (se) exhibuerunt, quam quod sacrae religionis cultum in eodem loco credimus processu temporis reformandum et spiritalibus convertendam prudentiam esse". Annales de la soc. des Vosges XII. Cahier II. 271, Guinot L'abbaye de Remiremont p. 401. (Correxi ex autographo in bibl. nat. Paris. chartes de Remiremont.) — „Combustionem Romaricensis".

„ 19. „ 9377 (6512) Episcopo Castellano (Veneto) scribit, sanctum esse patrum auctoritate, ut decimarum „una pars episcopo, alia clero, tertia pauperibus, quarta ecclesiae sartis tectis" debeatur; quare fratribus S. Salvatoris debitam decimarum partem assignandam curet. Ughelli It. sacr. V. 1240, Migne 180 p. 1411. — „Quod decimarum".

„ 21. „ 9378 Rogerio abbati Balantiarum (seu Valloriensi) bullam tribuit. Neues Archiv VII. 93. — „Quod in nostra".

Apr. 14. „ 9379 (6513) Monasterio S. Benedicti Placentino, rogatu Vitalis abbatis, oratorium b. Petri, in territorio Taurinensi situm, a fratribus Vallumbrosanis posthac incolendum, ita confert, ut annuus aurei unius census pontificibus Romanis persolvatur. Hist. Patr. Mon. Chart. I. 801, Campi Hist. di Piac. II. 351, Migne 180 p. 1411. — „Quotiens illud".

„ 14. „ 9380 (6514) Ecclesiam S. Laurentii Ianuensem tuendam suscipit, canonicorumque possessiones confirmat, petente Guiberto raeposito. Ughelli It. sacr. IV. 863, Migne 180 p. 1411. — „Officii nostri".

„ 16. „ 9381 Hugoni, abbati S. Germani de Pratis Parisiensi, asserit ecclesiam S. Mariae Magdalenae de Monte Calvulo. Autographum in tab. nat. Paris. L. 228. n. 1bis. (Cop. saec. XII in Cartul. S. Germ. de Pratis, Cartul. des trois croix, LL. 1024. fol. 8.) — „Quae a fratribus".

„ 20. „ 9382 (6515) Parthenonis Fontis-Ebraldi, rogatu Mathildis abbatissae, statuta confirmat, et praecipit, „ut omnes virgines eiusdem ordinis, quae gratiam benedictionis debeant percipere, infra illius monasterii claustrum, in quo sint obsequio mancipatae, a diocesano episcopo benedictionem recipiant, si eam gratis et absque molestia et pravitate exhibere voluerit"; alioquin ad id alium episcopum vocent. Pavillon Vie de Robert d'Arbrissel p. 631, Migne 180 p. 1413. — „Religiosis postulationibus".

„ 23. „ 9383 Archiepiscopos, episcopos, abbates et universos ecclesiarum praelatos hortatur, moneant populum, ut ad usum Templariorum pecuniam colligant. Benefacientibus indulgentiam proponit. Autogr. in tab. nat. Paris. L. 228. n. 2bis. — „Milites templi".

„ 24. „ 9384 Hartwico, praeposito S. Georgii, asserit capellam S. Andreae, petente C(onrado), episcopo Passaviensi. Archiv f. Kunde österr. Gesch.-Quellen IX. 261, Marian Gesch. der österr. Klerisey IX. 191. — „Sicut iniusta poscentibus".

„ 25. „ 9385 (6516) Sugerio, abbati S. Dionysii, haec scribit: „Immensum pietatis opus, quod Ludovico Francorum regi divina misericordia inspiravit, nos plurimum anxios reddit. Gravem namque Christiani nominis iacturam, quam nostris temporibus ecclesia Dei sustinuit, et recentem adhuc effusionem sanguinis tantorum virorum ad memoriam revocantes, grandi timore concutimur. Ceterum devotio praedicti filii aliquantulum dolorem mitigat. Sed ne tantum opus nostra occasione remaneat, mandamus, quatinus regis et baronum atque aliorum regni sui animos diligenter studeas perscrutari et si ad tam arduum opus eos promptos agnoveris, consilium et auxilium nostrum, quantum poteris, et remissionem peccatorum, sicut in aliis literis nostris continetur, secure promittas". Duchesne H. Fr. SS. IV. 538, Bouquet Rec. XV. 457, Mansi XXI. 646, Migne 180 p. 1414. — „Immensum pietatis".

„ 27. 9386 *Ecclesiae Vicensis protectionem suscipit. Villanueva Viage literario VII. 6.

„ 28. Romae ap. S. Petrum 9387 (6517) Sugerio, abbati S. Dionysii, mandat, ut „quidquid de ecclesiae S. Genovefae thesauro per seculares obligatum sit ex quo mutatio ecclesiae ad eorum pervenerit notitiam, de proprio eos redimere cogat; quod vero ante obligatum fuerit, de communi tam regularium quam secularium faciat redimi". Duchesne H. Fr. SS. IV. 537, Bouquet Rec. XV. 457, Mansi XXI. 646, Migne 180 p. 1415. — „Prudentiam tuam latere".

1150. *(Ind. 13. — 25. Sept. — 14, pont. a. 5. — 18. Febr. — 6, 1149. — 25. Mart. — 1150.)*

Mai. 13.	Romae ap. S. Petrum	9388 (6518) Ecclesiam S. Mariae de Reno tuendam suscipit, eiusque bona et privilegia confirmat, petente Guidone priore. Trombelli Mem. di Reno p. 367, Bull. Lat. p. 33, Migne 180 p. 1415. — „Religiosis desideriis".
„ 23.	„	9389 (6519) Waltero, abbati Walacriensi, concessam ab Hartberto episcopo Ultraiectensi licentiam monasterii in alium locum transferendi confirmat. Miraei Opp. dipl. III. 722, Hugo O. P. A. II. Pr. p. 129, Mieris Charterb. I. 99, Van den Bergh Oorkondenb. I. I. 84, Migne 180 p. 1417. — „Sicut iniustis petitionibus".
„ 25.	„	9390 (6520) Canonicis Aurelianensibus praecipit, ut ecclesiam S. Letae Philippo, fratri regis Francorum, reddant, „aut in praesentia Hugonis, Altissiodorensis episcopi, ei exinde iustitiam faciant". Martene Coll. II. 629, Bouquet Rec. XV. 458, Migne 180 p. 1418. — „Ex parte dilecti".
„ 26.	„	9391 (6521) Sugerio, abbati S. Dionysii, mandat, ut Stephanum, archidiaconum Senonensem, „evocet iterum, et si quinta manu sui ordinis super illatis criminibus se poterit expurgare, ipsum ab impetitione R. presbyteri absolutum remittat". Duchesne H. Fr. SS. IV. 539, (Mansi XXI. 647, Migne 180 p. 1418). — „Sacerdos ille R.".
„ 27.	Laterani	9392 (6522) Petro praeposito Ulciensi praecipit, ne in ecclesia S. Mariae Secusiensi „umquam amodo quispiam ordinetur, vel recipiatur, nec victus alicui, neque vestitus donum concedatur, nisi regulari prius habitu sumpto, canonicam vitam professus fuerit". Ulciensis eccl. chartar. p. 18. — „Cum beatae Mariae".
Iun. 1.	Romae ap. S. Petrum	9393 Concordiam inter Guillelmum abbatem Massiliensem et Gaufridum episcopum canonicosque Avenionenses super ecclesia S. Nicolai Tarrasconensi factam a Nicolao, episcopo Albanensi, Iordano, pr. card. tit. S. Susannae, G(regorio) S. Angeli, G(uidone) S. Mariae in Porticu et I(acintho) S. Mariae in Cosmidin diaconis cardinalibus confirmat. Coll. des Cartulaires IX. 369. — „Quotiens (illud a)".
„ 5.	„	9394 *Monasterii S. Victoris Massiliensis possessiones et privilegia confirmat, petente Guillelmo abbate. Coll. des Cartulaires IX. 240. — („Cum universis per".)
„ 10.	Laterani	9395 (6523) Monasterii S. Nicolai Andegavensis protectionem suscipit, ac bona confirmat, petente Bartholomaeo abbate. Lepeletier Monast. S. Nicolai Andegav. p. 76. — „Quotiens illud a nobis".
„ 12.	„	9396 B(ernardo) abbati et fratribus S. Petri Perusinis nuntiat, sese falsis litteris apostolicis in medium prolatis, controversiam eorum cum hospitali Perusino in favorem eius diiudicasse, cet. Pflugk-Harttung Acta II. 348. — „Rerum gestarum memoria".
„ 15.	„	9397 Ecclesiae S. Mariae de Ispida („in S. R. E. solo et possessione fundatae") tutelam suscipit, possessionesque et iura, petente Marco priore, confirmat, ea tamen lege, ut unus bizantius Lateranensi palatio annuatim persolvatur. Gloria Cod. dipl. Pad. I. 390. — „Religiosam vitam degentibus (an corr.: eligentibus?)".
„ 19.	Albani	9398 (6524) Sugerium, abbatem S. Dionysii, laudat, quod „pro defectu Orientalis ecclesiae attentam sollicitudinem gerat"; „petitioni eius et aliorum" ait „qui sibi super causa ipsa scripserint, quamvis gravissimum sibi fuerit propter imbecillitatem personae, in qua omnium vota concurrant, assensum tamen denegare se nequaquam potuisse". Mandat, ut una cum (Balduino) episcopo Noviomensi in ecclesia Compendiensi „religionem statuat". Duchesne H. Fr. SS. IV. 542, Bouquet Rec. XV. 458, Mansi XXI. 648, Migne 180 p. 1419. — „Ex eo, quod pro".
„ 22.	„	9399 (6525) W(ibaldo), abbati Corbeiensi, mandat, quod scribit H(einrico) episcopo Mindensi antea nequicquam mandatum esse, ut God(eboldum) canonicum E(verardo) ablata reddere cogat. Jaffé Bibl. I. 396, (Martene Coll. II. 435, Migne 180 p. 1420). — „Lator presentium E(verardus)".
„ 24.	„	9400 (6526) W(ibaldum), abbatem Corbeiensem, de binis, quae sequuntur, litteris certiorem facit. Addit hoc: „Coloniensi autem archiepiscopo (Arnoldo) idcirco nostra scripta non misimus, quia veniens ad nos plenitudinem sui officii minime reportavit". Jaffé Bibl. I. 397, (Martene Coll. II. 436, Migne 180 p. 1420). — „Litteras dilectionis tuae".
(„)	(„)	9401 (6527) H(einrico), episcopo Mindensi, scribit, ecclesiam Kaminatensem „pro eo, quod quidam monachus, dum resarciret tecta, casu corruerit et ita sine sanguinis effusione obierit, reconciliandam non esse, nec a divinis debere cessare obsequiis". Ablata quaedam ecclesiae eiusdem bona repeti iubet. Jaffé Bibl. I. 398, (Martene Coll. II. 437, Migne 180 p. 1421). — „Pervenit ad aures".

1150. *(Ind. 13. — 25. Sept. — 14. pont. a. 5. — 18. Febr. — 6. 1149. — 25. Mart. — 1150.)*

(Iun.)	(Albani)	9402 (6528) H(artwicum), archiepiscopum Bremensem, hortatur, ut Wibaldum, abbatem Corbeiensem, in recuperandis bonis Kaminatensibus adiuvet. Jaffé Bibl. I. 399, (Martene Coll. II. 437, Migne 180 p. 1421). — „Episcopalis officii est".
(„)	(„)	9403 (6529) C(onradum), Romanorum regem, „sublimes legatos ex communi consilio principum" ad sese missurum esse gaudet; „desiderium siquidem nostrum est" inquit „ut ea inter ecclesiam et regnum, quae a praedecessoribus nostris et tuis statuta sunt, inter nos et maiestatem tuam firmentur". Monasterii Morbacensis negotium (Amadeo) episcopo Lausannensi commissum nunciat. Ottoni, qui nasum clerico praeciderit, communionem reddendam esse negat. Jaffé Bibl. I. 399, (Martene Coll. II. 438, Mansi XXI. 686, Migne 180 p. 1422). — „Quod per sublimes".
(Iul.)	Anagniae	Vide Hist. pont. c. 32 in MG. SS. XX. 538.
(„)	Ciperani	cum Rogerio rege colloquitur. Hist. Pont. l. l.
Sept. 16.	Signiae	9404 Canonicorum Lucensium possessiones et iura confirmat. Pflugk-Harttung Iter p. 243. — „Iustis votis".
Oct. 23.	„	9405 (6530) Monasterii Ebracensis protectionem suscipit bonaque confirmat, petente Ada abbate. Pflugk-Harttung Acta II. 349, (Lang Regesta I. 197, Brevis notitia monast. Ebrac. p. 67). — „Iustis religiosorum desideriis".
„ 23.	„	9406 (6531) Parthenonis Wechterswinklensis protectionem suscipit, bonaque et iura confirmat, petente Buxta abbatissa. Pflugk-Harttung Acta II. 350, (Lang Regesta I. 197). — „Religiosis desideriis dignum".
„ 24.	„	9407 (6532) Pontio, abbati Vizeliacensi, significat, se de eius negotio ad episcopum Eduensem et ducem Burgundiae litteras dedisse. Praecipit, ut ad Hugonem, episcopum Altissiodorensem, vocatus accedat. Duchesne Hist. des ducs de Bourgogne, preuv. p. 47, D'Achery Spicil. II. 510, Bouquet Rec. XV. 461, Mansi XXI. 657, Migne 180 p. 1423. — „Quid venerabili".
„ 24.	(„)	9408 (6533) Ducem Burgundiae hortatur, ut monasterio Vizeliazensi de illatis damnis satisfaciat, aut ius suum apud Hugonem, episcopum Altissiodorensem, persequatur. D'Achery Spic. II. 510, Bouquet Rec. XV. 460, Mansi XXI. 656, Migne 180 p. 1423. — „Quanto divinae".
(„)	„	9409 (6534) (Henrico), episcopo Eduensi, praecipit, ut, quae homines eius monasterio Vizeliacensi abstulerint, reddi iubeat, aut causam ad Hugonem, episcopum Altissiodorensem, deferat. D'Achery Spicil. II. 509, Bouquet Rec. XV. 560, Mansi XXI. 655. Migne 180 p. 1424. — „Apostolicae sedis clementia".
(„)	(„)	9410 (6535) Hugoni, episcopo Altissiodorensi, mandat, ut appellatus iudicium faciat inter episcopum Eduensem et monasterium Vizeliacense. D'Achery Spicil. II. 510, Bouquet Rec. XV. 461, Mansi XXI. 656, Migne 180 p. 1424. — „Venerabili fratri".
Nov. 21.	„	9411 (6536) Monasterii S. Quirini Tegernseensis protectionem suscipit, bonaque et iura confirmat, petente Conrado abbate. Mon. Boic. VI. 169, Hund III. 400, Orig. Guelf. I. 90, Migne 180 p. 1425. — „Commissae nobis apostolicae".
„ 21.	„	9412 (6537) E(berhardum), archiepiscopum Salzburgensem, monet, cogat Ottonem palatinum comitem, ut O(ttoni) episcopo Frisingensi satisfaciat de iniuriis inter missam illatis. C(onradum) abbatem et monachos Tegernseenses commendat. (Epistola haec est Alexandro III. perperam tributa.) Pez Thes anecd. VI. I. 393, Migne 180 p. 1427. — „Ex parte venerabilis".
(„ „)	(„)	9412a Conrado, Romanorum regi, ecclesiam Frisingensem commendat, eumque monet, ut O(ttoni) episcopo de iniuriis inter missam ab O(ttone), filio O(ttonis) comitis palatini, illatis iustitiam faciat. (Fragm. hoc Alexandro III. perperam tribuitur.) Meichelbeck Hist. Fris. I. I. 370, cf. Wattenbach in Arch. f. K. österr. Gesch. XIV. 59. — „Regiae dignitati".
„ 21.	„	9413 (6594) O(ttoni), episcopo Frisingensi, mandat, ut monasterium Tegernseense contra O(ttonem) palatinum comitem tueatur. (Haec cum ea quae sequitur epistola Alexandro III. falso ascripta est.) Pez Thes. anecd. VI. I. 392, Migne 180 p. 1484, ubi pro „XVI. kal. Dec." legendum esse „XI. kal. Dec." annotat Wattenbach in Arch. f. K. österr. Gesch. XIV. 59. — „Ad nostrum spectat".
(„)	(„)	9414 (6595) (Eberhardo), archiepiscopo Salzburgensi, mandat, ut Ottonem comitem palatinum ablata monasterio Tegernseensi reddere cogat. Pez Thes. anecd. VI. I. 392, Migne 180 p. 1480. — „Ex parte dilecti".

1150. *(Ind. 13. — 25. Sept. — 14, pont. a. 5. — 18. Febr. — 6, 1149. — 25. Mart. — 1150.)*

Nov. 23. | Ferentini | 9415 (6538) P. ecclesiae S. Frigdiani Lucensis priorem rogat, mittat fratres, qui regularium canonicorum disciplinam in ecclesiam Montis-belli introducant. Baluzii Misc. IV. 595, Migne 180 p. 1427. — „Aequum est et".

„ 24. | „ | 9416 (6539) Ecclesiam S. Mariae Montebelliensem tuendam suscipit et eius bona ac iura confirmat. Savioli Ann. Bol. I. II. 221, Bull. Lat. p. 34, Migne 180 p. 1428. — „Officii nostri".

„ 26. | „ | 9417 (6540) Monasterii Raitenbuchensis protectionem suscipit et possessiones ac privilegia confirmat, petente Ottone praeposito. Mon. Boic. VIII. 13, Hund Metr. Sal. III. 145, Greinwald Orig. Raitenb. I. 216, Migne 180 p. 1429. — „Commissae nobis".

Dec. 2. | „ | 9418 (6541) Monasterii Lobiensis protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat, petente Francone abbate. Vos Lobbes II. 449, Miraei Opp. dipl. II. 1169, Migne 180 p. 1431. — „Commissa nobis".

„ 2. | „ | 9419 (6542) F(ranconi) abbati et universo conventui Lobiensi praecipit, ne „canonicos S. Ursmari in uno choro et in uno refectorio patiantur pariter secum consedere", neve ulli „vel laico, vel clerico, nisi monachus aut conversus fiat, praebendam concedant". Martene Coll. II. 630, Migne 180 p. 1434. — „Pervenit ad apostolicae".

„ 2. | „ | 9420 Ecclesiae S. Mariae de Valle (al. Villa) Gemini protectionem suscipit ac possessiones confirmat. Autogr. in tabular. capituli Perusini. Dedit Bethmann. (Pflugk-Harttung Iter p. 243.) — „Ad hoc universalis".

„ 7. | „ | 9421 Ecclesiae Tranensis protectionem suscipit ac possessiones confirmat. Bisantio archiepiscopo eiusque successoribus pallium concedit statuitque, ut metropolis eius nulli nisi sedi Romanae subiecta sit. Prologo Le carte di Trani p. 104. — „In eminenti".

„ 13. | „ | 9422 (6543) Monasterii S. Mariae Compendiensis disciplinam ac possessiones confirmat et privilegia auget, bulla ad Odonem abbatem. Gall. Chr. X. Instr. p. 121, Migne 180 p. 1435. — „Potestatem ligandi".

„ 15. | „ | 9423 (6544) Ecclesiae Pennensis bona, petente Grimaldo episcopo, confirmat. (Fragmentum.) Ughelli It. sacr. I. 1120, (Migne 180 p. 1437).

„ 15. | „ | 9424 Monasterii S. Michaelis de Periculo-maris tutelam suscipit, ac possessiones confirmat, petente Gaufrido abbate. Copia s. XVI in Arch. dép. de la Manche, in St.-Lô, H. 15035[bis]. — „Pie postulatio voluntatis".

„ 16. | „ | 9425 Ecclesiae S. Irenaei Lugdunensis, rogatu Huberti archiepiscopi, tutelam suscipit ac possessiones confirmat, bulla ad Paredum priorem. Guigue Cartul. Lyonnais I. 44. — „Pie postulatio voluntatis".

„ 17. | „ | 9426 Monasterii S. Genovefae Parisiensis possessiones ac iura confirmat, petente Odone „primo abbate". In bibl. nat. Paris. Coll. Baluze t. 55. f. 158[b]. — „Dominus sapientia".

„ 19. | „ | 9427 (6545) Ecclesiam Monopolitanam, petente Michaele episcopo, tuendam suscipit eiusque libertatem, possessiones, privilegia confirmat. Ughelli It. sacr. I. 964, Migne 180 p. 1437. — „Et iustitiae".

„ 22. | „ | 9428 Theobaldo archiepiscopo Cantuariensi mandat, prohibeat, ne archidiaconus Cantabrigiensis pecuniam pro chrismate exigat, sicut Ricardus monachus Eliensis, praesentium lator, coram se conquestus sit. Ex Mus. Brit. ms. Tit. A. 1. f. 41. Dedit Liebermann. — „Praesentium lator".

9429 Monasterii Ioiacensis possessiones, petente Rainaldo abbate, confirmat. Ex chart. Ioiac. p. 159, ms. lat. 9172. bibl. nat. Paris. Misit Delisle. — „Quotiens illud".

c. 1150.

9430 (6547) Eberhardo, episcopo Bambergensi, et Adamo, abbati Eberacensi, mandat, ut clericos saeculares ab (Henrico) archiepiscopo Moguntino et (Burchardo) episcopo Eichstetensi contra voluntatem b. m. Gebehardi, episcopi Eichstetensis, in ecclesiam Heidenheimensem reductos expellant. Ilungum commendat. Falckenstein Cod. dipl. p. 30, Mansi XXI. 662, Migne 180 p. 1439. — „Bonae memoriae Gebehardus".

9431 (6548) Henricum, archiepiscopum Moguntinum, reprehendit, quod in ecclesiam Heidenheimensem clericos reduxerit. De superiore epistola significat. Falckenstein Cod. dipl. p. 32, Mansi XXI. 663, Migne 180 p. 1440. — „Quod in ecclesiam".

9432 *Theobaldo archiepiscopo Cantuariensi et Hilario episcopo Cicestrensi praecipit, ut causam inter Henricum, filium Willelmi archidiaconi Eliensis, et conventum Eliensem, de ecclesia de Stiveswrde inquirant. Vide litteras sequentes l. l.

9433 Theobaldo archiepiscopo Cantuariensi et Hilario episcopo Cicestrensi respondet,

c. 1150.

ex litteris eorum se cognovisse, Iosephum pro monachis Eliensibus Henricum „literarum falsificationis“ coram eis accusasse; hunc autem ad sese appellasse, et cum Iosephus procedere non potuisset, vexari de cetero non debere. Mandat, ut Heinrici purgationem accipiant et controversiam determinent. Incentorem Willelmum archidiaconum ad se transmitti iubet. Ex Mus. Brit. ms. Cotton. Tit. 1. f. 40. Dedit Liebermann. — „Ex litteris“.

1145—1151.

9434 (6550) Sugerio, abbati S. Dionysii, scribit, B(ernardum) abbatem Clarevallensem sibi significasse, comitem Andegavensem fratris sui terram esse invasurum. Hortatur, si censeat ut ipse intercedat, litteras ad sese quam primum mittat. Martene Thes. I. 416, Bouquet Rec. XV. 461, Migne 180 p. 1441. — „Sicut in litteris“.

9435 (6551) Sugerio, abbati S. Dionysii, commendat Mo. subdiaconum, ut largitate eius liberetur ab aere alieno, studiisque litterarum operetur. Martene Thes. I. 416, Bouquet Rec. XV. 462, Migne 180 p. 1441. — „Dilectionis tuae“.

9436 (6552) Sugerium, abbatem S. Dionysii, de nepotis eius Iohannis obitu consolatur. Nuncium ut mittat, monet. Duchesne H. Fr. SS. IV. 493, Bouquet Rec. XV. 456, Mansi XXI. 636, Migne 180 p. 1442. — „Super obitu filii“.

1150—1151.

Nov. 3. Signiae — 9437 Monasterio Savigneiensi asserit terras, a b. m. Ric(ardo) et Phi(lippo), eius successore, episcopis Baiocensibus, concessas. Cart. de Savigny s. XIII. f. 151 in Arch. dép. de la Manche in St.-Lô. — „Apostolici moderaminis clementie“.

„ 11. „ — 9438 Militibus templi Hierosolymitani concessas a nobili viro, b. m. Symone et Agnete, uxore eius, possessiones confirmat. Autogr. in tab. nat. Paris. L. 228. n. 2[c]. — „Quae a devotione“.

1151. *(Ind. 14. — 25. Sept. — 15. pont. a. 6. — 18. Febr. — 7. 1150. — 25. Mart. — 1151.)*

„Quatuor pallia per legatum suum Iohannem Papirum (Paparo) transmittit in Hiberniam, quo nunquam antea pallium delatum fuerat“. Chronica de Mailros 1151 ap. Fell R. A. SS. p. 167, ed. Stevenson p. 74.

Ian. 13. Ferentini — 9439 (6553) Monasterii Salvatoris et S. Bonifatii Fuldensis privilegia et possessiones confirmat, petente Marchuardo abbate. Dronke Cod. dipl. Fuld. p. 394, Migne 180 p. 1442, (Schannat Dioec. Fuld. p. 259). Cf. Harttung Dipl.-hist. Forsch. p. 503. — „Cum omnibus ecclesiasticis“.

„ 13. — †9440 (6554) Monasterii Weissenauensis protectionem suscipit, et iura quaedam bonaque confirmat. („Dat. Ferentini p. m. Bosonis S. R. E. scriptoris“.) Pflugk-Harttung Acta II. 351, (Lang Regesta I. 198). — „Rem dolendam quereris“.

„ 21. „ — 9441 Inter Canonicos Pisanos et fratres S. Ruxorii factam a Villano archiepiscopo Pisano compositionem super silva Tomuli approbat. Pflugk-Harttung Iter p. 243. — „Officii nostri“.

„ 24. „ — 9442 (6555) Monasterium S. Salvatoris Maiellanum, rogatu Alexandri prioris, tuendum suscipit bonaque eius confirmat, imposito monachis aurei unius censu annuo. Bull. Vatic. I. 48, Migne 180 p. 1444. — „Iustis religiosorum“.

„ 26. „ — 9443 (6556) M(anassi), episcopo Aurelianensi, praecipit, ut aut ecclesiam S. Machuti monasterio Vizeliacensi restituat, aut apud Hu(gonem), archiepiscopum Senonensem, causam dicat. D'Achery Spicil. II. 512, Bouquet Rec. XV. 462, Mansi XXI. 661, Migne 180 p. 1449. — „Ex conquestione dilectorum“.

„ 26. „ — 9444 (6557) (Hugoni), archiepiscopo Senonensi, mandat, iudicet inter Pontium, abbatem Vizeliacensem, et M(anassen), episcopum Aurelianensem, de ecclesia S. Machuti litigantes. D'Achery Spic. II. 512, Bouquet Rec. XV. 462, Mansi XXI. 660, Migne 180 p. 1449. — „Dilectorum filiorum“.

Febr. 10. „ — 9445 (6558) Ecclesiae Aurelianensis privilegia et possessiones, petente Manasse episcopo, confirmat. Gall. Chr. VIII. Instr. p. 510, Migne 180 p. 1449. — „Quotiens illud“.

„ 11. „ — 9446 Ecclesiam S. Crucis Aurelianensem tuendam suscipit, canonicorumque possessiones confirmat, petente Manasse episcopo. In bibl. nat. Paris. Coll. Baluze t. 78. f. 10. — „Sicut irrationabilia“.

		1151. *(Ind. 14. — 25. Sept. — 15, pont. a. 6. — 18. Febr. — 7, 1150. — 25. Mart. 1151.)*
Febr. 14.	Ferentini	9447 G(ertrudi) abbatissae parthenonis S. Mariae et S. Godehardi Hugesdorfensis et Alb(erto) eiusdem loci praeposito significat, confirmare se libertates, quas Albertus, archiscopus Moguntinus, de electione abbatissae et praepositi, de advocato removendo, de sepultura libera aliisque concesserit. Rein Thuringia sacra II. 115. — „Sicut apostolice sedis".
„ 19.	„	9448 Ecclesiae Augustodunensis possessiones et privilegia confirmat, rogatu Heinrici episcopi, a sese pallio decorati. Charmasse Cart. de l'év. d'Autun p. 11. — „In eminenti apostolicae".
„ 23.	„	9449 (6559) Pontio, abbati Vizeliacensi, praecipit, ut „proximis octavis b. Martini" (18. Nov.), nisi cum He(nrico) episcopo Eduensi in gratiam redierit, ad sese aut ipse veniat, aut legatos mittat. Aliam rem apud Hugonem, episcopum Altissiodorensem, agi vult. D'Achery Spic. II. 510, Bouquet Rec. XV. 462, Mansi XXI. 657, Migne 180 p. 1451. — „Veniens ad praesentiam".
„ 24.	„	9450 (6560) Monasterium S. Trinitatis et S. Michaelis Miletense, rogatu Roberti abbatis, tuendum suscipit et eius possessiones ac iura confirmat, ea lege, ut monachi auri unciam sedi Romanae quotannis pendant. (Huius bullae fides addubitatur in Storia d. bad. della S. Trinità di Mileto p. 120, ut mecum communicat de Backer.) Ughelli It. sacr. I. 952, Pirri Sic. sacr. II. 1259, Migne 180 p. 1452. — „Cum omnibus".
„ 25.	„	9451 (6561) Ludovicum, Francorum regem, hortatur, ut quaedam ecclesiae Bellovacensis beneficia a militum quorundam iniuriis defendat. Martene Coll. II. 630, Bouquet Rec. XV. 463, Migne 180 p. 1454. — „Catholici regis industria".
(„)	(„)	9452 (6562) Henrico, episcopo Bellovacensi, de superiore epistola significat. Martene Coll. II. 631, Bouquet Rec. XV. 463, Migne 180 p. 1455. — „Litteras et nuntium".
„ 25.	„	9453 (6563) Hugoni, episcopo Altissiodorensi, et Bernhardo, abbati Clarevallensi, mandat, ut inter Ludovicum, Francorum regem, et eius fratrem Henricum, episcopum Bellovacensem, pacem concilient. Martene Coll. II. 633, Bouquet Rec. XV. 464, Migne 180 p. 1456. — „Notitiam vestram latere".
„ 25.	„	9454 (6564) Hugoni, archiepiscopo Rotomagensi, mandat, ut milites ecclesiam Bellovacensem vexantes et excommunicatione et interdicto afficiat. Martene Coll. II. 634, Bouquet Rec. XV. 464, Migne 180 p. 1457. — „Veniens ad praesentiam".
Mart. 3.	„	9455 (6565) G. rectorem et populum Bononiensem cohortatur, ut habitatores Sancti Cassiani et R(udolphum), episcopum Imolensem, ab Imolensium iniuriis constanter defendant. Savioli Ann. Bol. I. II. 224, Migne 180 p. 1457. — „Predecessorum vestrorum".
„ 7.	„	9456 (6566) Ecclesiam b. Petri Bellovacensem tuendam suscipit et possessiones eius confirmat, petente Henrico episcopo. Gall. Chr. X. Instr. p. 259, Louvet Hist. de Beauvaisis II. 286, Migne 180 p. 1458. — „Venerabilis in".
„ 8.	„	9457 (6567) Henrico, episcopo Bellovacensi, per litteras „propria manu scriptas" respondet haec: „nec in camera nostra, nec alio loco vel tempore, cum de tua illa singulari et secreta petitione nobus locutus fuisti, tibi assensum dedimus". Monet, ut redire ad ecclesiam festinet. Martene Coll. II. 635, Bouquet Rec. XV. 465, Migne 180 p. 1459. — „Ut responsum super".
„ 10.	„	9458 (6568) Hugoni, archiepiscopo Rotomagensi, mandat, cogat Hugonem de Gornaco, ut Erquerino, civi Burgensi, libras Bellovacenses 72 et marcas argenti 2 restituat. Martene Coll. II. 635, Migne 180 p. 1460. — „Venerabilis fratris nostri".
„ 11.	„	9459 (6569) Henrico, episcopo Bellovacensi, episcopalis muneris deponendi licentiam denegat. Martene Coll. II. 636, Migne 180 p. 1460. — „Si semper quotiens".
„ 11.	„	9460 *Ecclesiae S. Mariae Celsonensis possessiones confirmat. Villanueva Viage literario IX. 62.
„ 15.	„	9461 (6570) Monasterium Michaelsteinense tuendum suscipit, eiusque disciplinam Cisterciensem, a Beatrice abbatissa Quedlinburgensi ibidem institutam, et possessiones ac privilegia confirmat, petente Rogero abbate. Leuckfeld Antiqu. Michaelstein. p. 87, Erath Cod. dipl. Quedl. p. 88, Migne 180 p. 1460. — „Quoniam sine vero".
„ 17.	„	9462 (6571) Ecclesiam b. Iohannis Valeiacensem (Carnoti) tuendam suscipit et eius bona legesque confirmat, petente Guarino abbate. Gall. Chr. VIII. Instr. p. 332, Migne 180 p. 1462. — „Quotiens istud".

1151. *(Ind. 14. — 28. Sept. — 15, pont. a. 6. — 18. Febr. — 7. 1150. — 25. Mart. — 1151.)*

Mart. 20. Ferentini 9463 (6572) Ecclesiam S. Carauni tuendam suscipit et eius bona, iura, leges confirmat, petente Theobaldo abbate. Gall. Chr. VIII. Instr. p. 334, Migne 180 p. 1463. — „Quoniam sine observantia".

„ 30. „ 9464 (6573) Monasterii Rotensis patrocinium suscipit et bona iuraque confirmat, petente Lothario abbate. Hund III. 268, Mon. Boic. I. 359, Migne 180 p. 1464. — „Quotiens illud".

„ 30. „ 9465 (6574) Monasterium S. Quirini de Rosis tuendum suscipit, eiusque bona confirmat, petente Antonio priore. Mittarelli Ann. Cam. III. app. p. 454, Migne 180 p. 1466. — „Quotiens illud".

„ 30. „ 9466 Monasterium SS. Petri et Pauli Malmesburiense tuendum suscipit eiusque bona ac privilegia, rogatu Petri abbatis, confirmat, imposito fratribus unciae auri tributo annuo. Registrum Malmesbur. I. 348. — „Commissae nobis apostolicae".

„ 30. „ 9467 T(heobaldo) archiepiscopo Cantuariensi, ap. sed. legato, Io(celino) Saresberiensi, I(ohanni) Wigorniensi, R(oberto) Lincolniensi, R(oberto) Bathoniensi episcopis mandat, ut castellanos quosdam ab iniuriis in monasterium Malmesburiense dehortentur. Registrum Malmesbur. I. 381. — „Venerabilia et Deo".

„ 30. „ 9468 Conventum eremitarum in Valle-magna tuendum suscipit. Wiener Sitzungsber. XCIV. 663. — „Quoniam sine verae".

„ 31. „ 9469 Monasterii S. Mariae de Valle Iosaphat tutelam suscipit, possessionesque et privilegia confirmat, petente Guidone abbate. Delaborde Chartes de Terre Sainte p. 61. — „Quoniam reginam celorum".

Apr. 1. „ 9470 (6575) Roberti, archiepiscopi Acherontini, iura metropolitana confirmat, eumque pallio donat. Ughelli It. sacr. VII. 32, Migne 180 p. 1467. — „In eminenti(s)".

„ 4. („) 9471 (6576) Parthenonis S. Cyriaci Gernrodensis, rogatu Hadwigae abbatissae, protectionem suscipit, possessionesque confirmat, imposito sororibus marcae argenti censu annuo. Beckmann Hist. von Anhalt I. 173, Heinemann Albrecht d. Bär p. 464 et C. D. Anhalt. I. 270. — „Officii nostri nos".

„ 11. „ 9472 (6577) S. Pontii et Crassensi abbatibus praecipit, ne homines a Petro archiepiscopo Narbonensi excommunicatos recipiant, neve inconsulto eodem presbyteros ecclesiis dioecesis eius praeficiant. Marca De concordia sac. II. 193, Bouquet Rec. XV. 465, Mansi XXI. 678, Migne 180 p. 1469. — „Ex conquestione venerabilis".

„ 15. „ 9473 (6578) Moniales S. Georgii Pragenses de Heinrici, episcopi Moraviensis, morte consolatur. De altarium ornamentis missis gratias agit. Boczek C. D. M. I. 264, Migne 180 p. 1470. — „Obitus venerabilis fratris".

„ 21. „ 9474 (6579) Hospitalis S. Blasii Modoetiensis possessiones et privilegia confirmat, petente Adam magistro. Frisi Mem. de Monza II. 61, Migne 180 p. 1470. — „Ad hoc in".

„ 25. („) 9475 (6580) Parthenonis S. Petri maioris Florentini bona et privilegia confirmat, petente Magdalena abbatissa. Ughelli It. sacr. III. 94, Lami Eccl. Fl. M. II. 1094, Migne 180 p. 1471. — „Religiosis desideriis".

Mai. 2. „ 9476 Ecclesiae b. Mariae Vercellensis patrocinium suscipit, possessionesque et iura confirmat, imposita canonicis bizantii aurei pensione annua. Pflugk-Harttung Iter p. 243. — „Quotiens illud".

„ 6. „ 9477 Ecclesiam Mantuanam tuendam suscipit eiusque possessiones confirmat, petente Regibone archipresbytero. D'Arco Storia di Mantova I. 174, (Pflugk-Harttung Iter p. 243). — „Iustis votis assensum".

„ 8. „ 9478 G. (leg. Hugoni) episcopo Ostiensi mandat, componat litem inter capitula ecclesiae maioris et S. Antonini Placentina. (In hac et sequenti epistola inexplicabiles fere sunt ambages, nisi posueris, in cancellaria pontificia errore scriptoris pro H(ugone) scriptum esse G(uidonem). Anno vero 1149 litteras datas esse, perperam ut videtur contendit Kaltenbrunner; quod fieri non potuit, cum d. 6. Maii Eugenium Tusculani moratum esse constet.) Wiener Sitzungsber. XCIV. 662. — „Tres de canonicis".

„ 8. „ 9479 Canonicis ecclesiae maioris Placentinae significat, se delegasse G. (leg. Hugonem) cardinalem, Ostiensem episcopum, ad componendam eorum controversiam cum canonicis S. Antonini. Wiener Sitzungsber. XCIV. 663. — „Tres de canonicis".

„ 8. „ 9480 Iudicibus Placentinis scribit de lite inter dua capitula Placentina componenda. Wiener Sitzungsber. XCIV. 663. — „Tres de canonicis".

1151. *(Ind. 14. — 25. Sept. — 15, pont. a. 6. — 18. Febr. — 7, 1150. — 25. Mart. — 1151.)*

Mai. 10.	Ferentini	9481 (6581) Ecclesiae S. Frigdiani Lucensis possessiones quasdam confirmat. Bull. Lat. p. 36. — „Quae a fratribus“.
„ 13.	„	9482 (6582) Archiepiscopo Tarraconensi, apostolicae sedis legato, praecipit, ut aut primati Roderico (Raimundo), archiepiscopo Toletano, obediat, aut „proxima dominicae resurrectionis dominica“ (30. Mart. 1152) ad sese vel ipse veniat, vel legatos mittat. Mansi XXI. 677, Aguirre Conc. V. 67, Migne 180 p. 1472. — „Qualiter obedientia vel“.
„ 15.	„	9483 *Monasterii S. Iuniani Comodoliacensis possessiones confirmat. (Pro „XVIII. kal. Iun.“ fortasse legendum est „XVIII. kal. Iul.“) In bibl. nat. Paris. ms. lat. 12746. f. 584.
„ 18.	„	9484 (6583) Ecclesiam Imolensem tuendam suscipit et eius possessiones confirmat, petente Rodulpho episcopo. Fantuzzi Mon. Rav. VI. 48, Manzoni Ep. Cornel. hist. p. 91, Ughelli It. sacr. II. 625, Series episc. Forocornel. II. 38, Migne 180 p. 1473. — „In eminenti“.
„ 18.	(„)	9485 *Monasterii S. Ianuarii possessiones quasdam confirmat. Durandi Della marca d'Ivrea p. 127.
Iun. 6.	„	9486 (6584) Marsicanorum S. Iohannis et S. Sabinae clericorum de oleo consecrando controversiam diiudicat. Ughelli It. sacr. I. 904, Mansi XXI. 748, Migne 180 p. 1474. — „Ne oblivionis“.
„ 6.	„	9487 (6585) Raimundo, archiepiscopo Toletano, scribit, gaudere se, quod I(ohannes) archiepiscopus Bracarensis „eum primatem suum humiliter recognoverit“. Monet, ut eundem „tanquam fratrem et coepiscopum fraterna caritate diligat et eius iura integra conservet“. Reprehendit, quod contra privilegia eiusdem episcopum Zamorensem consecraverit; quapropter eum iubet „proxima dominicae resurrectionis solemnitate“ (30. Mart. 1152) ad sese aut ipsum venire aut legatos mittere. Mansi XXI. 676, Migne 180 p. 1475. — „Tunc ecclesia Dei“.
„ 13.	„	9488 Monasterii S. Benedicti super Padum patrocinium suscipit possessionesque et iura, rogatu Uberti abbatis, ea lege confirmat, ut duorum aureorum census annus Lateranensi palatio persolvatur. Pflugk-Harttung Iter p. 244. — „Commissae nobis“.
„ 22.	„	9489 (6586) Monasterii S. Mariae Baumgartenbergensis protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat, petente Friderico abbate. Kurz Beiträge III. 393, Urkundenb. des Landes ob der Enns II. 259, Migne 180 p. 1476. — „Religiosam vitam eligentibus“.
(„)	(„)	9490 (6587) (Eberhardo), archiepiscopo Salzburgensi, mandat, iudicet inter (Fridericum) abbatem Baumgartenbergensem et (Conradum) episcopum Passaviensem, de possessionibus quibusdam litigantes. Kurz Beiträge III. 388, Migne 180 p. 1477. — „Veniens ad nostram“.
(„)	(„)	9491 (6588) (Conradum), episcopum Passaviensem, de mandato, (Eberhardo) archiepiscopo Salzburgensi dato, certiorem facit. Kurz Beiträge III. 388, Migne 180 p. 1478. — „Quoniam fraternitatem tuam“.
Iul. 10.	Signiae	9492 Monasterii S. Udalrici Kreuzlingensis protectionem suscipit, bonaque et privilegia confirmat, petente Manegaldo abbate. Wirtemberg. Urkundenb. II. 439, Meyer Thurg. Urk. II. 102. — „Iustis religiosorum desideriis“.
Sept. 6.	„	9493 Monasterium S. Laurentii Aversanum tuendum suscipit, eiusque possessiones et iura confirmat. Pflugk-Harttung Iter p. 244. — „Quoniam sine“.
„ 26.	„	9494 (6589) Parthenonem S. Zachariae Venetum tuendum suscipit, eiusque bona confirmat, petente Giseltruda abbatissa. Cornelii Eccl. Venet. XI. 373, Migne 180 p. 1479. — „Apostolici moderaminis“.
Oct. 1.	„	9495 (6590) Monasterii Altenbergensis tutelam suscipit possessionesque confirmat, petente Dudelino abbate. Pflugk-Harttung Acta I. 206. — „Religiosis desideriis dignum“.
„ 27.	Casaemarii	ecclesiam dedicat „6. kal. Nov.“. Annal. Ceccanenses 1151 in MG. SS. XIX. 283. Cf. Annal. Casinenses 1151 ibid. p. 307.
Nov. 16.	Signiae	9496 Monasterii Uraugiensis protectionem suscipit possessionesque confirmat, petente Conrado abbate. De iure advocati addit. Arch. d. hist. Ver. f. Unterfrank. XVI. 324. — „Religiosis desideriis dignum“.
„ 28.	„	9497 Monasterium S. Salvatoris iuxta Gossolengam (in territorio Placentino situm) tuendum suscipit, bonaque eius ac iura confirmat. Wiener Sitzungsberichte XCIV. 663, Pflugk-Harttung Iter p. 244. — „Desiderium quod“.

1151. *(Ind. 14. — 25. Sept. — 15, pont. a. 6. — 18. Febr. — 7, 1150. — 25. Mart. — 1151.)*

Dec. 11. Signiae 9498 (6591) Canonicorum Pistoriensium disciplinam regularem, privilegia, possessiones confirmat, petente Guenrico praeposito. Zacharia Anecd. m. aev. p. 231, Migne 180 p. 1480. — „Quotiens illud a".

„ 11. „ 9499 Hospitalis Umbricellensis, a canonicis Pistoriensibus fundati, protectionem suscipit. Wiener Sitzungsber. XCIV. 663. — „Desiderium quod".

„ 20. „ 9500 Guerrico abbati et fratribus S. Vedasti indulget, ut praebendae, quas canonicis secularibus in ecclesia b. Petri (prope Atrebatum) concesserint, decendente eorum aliquo ad usum monachorum revertantur. Guimann Cart. de S.-Vaast d'Arras p. 142. — „Quanto religiosi viri".

„ 20. „ 9501 (6546) Godescalco, creato episcopo Atrebatensi, gratulatur. Monet, ut S. Vedasti privilegiorum rationem ducat. Guimann Cart. de S.-Vaast d'Arras p. 152, (Baluzii Misc. II. 169, Bouquet Rec. XV. 467, Migne 180 p. 1438). — „Non est in homine".

„ 29. „ 9502 (6592) Monasterii Esromensis protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat, petente Guillelmo abbate. Thorkelin Diplom. Arna-Magn. I. 248, Nielsen Codex Esromensis p. 3, Migne 180 p. 1482. — „Quotiens illud a".

9503 Theobaldo, archiepiscopo Cantuariensi, dat epistolam obiurgatoriam praecipue de rebus ad Willelmum Cummin spectantibus. (Cf. infra ep. 9611.) Sic in Catalog. cod. ms. colleg. Oxoniens ed. Coxe p. 52, ut me docet Ed. Bishop. — „Valde miramur quod".

9504 *Monasterium de Melsa tuendum suscipit, eiusque possessiones et iura confirmat. (Fragmenta.) Chronica mon. de Melsa I. 108.

1145—1152.

Sept. 22. 9505 (6596) A(ndream), archiepiscopum Ragusinum, excusatum habet de voto itineris ad sedem apostolicam, ab valetudinem nondum soluto. Farlati Ill. sacr. VI. 64, Mon. Hung. hist. I. xi. 86, Migne 180 p. 1485. — „Cognito fraternitatis".

1150—1152.

Iul. 27. Signiae 9506 G. presbytero cardinali et I(eronymo) episcopo Aretino mandat, iudicent inter abbatiam S. Trinitatis et ecclesiam Rivipullensem. Statuit, ut „sacramentum calumniae non passim exhibeatur, sed quandoque per principales personas, quandoque per oeconomos, qui causam omnino non nesciant, praestetur". App. conc. Lat. XXIII. 3, Coll. Lips. XXXVII. 3, Coll. Cass. XLIV. 3, Coll. Bamb. XXXV. 3, Comp. I. L. I. t. 35. c. 4; Decr. Greg. L. II. t. 7. c. 3, ed. Friedberg, ubi integer textus. — „In pertractandis causis".

Aug. 21. „ 9507 (6597) P. ecclesiae S. Frigdiani Lucensis priorem „proximo festo S. Michaelis" (29. Sept.) ad sese venire iubet, ut eius opera pax ecclesiae S. Mariae novae restituatur. Baluzii Misc. IV. 594, Migne 180 p. 1485. — „Frequenter insinuavit".

Oct. 5. „ 9508 (6598) Conrado vicario et universo clero Romano scribit haec: „Praeterea quod a vobis statutum est de his, qui alienam praesumunt paroeciam invadere et aliorum paroecianos contra canonum scita recipiunt, nihilominus auctoritatis nostrae assertione firmatur: ut videlicet quicunque de caetero in huiusmodi praesumptione comprobatus fuerit, dandi poenitentiam potestatem in ecclesia Dei omnino amittat, et ecclesiastico beneficio, quousque per manus pontificis restituatur, simul privetur". (Fragmentum.) Mansi XXI. 690, Migne 180 p. 1486. — „Praeterea quod a".

„ 9509 *„Confirmat venditionem factam ad favorem S. R. ecclesiae de medietate civitatis Tusculani . . . ab Odone de Columna, cui in contrarium dedit castrum Travani ac collem Rizzani". Cappelletti Chiese d'It. VI. 378.

1151—1152.

Sept. 25. Signiae 9510 (6143) Concambium inter Leonem abbatem S. Bertini Sithiensem et Theodericum, comitem Flandrensem, de villa Helci et terra quadam factum confirmat. In bibl. nat. Paris. Coll. Moreau t. 66. f. 77. (Cf. Wauters Table chronol. II. 343.) — „Apostolicae sedis dignitas".

(„) („) 9511 (6144) *Monasterii S. Bertini Sithiensis „de electione Alchiacensi" privilegium confirmat. Vide Ioh. Longi chron. in MG. SS. XXV. 801.

9512 *Henrico, episcopo Bellovacensi, praecipit „litteris propria — ne ad notariorum conscientiam perveniret — manu exaratis, quatinus iniunctum sibi cum omni sollicitudine procuraret officium, reducens ei ad memoriam, quod ipsum numquam ab-

1151–1152.

solverat, et delens scrupulum conscientiae verbis consolatoriis mitigavit". Histor. Pont. c. 35 in MG. SS. XX. 539.

1152. *(Ind. 15, pont. a. 7. — 18. Febr. — 8, 1151. — 25. Mart. — 1152.)*

9513 *Clero Londonensi praecipit, ut defuncto Roberto episcopo infra tres menses virum „religionis habitu decoratum" eligant. (Cf. infra ep. 9565.) Hist. Pont. c. 44 in MG. SS. XX. 545.

Ian. 8. Signiae — 9514 Monasterium Campense tuendum suscipit, eiusque possessiones et iura confirmat, petente Theoderico abbate. Autogr. in ms. lat. 9270 bibl. nat. Paris. — „Religiosam vitam eligentibus".

„ 8. „ — 9515 (6599) Ecclesiae Coloniensis protectionem suscipit, ac possessiones privilegiaque confirmat, petente Arnoldo archiepiscopo. Lacomblet Urk. I. 255, Manrique Ann. Cist. II. 182, Mansi XXI. 634, Migne 180 p. 1486. — „In eminenti apostolicae".

„ 8. „ — 9516 (6600) Gu(altero) praeposito, F. decano, archidiaconibus, prioribus et universo clero ac populo Coloniensi significat, A(rnoldum) electum Coloniensem cum W(ibaldo) Corbeiensi, N(icolao) Sigbergensi, T(heoderico) Campensi abbatibus et H(enrico), C(onradi) regis notario, a sese benigne receptum esse. Arnoldum et consecratum et pallio impertitum nunciat, eique ut obediant, praecipit. „Iudicium super his, quae laicis concessa sunt, in conspectu C(onradi) regis apud Coloniam noviter promulgatum", confirmat. Jaffé Bibl. I. 481, (Martene Coll. II. 502, Ennen und Eckertz Quellen I. 535, Migne 180 p. 1488). — „Venientem ad apostolicae".

„ 9. „ — 9517 (6601) C(onrado), Romanorum regi, nunciat, Arnoldum archiepiscopum Coloniensem et W(ibaldum) abbatem Corbeiensem et H(enricum) notarium, legatos eius, a sese benigne receptos esse. „H(einrico) Moguntino et A(rtwico) Bremensi archiepiscopis praefixos terminos veniendi se prolongasse et tam ipsos quam alios archiepiscopos, episcopos, sive principes regni ad servitium eius et expeditionem, quam ad honorem Dei et ecclesiae atque exaltationem regni facere ordinaverit, commonuisse". (Cf. annotat. ad ep. 9541.) Jaffé Bibl. I. 483, (Martene Coll. II. 503, Mansi XXI. 686, Migne 180 p. 1489). — „Quanto saepius de".

„ 9. „ — 9518 (6602) Henrico, episcopo Leodiensi, mandat, compellat L(udovicum) comitem de Los et G(odefridum) comitem de Monte-acuto, ut ablata monasterio Stabulensi restituant. Jaffé Bibl. I. 484, (Martene Coll. II. 504, Bouquet Rec. XV. 468, Migne 180 p. 1490). — „Ad eorum subventum".

„ 9. „ — 9519 (6603) H(artwico), archiepiscopo Bremensi, mandat, ut quosdam parochianos suos monasterio Kaminatensi et ecclesiae Corbeiensi reddere ablata cogat. Jaffé Bibl. I. 485, (Martene Coll. II. 505, Migne 180 p. 1491). — „Ex conquestione dilecti".

„ 9. „ — 9520 (6604) H(enrico), archiepiscopo Moguntino, mandat, ut Ostohf praedium a parochianis suis restitui monasterio Corbeiensi iubeat. Jaffé Bibl. I. 486, (Martene Coll. II. 506, Migne 180 p. 1491). — „Unumquemque propriis".

„ 9. „ — 9521 (6605) *„Idem scriptum est Cuonrado, Wormaciensi episcopo, quod Moguntino". Jaffé Bibl. I. 486.

„ 9. „ — 9522 (6606) Bernardo, episcopo Paderbornensi, mandat, ut Widikindum sociosque ad restituenda monasterio Corbeiensi ablata cogat. Jaffé Bibl. I. 486, (Martene Coll. II. 506, Migne 180 p. 1492.) — „Veniens ad nostram".

„ 9. „ — 9523 (6607) Hermanni, episcopi Traiectensis, tutelae quasdam monasterii Corbeiensis possessiones commendat. Jaffé Bibl. I. 487, (Martene Coll. II. 507, Migne 180 p. 1492). — „Officii nos ammonet".

„ 9. „ — 9524 (6608) Ulrico, episcopo Halberstadensi, mandat, ne „decimas in Gruninga et decimas terrae indominicatae" auferri monasterio Corbeiensi sinat. Jaffé Bibl. I. 488, Schmidt Urk. d. Hochst. Halberst. I. 204, (Martene Coll. II. 507, Migne 180 p. 1493). — „Suscepti regiminis nos".

„ 9. „ — 9525 (6609) Henrico (Leoni), duci Saxonum, Wibaldum, abbatem Corbeiensem, commendat. Jaffé Bibl. I. 488, (Martene Coll. II. 508, Migne 180 p. 1493.) — „Inter precipua facta".

„ 9. „ — 9526 (6610) (Hermanno), episcopo Verdensi, mandat, curet, ut Hungoldus frater suus et aiii parochiani adempta monasterio Kaminatensi bona reddant. Jaffé Bibl. I. 498, (Martene Coll. II. 508, Migne 180 p. 1493). — „Si universalis aecclesiae".

1152. *(Ind. 15. pont. a. 7. — 18. Febr. — 8. 1151. - 25. Mart. — 1152.)*

Ian. 9. Signiae 9527 (6611) (Henricum), episcopum Mindensem, qui monasterio Corbeiensi profuerit, laudat. Monet, ut ablata ecclesiae Kaminatensis bona restitui a parochianis suis iubeat. Jaffé Bibl. I. 489, (Martene Coll. II. 509, Migne 180 p. 1494). — „Gratum nobis est“.

(„) („) 9528 (6612) Abbati Luneburgensi mandat, ne monasterium Corbeiense patiatur ab Henrico, deiecto abbate, vexari. Jaffé Bibl. I. 490, (Martene Coll. II. 509, Migne 180 p. 1494). — „Tuae dilectioni notum“.

„ 9. „ 9529 (6613) Monasterii Bursfeldensis protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat. Ex diplomatario Bursfeld. Hannoverae asservato. Misit H. Sudendorf.

„ 9. „ 9530 B(ernardo) abbati Clarevallensi mandat, efficiat apud B(alduinum) episcopum Noviomensem, ut fratribus S. Martini de Campis Parisiensibus pro altari quodam, suo assensu eis ablato, congruam recompensationem provideat. Loewenfeld Epistolae p. 108. — „Dilectorum filiorum nostrorum“.

„ 12. „ 9531 (6614) Monasterii b. Mariae Valciodorensis protectionem suscipit, bonaque confirmat, petente Theoderico abbate. Martene et Dur. Vet. SS. I. 819, Migne 180 p. 1495. — „Apostolici moderaminis“.

„ 15. „ 9532 (6615) Ecclesiam Augustensem (prov. Tarantasiensis) tuendam suscipit bonaque eius confirmat, petente Arnulfo episcopo. Hist. Patr. Mon. Chart. I. 795 et II. 275, Migne 180 p. 1496. — „In eminenti“.

„ 15. „ 9533 Arnulpho, episcopo Augustensi (prov. Tarant.) scribit, sese bonorum ecclesiasticorum alienationes ab Armanno et Besone de Porta S. Ursi, eius antecessoribus, aliisque factas in irritum revocare. Miscell. di stor. ital. XXIII. 206. – „Sicut que bene“.

„ 19. „ 9534 (6616) Henricum, episcopum Bellovacensem, hortatur, ut Petro magistro, qui „tam longo tempore scholasticis studiis utiliter et honeste insudaverit“, praebendam tribuat. Martene Coll. II. 636, Bouquet Rec. XV. 468, Migne 180 p. 1498. — „Ad opera pietatis“.

„ 19. „ 9535 (6617) Henrico, episcopo Bellovacensi, S. nepotem Sugerii, quondam abbatis S. Dionysii, commendat. Martene Coll. II. 637, Bouquet Rec. XV. 469, Migne 180 p. 1499. — „Quoniam fraternitatem“.

„ 20. „ 9536 (6593) Theobaldo, archiepiscopo Cantuariensi, apostolicae sedis legato, mandat, ut (Silvestrum) electum abbatem monasterii S. Augustini, Roma redeuntem, dedicet. Hist. mon. S. August. Cant. p. 405, (Chronica W. Thorn ap. Twysden H. A. SS. II. 1811, Migne 190 p. 1483). — „Sicut nuntii“.

„ 20. „ 9537 Xenodochii S. Laurentii prope Cantuariam possessiones quasdam confirmat. Hist. mon. S. August. Cant. p. 402. — „Quae a devotione“.

„ 21. „ 9538 (6618) Hugoni abbati monachisque S. Remigii Remensis fratres Montis-dei commendat. Marlot Metr. Rem. II. 315, Mabillon Ann. ord. Ben. VI. 495, Migne 180 p. 1499. — „Venerandae memoriae“.

„ 24. „ 9539 Ecclesiam S. Laurentii Ittingensem, assentiente Hermanno, episcopo Constantiensi, conditam eiusque possessiones confirmat, petente Alberto praeposito. Fratribus concedit, ut decedente Hartmanno, comite de Kiburg, monasterii advocato, alium sibi advocatum eligant. Wartmann Urk. d. Abt. S. Gall. III. 694, Meyer Thurg. Urk. II. 111. — „Ad hoc nobis“.

„ 26. „ 9540 (6619) *Canonicorum ecclesiae Viennensis privilegia et bona confirmat. (Pro: „Eugenni“ leg. „Signiae“.) Bosco Flor. bibl. laev. xyst. p. 83, Migne 180 p. 1500.

„ 27. „ 9541 (6620) Archiepiscopos, episcopos, comites et barones per Alemanniam constitutos hortatur, ut C(onrado) Romanorum regi, „ad urbem regiam cum expeditione valida venire“ cogitanti, „servitium pro viribus ministrent“. (Hanc epistolam ante eam, quam supra num. 9517 signavimus, scriptam ideoque pro „VI. kal. Febr.“ fortasse legendum esse „VI. id. Ian.“, putat Giesebrecht Gesch. d. d. Kaiserz. IV. 494. Neque vero opus est, tam audacter emendare, si in ep. cit. pro „animare diligenter curavimus“ legitur „curabimus“; cf. Kersten Arnold v. Wied, diss. Jenens. 1881 p. 36, teste Bernardi Konradi III p. 910.) Jaffé Bibl. I. 490, (Martene Coll. II. 510, Migne 180 p. 1501). — „Sicut a rectore“.

„ 28. „ 9542 (6621) S(tephanum) abbatem Regniacensem iudicem constituit inter Pontium Vizeliacensem abbatem et G. abbatem de Chora. D'Achery Spic. II. 512, Mansi XXI. 661, Migne 180 p. 1502. — „Controversiam, quae“.

		1152. *(Ind. 15, pont. a. 7. — 18. Febr. — 8, 1151. — 25. Mart. 1152.)*
Ian. 28.	Signiae	9543 (6622) Abbati de Chora, cum Pontio Vizeliacensi abbate litiganti, praecipit, ut apud abbatem Regniacensem causam dicat. D'Achery Spicil. II. 512, Mansi XXI. 661, Quantin Cart. gén. II. 63, Migne 180 p. 1502. — „Veniens ad nos".
„ 29.	„	9544 (6623) G(odefredo) episcopo Lingonensi et S(tephano) Regniacensi ac P(etro) Trenorciensi abbatibus mandat, ut de causa He(nrici), episcopi Eduensis, et P(ontii) abbatis Vizeliacensis testimonia testium sibi renuncient. D'Achery Spic. II. 511, Bouquet Rec. XV. 469, Mansi XXI. 658, Migne 180 p. 1502. — „Causa, quae inter".
	(„)	9545 (6624) G(odefrido), episcopo Lingonensi, mandat, nisi comes Nivernensis illata monasterio Vizeliacensi damna resarserit, ut in eum et burgenses Vizeliacenses excommunicationem proferat, sententiamque P(etro) Bituricensi, Hu(goni) Senonensi archiepiscopis et G(aufrido) Nivernensi, He(nrico) Augustodunensi, H(enrico) Trecensi et A(lano) Altissiodorensi episcopis significet. D'Achery Spicil. II. 509, Bouquet Rec. XV. 475, Mansi XXI. 654, Migne 180 p. 1503. — „Saevitiam et tyrannidem".
Febr. 5.	„	9546 Theobaldo archiepiscopo Cantuariensi mandat, investiget fratrum Eliensium querelam, Romam translatam de Willelmo archidiacono, Philippo de Mersi, Wlfwardo clerico, Nicolao capellano, Iosepho presbytero, qui ecclesias ad monasterium Eliense pertinentes occupaverint. Ex Mus. Brit. ms. Tit. A. 1. f. 42. Dedit Liebermann. — „Quoniam his".
„ 6.	„	9547 Wigoni, priori S. Mariae Oseneiensi, scribit de controversia inter eum et Robertum, priorem S. Frideswidae Oxoniensem agitata super ecclesiis S. Georgii et S. Mariae Magdalenae apud Oxoniam sitis. (Cf. Annal. Osenei. 1151 in Annal. Monast. IV. 27, in MG. SS. XXVII. 487, ubi „sententia in registro . . . septimi anni litteris annotata" dicitur.) Catalog. cod. ms. colleg. Oxoniens. ed. Coxe p. 52. Misit Ed. Bishop. — „Sicut officii nostri".
„ 9.	„	9548 Monasterii S. Germani Altissiodorensis protectionem suscipit et possessiones ac iura confirmat, petente Arduino abbate. Quantin Cart. gén. I. 478. — „Quoniam sine verae".
„ 9.	„	9549 (6625) Monasterium Bremetense tuendum suscipit et eius bona ac iura confirmat, petente Rainaldo abbate. Hist. Patr. Mon. Chart. I. 797, Migne 180 p. 1504. — „In apostolicae sedis".
„ 9.	„	9550 (6626) Monasterii S. Willibaldi Heidenheimensis protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat, petente Adelberto abbate. Falckenstein Cod. dipl. p. 33, Migne 180 p. 1507. — „Ad hoc nobis".
(„)	(„)	9551 (6627) Eberhardo Bambergensi et Burchardo Eichstetensi episcopis commendat Adelbertum, abbatem Heidenheimensem. Falckenstein Cod. dipl. p. 31, Migne 180 p. 1508. — „Benedictus dominus".
(„)	(„)	9552 (6628) Gerhardo, comiti Eichstetensi, Adelbertum abbatem fratresque Heidenheimenses commendat. Falkenstein Cod. dipl. p. 32, Migne 180 p. 1509. — „Ad industriam nobilium".
(„)	(„)	9553 (6629) Adelbertum, advocatum Heidenheimensis ecclesiae, monet, ut Adelbertum abbatem tueatur. Falckenstein Cod. dipl. p. 32, Migne 180 p. 1509. — „Veniens ad nos".
„ 11.	„	9554 (6630) (Hugoni) Rotomagensi, (Samsoni) Remensi, (Hugoni) Senonensi archiepiscopis et (Theobaldo) Parisiensi, (Theoderico) Ambianensi, (Balduino) Noviomensi, (Theobaldo) Silvanectensi, (Iosleno) Suessionensi episcopis mandat, ut qui milites Bellovacensi ecclesiae, propter beneficia quaedam ab Heinrico episcopo retenta, damna apportaverint, eos excommunicatione eorumque terras interdicto afficiant. Martene Coll. II. 632, Bouquet Rec. XV. 470, Migne 180 p. 1510. — „Conservandis et distribuendis".
„ 11.	„	9555 (6631) Henrico, episcopo Bellovacensi, mandat, ut in ecclesia de Ruricort „de ordine canonico religiosos fratres constituat". Martene Coll. II. 638, Bouquet Rec. XV. 470. Migne 180 p. 1511. — „Qualiter ecclesia de".
„ 14.	„	9556 (6632) Ecclesiae Coventrensis protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat, petente Gualtero episcopo. Monast. Angl. III. 231, nov. ed. VIII. 1249, Migne 180 p. 1513. — „In apostolicae sedis".
„ 20.	„	9557 (6633) Bernardo, episcopo Santonensi, praecipit, ut a Petro abbate Cluniacensi in paroecia ecclesiae S. Mariae de Rochella aedificari ecclesiam sinat. Besly Hist. des

1152. *(Ind. 15. pont. a. 7. — 18. Febr. — 8, 1151. — 25. Mart. — 1152.)*

comtes de Poictou p. 473, Bouquet Rec. XV. 471, Mansi XXI. 668, Migne 180 p. 1514. — „Veniens ad praesentiam“.

Febr 20. Signiae 9558 (6634) Monasterii Silviniacensis protectionem suscipit, bonaque ac privilegia, petente Petro priore, confirmat. Bullar. Cluniac. p. 62, Mon. pont. Arverniae p. 221, Migne 180 p. 1515. — „Iustis religiosorum desideriis“.

„ 21. „ 9559 Monasterii S. Mariae Longi-pontis patrocinium suscipit ac possessiones confirmat, petente Theobaldo priore. Le Cartul. du prieuré de N.-D. de Longpont p. 59, (Cartul. saec. XII. ms. lat. 9968. f. 1 in bibl. nat. Paris.). — „Quotiens illud a“.

Mart. 1. „ 9560 Balduino abbati et fratribus Bassofontensibus bona quaedam asserit, in his cellulam S. Egidii ab Herberto, abbate monasterii S. Sequani, sub censu annuo quinque solidorum eis concessam. Lalore Collect. des cartul. III. 139. — „Ea, que religiosis“.

„ 1. „ 9561 Monasterii S. Mariae Casae-novae patrocinium suscipit, bonaque et iura confirmat. Pflugk-Harttung Iter p. 244. — „Quotiens illud“.

„ 5. „ 9562 (6636) H(umberto), archiepiscopo Lugdunensi, mandat, ut una cum Hugone archiepiscopo Vesontionensi fratres Gigniacenses, nisi intra dies 20 ablata fratribus de Miratorio restituerint, interdicto et excommunicatione afficiat. (Epistola est corrigenda ex copia saec. XII. in bibl. nat. Paris. ms. lat. 11832. f. 15, ubi etiam dies locusque indicantur.) Manrique Ann. Cist. IV. 553, Bouquet Rec. XV. 472, Migne 180 p. 1518. — „Nequitia illorum“.

„ 14. „ 9563 (6635) Petro abbati et universo conventui Cluniacensi praecipit, ut fratribus de Miratorio quae Gigniacenses ademerint, reddenda curent. Manrique Ann. Cist. IV. 553, Bouquet Rec. XV. 471, Migne 180 p. 1517. — „Inebriati, sicut“.

„ 26. „ 9564 Eberhardo, archiepiscopo Salzburgensi, pallii usum concedit et ecclesiae eius iura metropolitana confirmat. Pflugk-Harttung Acta II. 352. — „Apostolice sedis clementia“.

9565 *Litteris ad clerum Londoniensem verba „religionis habitu decoratum“, in superiore epistola . . . adhibita ita interpretatur, ut „non modo monachi et canonici regulares, sed etiam, quos vulgus seculares nominat, intelligantur, quia quando quis attondetur in clericum . . . tunc habitum sacrae religionis assumit. Hist. Pont. c. 44 in MG. SS. XX: 545. Cf. supra ep. 9513.

Apr. 7. „ 9566 Monasterium Montis-maioris tuendum suscipit eiusque possessiones et iura, petente Pontio abbate, ea lege confirmat, ut quatuor solidi Merguliensis monetae quotannis Lateranensi palatio persolvantur. Hist. Montis-maioris auctore Claudio Chantelou, ms. lat. 13915. f. 156 in bibl. nat. Paris. — „Cum universis catholicae“.

„ 7. „ 9567 Monasterii S. Mariae Abbendonensis tutelam suscipit, bonaque et privilegia confirmat, petente Ingulfo abbate. Chron. monast. de Abingdon II. 195. — „Quoniam sine verae“.

„ 8. „ 9568 Canonicis ecclesiae b. Mariae de Lochis asserit ea, quae Thomas prior iis donaverit. Salmon Chroniques de Touraine p. 378. — „Quae ad devotionem“.

„ 15. „ 9569 Parthenonem S. Petri Maioris Florentinum tuendum suscipit, eiusque bona et privilegia confirmat. Wiener Sitzungsber. XCIV. 663. — „Religiosis desideriis“.

Mai. 3. „ 9570 (6637) Ecclesiam Tarvisinam tuendam suscipit et eius bona confirmat, rogante Bonifatio episcopo. Ughelli It. sacr. V. 521, Migne 180 p. 1520. — „Iustis fratrum nostrorum“.

„ 11. „ 9571 (6638) *Monasterio Fiteriensi privilegia tribuit. Manrique Ann. Cist. I. 416.

„ 13. „ 9572 Monasterium S. Trinitatis Turritanum, rogatu Arnulfi abbatis, tuendum suscipit, eiusque bona et privilegia confirmat, imposito fratribus duorum solidorum Lucensium pensione annua. Autogr. in tab. archiepiscop. Senensi n. 3. — „Religiosis desideriis dignum“.

„ 16. „ 9573 (6659) Monasterii Heilsbronnensis possessiones quasdam confirmat, petente Raboto abbate. Hocker Supplem. zum Heilsbr. Antiqu. II. 75. — „Sicut pium est“.

„ 16. „ 9574 Adae, abbati Ebracensi, asserit fontem salis, ab Eberhardo episcopo Bambergensi ea lege donatum, ut alteram utilitatis partem monasterium Ebracense, alteram coenobium Langhemense percipiat. Abbati praeterea silvam Stegerwalz cum castro Stolberg concedit. Pflugk-Harttung Acta II. 304, (Lang Regesta IV. 736). — „Quae religionis ac“.

„ 16. „ 9575 Adae, abbati Langhemensi, significat, sese ad petitionem Adae, abbatis Ebracensis,

1152. *(Ind. 15, pont. a. 7. — 18. Febr. — 8, 1151. — 25. Mart. — 1152.)*

confirmare fontem salis, ab Eberhardo episcopo Bambergensi eo tenore donatum, ut utrumque monasterium medietatem utilitatis exinde percipiat. Pflugk-Harttung Acta II. 354. — „Quae religiosis locis".

Mai. 16. Signiae. 9576 Eberhardo, episcopo Bambergensi, petente, „confirmat renunciationem investiturae et advocatiae super abbatia Altahensi, reginae dignitati competentis, sed a Friderico rege monasterio ipsi redditae". Lang Regesta IV. 736.

„ 17. „ 9577 (6640) F(riderico) Romanorum regi, unanimi principum consensu electo, gratulatur. Sperat promissa, a Conrado rege sibi facta, per eum impletum iri. Addit, se legatum de latere suo propediem missurum. MG. Leg. II. 90, Jaffé Bibl. I. 513, (Martene Coll. II. 548, Mansi XXI. 683, Migne 180 p. 1522). — „Nuntiis egregiae".

„ 22. „ 9578 Monasterium S. Andreae, in suburbio Mantuano situm, tuendum suscipit eiusque possessiones confirmat. Pflugk-Harttung Iter p. 244. — „Quotiens illud".

„ 24. „ 9579 (6641) (Stephano), episcopo Metensi, mandat, ut H(enricum) comitem de Salinis ad restituendam cellam Asmingiae monasterio S. Michaelis ablatam cogat. Martene et Dur. Vet. Script. I. 811, Bouquet Rec. XV. 473, Migne 180 p. 1523. — „Dilecti filii".

„ 24. „ 9580 (6642) H(enricum) comitem de Salinis monet, ut cellam Asmingiae monasterio S. Michaelis reddat. De superiore epistola significat. Martene et Dur. Vet. Script. I. 812, Bouquet Rec. XV. 473, Migne 180 p. 1524. — „Exspectavimus, fili".

„ 25. „ 9581 (6643) Stephano Metensi, Alberoni Virdunensi, Henrico Tullensi episcopis mandat, ut Raynaldum comitem a maleficiis in S. Michaelis monasterium dehortentur. Gall. Chr. XIII. Instr. p. 571, Bouquet Rec. XV. 474, Migne 180 p. 1524. — „Quanto, refrigescente".

„ 27. „ 9582 (6644) Ecclesiae Trevirensis privilegia possessionesque, petente Hillino archiepiscopo, confirmat. Günther Cod. dipl. Rh. Mosel. I. 334, Beyer M. U. I. 620, Migne 180 p. 1525. — „In eminenti apostolicae".

„ 27. „ 9583 Monasterii S. Eucharii Trevirensis tutelam suscipit, possessionesque et iura confirmat, petente Bertolfo abbate. Beyer M. U. I. 623. — „Religiosis desideriis dignum".

„ 27. „ 9584 (6645) Monasterii de Claustro (Hemmerodiensis) patrocinium suscipit et possessiones iuraque confirmat, petente Rannulfo abbate. Hontheim Hist. Trev. I. 563, Beyer M. U. I. 621, Migne 180 p. 1527. — „Effectum iusta postulantibus".

„ 27. „ 9585 (6646) Monasterium Wadegozingense tuendum suscipit, eiusque bona ac iura confirmat, petente Wolframo abbate. Hugo O. P. A. II. Pr. p. 620, Hontheim Hist. Trev. I. 564, Beyer M. U. I. 624, Migne 180 p. 1529. — „Religiosam vitam eligentibus".

„ 27. „ 9586 Parthenonis S. Mariae Andernacensis, rogatu Bensuetis magistrae, patrocinium suscipit, ac disciplinam et possessiones confirmat, eumque monasterio Springirsbacensi regendum tradit. Beyer M. U. I. 626. — „Quoniam sine vero".

„ 28. „ 9587 (6647) Abbati Springirsbacensi rogatu Hillini archiepiscopi concedit, ut eius successores „curam ecclesiae de Keymetha per manum tantum archiepiscopi Trevirensis accipiant"; monasterioque allodium quoddam asserit. Günther Cod. dipl. Rh. Mos. I. 338, Beyer M. U. I. 626, Migne 180 p. 1532. — „Quanto religiosi".

Iun. 4. „ 9588 Monasterium Ficiclense tuendum suscipit, eiusque possessiones et iura confirmat. Pflugk-Harttung Iter p. 244. — „Quoniam sine".

„ 9. „ 9589 (6648) Sententium, inter Obertum episcopum Cremonensem et Richildam, S. Iuliae Brixiensis abbatissam, ab A(delberio) episcopo Regino latam confirmat. Muratori Ant. It. V. 1029, Margarini Bull. Cas. II. 173, Migne 180 p. 1533. — „Ad hoc in sede".

„ 15. „ 9590 (6649) Eberhardo, episcopo Bambergensi, asserit „investituram et advocatiam abbatiae de Altaha (inferiore), et ea, quae fisco regio ex eadem abbatia annuatim solvebantur, a Friderico Romanorum rege restituta". Mon. Boic. XI. 168, Migne 180 p. 1536. — „Quae a regibus".

„ 15. „ 9591 Gileberto episcopo Herefordensi scribit, monachos Elienses post restitutionem villae de Stivetheswrde, quae ipsi Henrico (archidiacono) in praesentia Theobaldi archiepiscopi Cantuariensis et Hilarii episcopi Cicestrensis facta esset, de falsificatione litterarum apostolicarum ad sese appellasse; utraque parte ante se constituta, Elienses procedere minime potuisse, Henricum vero conquestum esse, homines monachorum

eum spoliasse. Causa igitur Theobaldo archiepiscopo remissa, Elienses iterum sedis apostolicae auxilium postulasse. Quia vero partes imparatae ad sese rediissent, controversiam ei terminandam commissam esse. Ex Mus. Brit. ms. Tit. A. 1. f. 41. Dedit Liebermann. — „Causa quae“.

Iun. 20. Signiae — 9592 (6650) (Henrico), episcopo Eduensi, praecipit, ut vocatus ad G(odefridum) episcopum Lingonensem accedat, de damnis monasterio Vizeliacensi illatis rationem redditurus. D'Achery Spic. II. 511. Bouquet Rec. XV. 475, Mansi XXI. 659, Migne 180 p. 1537. — „Opera, quae de“.

„ 21. „ — 9593 (6651) Ecclesiae S. Iohannis Senonensis bona confirmat, petente Fulcone abbate. Gall. Chr. XII. Instr. p. 40, Quantin Cart. gén. I. 502, Migne 180 p. 1538. — „Quotiens a nobis“.

„ 22. „ — 9594 (6652) Cunctos fideles hortatur, „ut viriliter se accingant ad bellum contra infideles inimicos crucis Christi, nec dubitent ire cum Raymundo Barcinonensi comite“. Manrique Ann. Cist. II. 117, Migne 180 p. 1539. — „Quapropter vos“.

Iul. 7. „ — 9595 R(ichardo) episcopo Abrincensi praecipit, ut R(ichardum) electum S. Michaelis de Periculo maris abbatem, timore H(enrici) ducis Normanniae postposito, benedicat, intrusum vero, nisi infra 8 dies post commonitionem eius locum dimiserit, excommunicet. Loewenfeld Epistolae p. 109. — „Ex venientium ad“ „Et venientium ad“.

„ 9. „ — 9596 (6653) Silvestro, electo monasterii S. Augustini Cantuariensis abbati, nunciat, se archiepiscopum, ut eum dedicaret, iterum monuisse. Interdicit ei, ne „obedientiae professionem“ archiepiscopo exhibeat. Monet, si dedicationem archiepiscopus recusaverit, ut aequam servet animam, „quoniam“ inquit „postquam monasterii administrationem per nostrae confirmationis auctoritatem canonice obtinuisti, pro subtractione benedictionis illius non minorem potestatem super animas commissi tibi gregis habebis“. Hist. mon. S. Aug. Cant. p. 404, (Chronica W. Thorn ap. Twysden H. A. SS. II. 1813, Migne 180 p. 1539). — „Laboribus et expensis“.

„ 9. „ — 9597 (6654) Theobaldo, archiepiscopo Cantuariensi, iterum mandat, ut (Silvestrum) electum monasterii S. Augustini abbatem dedicet. Hist. mon. S. Aug. Cant. p. 400, (Chronica W. Thorn ap. Twysden H. A. SS. II. 1812, Migne 180 p. 1540). — „Quoniam electum“.

„ 15. „ — 9598 (6655) Conventui S. Augustini Cantuariensi praecipit, ut Silvestro electo abbati obediant, etiamsi archiepiscopus dedicare eum noluerit. Hist. mon. S. Aug. Cant. p. 401, (Chronica W. Thorn ap. Twysden H. A. SS. II. 1813, Migne 180 p. 1540). — „Quod causa electi“.

„ 28. „ — 9599 (6656) Moysi, archiepiscopo Ravennati, Iohannem, episcopum Placentinum, adversis rebus afflictum, commendat, „ne eum ad tuam obedientiam se humiliasse poeniteat“. Ughelli It. sacr. II. 216, Rubei Hist. Rav. p. 334, Mansi XXI. 666, Migne 180 p. 1541. — „Quod venerabilis“.

Aug. 1. „ — 9600 (6657) Ordinis Cisterciensis statuta („chartam charitatis“) sancit. Henriquez Regula p. 53, Manrique Ann. Cist. II. 205, Mansi XXI. 669, Migne 180 p. 1541, (Huius bullae copia s. XV. in tabulario Rothomagensi, sub G. 1504 asservata, praebet: „Id. Aug.“). — „Sacrosancta Romana“.

„ 1. „ — 9601 Monasterii S. Mariae Trium-fontium tutelam suscipit, possessionesque ac decumarum immunitatem confirmat, petente Toroldo abbate. Pflugk-Hurttung Acta I. 207. — „Effectum iusta postulantibus“.

„ 1. „ — 9602 (6658) Universo capitulo Magdeburgensi scribit, audiisse se, „post electionem, quam de persona G(erhardi) praepositi Magdeburgensis omnes praeter septem fecissent, (Wichmannum) Cizensem episcopum contra constitutionem sanctorum patrum se in eorum ecclesiam regio favore ingerere nisum esse et ab ipso principe investituram illicite suscepisse“. Praecipit, ut „ab eo tamquam ab invasore penitus caveant“. Jaffé Bibl. I. 534, (Martene Coll. II. 550, Migne 180 p. 1543). — „Pervenit ad aures“.

„ 5. „ — 9603 (6549) G(oswino) Cisterciensi et universis abbatibus apud Cistercium congregatis scribit, se, nisi officia obstarent, ad eorum conventum libenter accessurum fuisse. Monet, ut patrum virtutes sequantur. S. Bernhardi Opp. I. 267, Migne 182 p. 476, Pflugk-Harttung Acta II. 355, qui datum epistolae praebet. — „Optaremus filii“.

1152. *(Ind. 15, pont. a. 7. — 18. Febr. — 8, 1151. — 25. Mart. — 1152.)*

(Aug.) (Signiae) 9604 Episcopos et abbates apud Cistercium congregatos rogat, ut regulae Cisterciensis rigore temperato, monasterium S. Anastasii (ad Aquas salvias Romanum) castrum quoddam aliasque possessiones retinere permittant, cum ad fratrum sustentationem necessaria sint. Archivio della soc. Rom. di stor. patr. IV. 400. — „Quod ad clarificandas".

„ 11.	„	10142 Monasterii S. Martini Troarnensis tutelam suscipit, possessionesque confirmat, petente Giriberto abbate. Autogr. in Arch. dép. du Calvados in Caen, fonds de Troarn n. 59, (Cop. in bibl. nat. Paris. Cartul. Troarn. ms. lat. 10086. s. XIV. f. 9^{b}). — „Apostolici moderaminis clementie".
„ 13.	„	10143 (7071) Monasterii S. Michaelis de Periculo-maris protectionem suscipit bonaque confirmat, petente Roberto abbate. Monast. Anglic. II. 903, nov. ed. VII. 991, Migne 188 p. 1589. Initium et finem bullae praebet Delisle Chronique de Robert de Torigni II. 262. — „Religiosam vitam eligentibus".
„ 13.	„	10144 (6920) Heloisae abbatissae et sororibus Paraclitensibus concedit „sepeliendi apud abbatiam fratres suos, proprium non habentes, liberam licentiam". Abaelardi et Heloisae Opp. p. 354, Lalore Coll. des cartul. II. 16, Migne 188 p. 1448. — „Et iniuncti nobis".
„ 15.	„	10145 (6921) H(illino), archiepiscopo Trevirensi, apostolicae sedis legato, significat, canonicos S. Martini Moguntinos secum questos esse, quod Ar(noldus) archiepiscopus „prebendam ipsorum in beneficium laicis, ipsis renitentibus, tribuisset, et aurum, argentum et alia ornamenta ecclesiae inconsulto clero ac populo distraxisset, ac post appellationem ad sese factam multa de bonis ipsorum abstulisset", praetereaque „convocata synodo fecisset publice interdici, ne quisquam ad apostolicae sedis iudicium praesumeret appellare". Mandat, investiget, sitne ita; canonicisque praebendam restitui iubeat. Nunciat, se Arnoldo praecepisse, ut aut ad eum aut ad ipsum „proxima festivitate b. Lucae" (18. Oct.) sui purgandi causa accederet. Jaffé Bibl. III. 402, Günther Cod. dipl. Rh. Mosel. I. 353, Beyer M. U. I. 652, Migne 188 p. 1449. — „Gravia quaedam et".
„ 16.	„	10146 Ecclesiae de Campo Osberti (vel Plesseio) tutelam suscipit, possessionesque confirmat, petente Nicolao priore. Cart. de l'abb. du Plessis-Grimould s. XV ex. f. 4^{b} in Arch. dép. du Calvados in Caen. — „Quotiens illud a".
„ 16.	„	10147 (6922) Iohanni, archiepiscopo Toletano, paroeciam Complutensem, Hispaniae primatum, pallii usum asserit. Mansi XXI. 816, Aguirre Conc. V. 72, Migne 188 p. 1449. — „Quantae dignitatis".

		1156. *(Ind. 4. — 25. Sept. — 5, pont. a. 2. — 5. Dec. — 3, 1155. — 25. Mart. — 1156.)*
Febr. 18.	Beneventi	10148 (6923) Iohanni, archiepiscopo Toletano, mandat, ut in episcopum Pampilunensem criminibus accusatum inquirat. Mansi XXI. 818, Aguirre Conc. V. 74, Migne 188 p. 1451, (Pflugk-Harttung Iter p. 104). — „Ad hoc apostolorum" „Ad hoc in".
„ 22.	„	10149 (6924) Nigello, episcopo Eliensi, praecipit, ut possessiones ecclesiae contra promissionem alienatas intra menses tres in pristinum statum revocet, alioquin eum administrando munere remotum iri. (Fragmentum. Hanc et eam, quae sequitur, epistolam integram extare in Mus. Brittan. Ms. Cotton. Tit. A. 1. f. 46, me docuit F. Liebermann.) Acta SS. Iun. T. IV. 581, Migne 188 p. 1452. — „Ad hoc in".
„ 22.	„	10150 (6925) Capitulo Eliensi de superiore epistola significat. Vide Acta SS. Iun. T. IV. 581.
„ 23.	„	10151 Guillelmo abbati et fratribus Compendiensibus possessiones quasdam asserit. In bibl. nat. Paris. Coll. Moreau t. 69. f. 88, Coll. Grenier t. 54. f. 111; In tabul. nat. Paris. Cartul. Compend. s. XIII. LL. 1622. f. 60. — „Quotiens aliqua ecclesiarum".
„ 23.	„	10152 *Guillelmo abbati Compendiensi „de cura decaniae et prioratus S. Petri" scribit. Revue des soc. sav. des départ. VI. sér. IV. 461. n. 9.
„ 28.	„	10154 *Monachis S. Florentii Salmuriensis scribit, se causam eorum cum P. abbate Trenorciensi super terra de Fabricis T(heobaldo) Parisiensi et (Alano) Autissiodorensi episcopis commisisse terminandam. In bibl. nat. Paris. ms. lat. 12671. (Monasticon Benedictin. XIV.) f. 24[b].
Mart. 1.	„	10155 Canonicis Beverlacensibus bullam dat. Es ms. Cheltenhamensi 23875. saec. XV. dedit F. Liebermann. — „Nos ammonet".
„ 3.	„	10156 H(illino) archiepiscopo Trevirensi, ap. sedis legato, S(tephano) Metensi, H(enrico) Tullensi, A(lberoni) Virdunensi episcopis mandat, moneant Rainaldum comitem Barensem, ut iniuriis in monasterium S. Michaelis desistat. Nisi fecerit, eum excommunicari et locum, ubi praesens fuerit, interdici iubet. Loewenfeld Epistolae p. 123. — „Sicut filiorum nostrorum".
„ 10.	„	10157 Monasterii S. Bartholomaei Papiensis tutelam suscipit et possessiones confirmat, petente Siro abbate. Wiener Sitzungsber. XCVII. 63. — „Quotiens illud a nobis".
„ 18.	„	10158 (6926) Rectoribus Romanae fraternitatis mandat, ut ecclesiam S. Mariae in Candiatore, si populus eiusdem ecclesiae ad obedientiam clericorum S. Petri ad vincula redierit, interdicto solvant. Mansi XXI. 803, Migne 188 p. 1453. — „Ad audientiam nostram".
„ 20.	„	10159 (6927) Ecclesiae Dertosensis protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat, petente Gaufrido episcopo. Risco España sagr. XLII. 303, Villanueva Viage lit. V. 257, Migne 188 p. 1453. — „Cum ex iniuncto".
„ 20.	„	10160 Universis clericis et laicis per Dertosensem episcopatum constitutis (Gaufridum) episcopum commendat. Significat, se „tam decimas quam omnia parochialia iura de insula S. Laurentii Ianuensium ecclesiae Dertosensi reddidisse". Villanueva Viage literario V. 256. — „Ad hoc supernae".
„ 20.	„	10161 R(aimundo) comiti Barcinonensi ecclesiam Dertosensem commendat. Hortatur, ut episcopo et viginti fratribus beneficia tribuat, utque „in castellis meschitas cum possessionibus, quae prius Saracenorum fuerant, ecclesiae Dertosensi restituat". Addit, de insula S. Laurentii Ianuensium eidem ecclesiae reddita. Mandat, ut „quod de ecclesiae S. Iohannis cimiterio et campo noverit, Tarraconensi archiepiscopo asstruat". Villanueva Viage literario V. 261. — „Catholicorum principum".
„ 20.	„	10162 Aimerico, abbati Burguliensi, ecclesiam Magniaci addicit, per Bernardum Namnetensem et Iohannem Macloviensem episcopos monachis Novi-monasterii abiudicatam. Ex ms. lat. 17127 p. 47. 187. 287. 291 in bibl. nat. Paris. Misit Delisle; Coll. Baluze t. 38. f. 181. — „Sicut aequum est".
„ 25.	„	†10163 Fratrum Grandimontensium studium ac religionis fervorem collaudat, eosque rogat, ut clementiam Dei pro sese exorent. („Dat. Laterani . . . p. nostri a. II.") Delisle Examen de treize chartes in Mém. de la soc. des antiqu. de Normandie XX. (1853) 189. — „Venerabiles fratres nostri".
Mart. Apr.	„	10164 (6928) H(ugoni), archiepiscopo Senonensi, et Henrico, episcopo Bellovacensi, significat, se ecclesiam de Brusiaco, fratribus de Caritate abiudicatam, monasterio Ferrariensi addixisse. De puniendis rusticis quibusdam addit. (Data est epistola

1156. *(Ind. 4. — 25. Sept. — 5, pont. a. 2. — 5. Dec. — 3, 1155. — 25. Mart. — 1156.)*

„XVII. nonas Aprilis".) Martene Coll. II. 641, Migne 188 p. 1455. — „Fraternitati vestrae praesentium".

Apr. 8. Beneventi — 10165 (6929) Godefrido, episcopo Lingonensi, nunciat, se Ludovici (VII.) Francorum regis contra Burgundiae ducem sententiam confirmasse. Gall. Chr. IV. Instr. p. 178, Plancher Hist. de Bourg. I. Pr. p. 50, Bouquet Rec. XV. 674, Migne 188 p. 1456. — „Ea, quae rationabili".

„ 8. „ — 10166 Arduino, abbati monasterii S. Germani Altissiodorensis, concedit, ut, prava quadam consuetudine abolita, „quisquis ille sit, qui contra eum actionem suam intenderit, nisi per legitimos testes et probationem rationi atque iusticiae congruam eum convicerit, ab actione proposita cadat". Quantin Cart. gén. I. 544. — „Universarum ecclesiarum curam".

„ 9. „ — 10167 (6930) Monasterii S. Stephani Divionensis protectionem suscipit possessionesque confirmat, petente Herberto abbate. Fyot Hist. de S. Etienne de Dijon Pr. p. 101, Migne 188 p. 1456. — „Apostolici moderaminis".

„ 11. „ — 10168 Ecclesiae Senonensis protectionem suscipit et privilegia possessionesque confirmat, petente Hugone archiepiscopo. Quantin Cart. gén. I. 537. — „Cum ex iniuncto".

„ 14. „ — 10169 Monasterii S. Iohannis Suessionensis tutelam suscipit, possessionesque et privilegia confirmat, petente Guidone abbate. Autogr. in tab. nat. Paris. L. 229. n. 12. — „Effectum iusta postulantibus".

„ 14. „ — 10170 Ecclesias S. Mariae de Gualdo Mazocca et S. Mariae territorii Foiani tuendas suscipit, earumque possessiones et iura confirmat. Pflugk-Harttung Iter p. 255. — „Desiderium quod".

„ 18. „ — 10171 (6931) Monasterii S. Lamberti Laetiensis tutelam suscipit, bonaque et privilegia confirmat, petente Helgotho abbate. Coll. Moreau t. 68. f. 27 in bibl. nat. Paris, (Reiffenberg Monuments VII. 642, Migne 188 p. 1461). — „Quotiens illud a nobis" „Quotiens a nobis".

„ 20. „ — 10172 (6932) Ecclesiae Pisanae canonicis commendat R., capellanum suum, et quosdam ecclesiae S. Rufi fratres, ad Pisanorum partes missos „pro incidendis lapidibus et columnellis", quibus ad monasterium aedificandum canonici ecclesiae S. Rufi utantur. Ughelli It. sacr. III. 397, Migne 188 p. 1461. — „Quos ampliori".

„ 22. „ — 10173 Sententiam inter canonicos S. Pauli et clericos hospitalis Lugdunensis a b. m. Hugone, episcopo Gratianopolitano, latam et a Gauceranno, quondam archiepiscopo Lugdunensi, firmatam roborat. Guigue Cartul. Lyonnais I. 49. — „Sicut equum est".

„ 25. „ — 10174 Capitulo Andegavensi scribit, sese in praesentia R(otrodi) Ebroicensis et G(uillelmi) Cenomanensis episcoporum, R(oberti) abbatis S. Albini et G. decani S. Laudi, ab (Henrico) Anglorum regi transmissorum, consuetudinem ecclesiae Andegavensis, qua „decedente episcopo tres solerent pariter nominari, quorum unus per principem terrae iuxta eius beneplacitum assumi consuevisset", penitus damnavisse. Loewenfeld Epistolae p. 124. — „Causa super controversia".

„ 26? „ — 10175 Petro, abbati Gemeticensi, bullam dat. („VI. (XI?) kal. Maii"). Neues Archiv VII. 95. — „Desiderium, quod".

„ 27. „ — 10176 Ecclesiae S. Mariae Bellomontensis protectionem suscipit, possessionesque et privilegia confirmat, petente Guillelmo praeposito. In bibl. nat. Paris. Coll. Doat t. 137. f. 4, in ms. lat. 12776. f. 196. — „Piae postulatio voluntatis".

Mai. 5. „ — 10177 (6933) Monasterii S. Paterniani Fanensis protectionem suscipit possessionesque confirmat, petente Viviano abbate. Amiani Mem. di Fano II. sommario p. X, Migne 188 p. 1461. — „Religiosam vitam".

„ 5? „ — 10178 *Confirmat „altari S. Himerii et monasterio S. Laurentii (Cremonensi) omnia bona et iura tam pro flumine Padi, quam pro districtione civitatis Cremone". (Pro „Mai. 5" fortasse legendum est „V. id. Maii", cf. 10179.) Repert. dipl. Cremonese I. 41.

„ 10. „ — 10179 (6934) Oberti, episcopi Cremonensis, bona iuraque confirmat. Zacharias Crem. episc. ser. p. 121: „VI. id. Maii"; Repertorio dipl. Cremonese I. 41, Pflugk-Harttung Iter p. 255: „V. id. Maii". — „Apostolice sedis".

„ 31. „ — 10180 (6935) Monasterii Steingadensis, rogatu Anselmi praepositi, protectionem suscipit, bonaque ac iura confirmat, imposito monachis bizantii aurei censu annuo. Hugo

1156. *(Ind. 4. — 25. Sept. — 5, pont. a. 2. — 5. Dec. — 3, 1155. — 25. Mart. — 1156.)*

O. P. A. II. Pr. p. 536, Mon. Boic. VI. 484, Hund III. 353, Migne 188 p. 1463. (Hoc privilegium cur anno 1156 abstulerit et a. 1158 attribuerit Fechner Udalr. v. Aquil. in Archiv f. K. österr. Gesch.-Qu. XXI. 334, non intellego.) — „Religiosam vitam eligentibus".

Iun. 1. | Beneventi | 10181 (6936) Monasterii S. Afrae Augustensis protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia, petente Hezilone abbate, confirmat. Mon. Boic. XXII. 176, Migne 188 p. 1465. — „Quae mater omnium".

„ 1. | „ | 10182 (6960) B(erengarium) electum Narbonensem confirmat. In bibl. nat. Paris. Coll. Baluze t. 82. f. 34, ms. lat. 12774. f. 294, (Gall. Chr. VI. 53 et Instr. p. 40). — „Narbonensis ecclesia".

„ 6. | „ | 10183 (6937) Clero et praeposito Augustensi significat, Chunradum episcopum cum adversariis clericis monachisque ad sese venisse, crimineque se expedisse. Praecipit, „ut cuncti, qui in hac infamatione fuerint, discalceatis pedibus infra octo dies post reditum episcopi per quamcunque portam voluerit ad ecclesiam maiorem veniant, pro sua praesumptione veniam postulantes". Pez Thes. anecd. VI. i. 381, Migne 188 p. 1466. — „Venerabilis frater".

„ 7. | „ | 10184 Monasterio S. Vincentii Silvanectensi altare Montiniaci, petente Balduino abbate, asserit. Ex autogr. in Arch. de l'Oise à Beauvais. Misit Delisle. — „Cum omnibus".

„ 7. | „ | 10185 Guifredo praeposito et fratribus ecclesiae S. Eustorgii (Mediolanensis) asserit hospitalem in suburbio portae Ticinensis a b. m. Robaldo, archiepiscopo Mediolanensi, concessam. Autogr. in tabul. reg. Mediolan. Ex schedis Jafféi: „VII. Id. Iun.", Wiener Sitzungsber. XCIV. 666: „VIII. id. Iun.". — „Quotiens illud a".

„ 8. | „ | 10186 (6938) Ecclesiam S. Vincentii Bergomatem tuendam suscipit et eius bona confirmat, petente Iohanne archipresbytero. Lupi C. D. Berg. II. 1149, Migne 188 p. 1466. — „Effectum iusta".

„ 9. | „ | 10187 (6939) Canonicorum ecclesiae S. Mariae Pisanae possessiones et privilegia confirmat. (Fragmentum.) Ughelli It. sacr. III. 397. Cf. Pflugk-Harttung Iter p. 255. — „Apostolice sedis".

„ 9. | „ | 10188 (6940) Eugenii III. sententiam de canonicorum S. Alexandri et S. Vincentii Bergomatum controversia confirmat. Lupi C. D. Berg. II. 1151, Migne 188 p. 1468. — „Que a predecessoribus".

„ 9. | „ | 10189 Capitulo Pisano scribit, controversiam eius cum monachis S. Ruxorii, de parte quadam Tumuli agitatam, compositam esse. Pflugk-Harttung Iter p. 255. — „Sicut equum est".

„ 11. | „ | 10189a Udalrico, episcopo Halberstadensi, 1) mandat, ut „ad monasterium in Gernroda assumptis sibi viris religiosis infra 40 dies post susceptionem litterarum praesentium accedat, et si abbatissa, inutilis et perniciosa, ut dicatur, inventa fuerit, eandem removeat et cum consilio religiosorum et electione sororum aliam substituat"; 2) statuit, „ut praepositus eiusdem loci temporalia disponenda a monasterii episcopo more consueto recipiat, ita tamen ut monialibus istis idem praepositus iuxta facultates ecclesiae sufficienter necessaria subministret. Ipse vero praepositus in spiritualibus humiliter episcopo obediat, abbatissa in claustro religioni providente; 3) ut „abbates Cisterciensis ordinis occasione privilegiorum Romanorum pontificum de fundis ac villis emptis, de quibus olim decimas iuste habere consueverit, ipsas episcopo nulla ratione subtrahant; nos enim" inquit „religiosis viris decimas novalium solum duximus concedendas; 4) ut „moniales iuxta Huysborg, iuxta monachos circa eandem ecclesiam noviter habitantes, a monachis amoveantur"; 5) „clerici de claustro proprio fugientes, qui dum extra sint, ordines canonice receperint, post peractam condignam poenitentiam in iisdem ordinibus remaneant"; 6) „clerici vero a laicis ecclesias nulla ratione recipiant". 7) Haec addit: „Statuimus insuper, ut litteris, quas preterito anno carissimo in Christi filio nostro, Friderico Romanorum imperatori, contra te concessimus, officio tuo tibi plenarie restituto, de cetero astrictus nullatenus teneraris". Schmidt Urk. d. Hochstifts Halberst. I. 215, Heinemann Cod. dipl. Anhalt. V. 291. (Huius epistolae partiunculam in alio praeterea libro moderno inveni, cuius titulum iam non recordari me piget.) — „. . Fraternitati tuae".

1156. *(Ind. 4. — 25. Sept. — 5, pont. a. 2. — 5. Dec. — 3, 1155. — 25. Mart. — 1156.)*

Iun. 15.	Beneventi	10190 Monasterii Gorziensis tutelam suscipit, possessionesque et privilegia confirmat, petente Isembaldo abbate. Pflugk-Harttung Acta I. 218. — „Ad hoc universalis“.
„ 18.	„	10191 Universis sacerdotibus in parochialibus ecclesiis monasterii Gorziensis commanentibus praecipit, ut „ad Isembaldi, abbatis Gorziensis, vocationem accedant et ei secundum quod debeant sufficienter de temporalibus respondeant“. („XIIII. kal. Iul.“) Histoire de Metz III. Pr. p. 120, Pflugk-Harttung Acta I. 220. — „Dilectus filius noster“.
„ 18.	„	10192 I(sembaldum) abbatem Gorziensem de superiore epistola certiorem reddit. Pflugk-Harttung Acta I. 220. — „Quia personam tuam“.
„	„	in ecclesia S. Marciani (prope Calorem fluvium) Willelmum regem Siciliae recipit. Romuald. Salern. in MG. SS. XIX. 429.
„	ante Beneventum	10193 (6941) Cum Willelmo rege Siciliae factam per legatos pacem confirmat. Watterich II. 355, cf. Catal. chart. ap. Muratori Ant. It. VI. 104, (Mansi XXI. 801, Migne 188 p. 1470). — „Licet ex iniuncto“.
Iul. 3.	Beneventi	10194 Hy(llino) Trevirensi, ap. sed. legato, et Samsoni Remensi archiepiscopis ac Henr(ico) Tullensi, A(lberoni) Virdunensi, B(osoni) Catalaunensi, Henr(ico) Leodiensi episcopis abbatem et fratres Gorzienses commendat. Pflugk-Harttung Acta I. 221. — „Quanto amplius“.
„ 3.	„	10195 (Conrado) episcopo Wormatiensi fratres Gorzienses commendat mandatque, ut decimas, quas a 40 annis in eius episcopatu receperint, quiete eos possidere permittat. Pflugk-Harttung Acta I. 221. — „Quanto amplius“.
	„	10196 Monasterii S. Nicolai de Vedogio tutelam suscipit, possessionesque confirmat, petente Giliberto abbate. In bibl. nat. Paris. Coll. Grenier t. 267. f. 183. — „Apolici moderaminis“.
„ 10.	„	10197 (6942) Agrigentinae, Mazarensis, Melitensis ecclesiarum episcopos, ecclesiae Panormitanae suffraganeos constitutos, Hugoni archiepiscopo obtemperare iubet. Pirri Sic. sacr. I. 94, Migne 188 p. 1471. — „Ne in aliqua“.
Iul. Aug.	in Casino	monte. Bosonis card. Vita Hadr. ap. Watterich II. 334.
„ „	per Marsicana	montana. Bosonis card. Vit. Hadr. l. l.
Aug. 3.	Narniae	10198 (6897) Hugonem, clericum episcopi Tornacensis, removet ab ecclesiis quibusdam ad ius monasterii S. Bertini Sithiensis pertinentibus. Fratribus concedit, ut „qui vulnerati vel aliqua corporali infirmitate detenti sint, si in monasterio eorum habitum religionis assumere voluerint, in monachos recipiant“. Alia privilegia addit. In bibl. nat. Paris. Coll. Moreau t. 68. f. 116. (Vide Ioh. Longi chron. in MG. SS. XXV. 804.) — „Ecclesiarum utilitatibus“.
„ 8.	„	10199 (6943) *Monasterii Huysburgensis protectionem suscipit, bonaque confirmat, bulla ad Richardum abbatem. Neue Mitth. a. d. Geb. hist. ant. Forsch. I. 10, Migne 188 p. 1471.
„ 9.	„	10200 Ecclesiae S. Andreae apostoli in Scotia patrocinium suscipit, ac disciplinam, possessiones et iura confirmat, petente Roberto priore. Liber cartarum S. Andreae p. 51. — „Quotiens illud a nobis“.
„ 11.	„	10201 (6944) Universo clero et populo Moguntino significat, se A(rnoldum) archiepiscopum, „ad apostolicae sedis praesentiam devotionis intuitu venientem“, benigne suscepisse, et „personam eius cum toto episcopatu suo et cum suffraganeis suis episcopis a iure legationis Y(llini) Trevirensis archiepiscopi, apostolicae sedis legati, absolvisse“. Arnoldum commendat. Jaffé Bibl. III. 404, Archiv f. Kunde österr. Geschichtsquellen V. 61. — „Quanto venerabilis frater“.
„ 12.	„	10202 *(Roberto) episcopo S. Andreae apostoli in Scotia bullam dat. Neues Archiv IV. 619.
„ 13.	„	10203 (6945) Ecclesiae Balneensis protectionem suscipit, bonaque et iura confirmat, petente Alberto archipresbytero. Mittarelli Ann. Cam. III. app. p. 489, Migne 188 p. 1472. — „Effectum iusta“.
„ 18.	„	10204 (6946) Ecclesiae S. Mariae Minduniensis protectionem suscipit, bonaque confirmat,

1156. *(Ind. 4. — 25. Sept. — 5, pont. a. 2. — 5. Dec. — 3, 1155. — 25. Mart. - 1156.)*

petente Petro episcopo. Florez Esp. sagr. XVIII. 345, Migne 188 p. 1473. — „Cum ex iniuncto nobis".

Aug. 19. | Narniae | 10205 (6947) S(tephano) Viennensi et C. (Heraclio) Lugdunensi archiepiscopis mandat rogatu Petri abbatis Cluniacensis, ne monasterium Celsiniacense vexari ab Eust(achio) patiantur. Bullar. Cluniac. p. 68, Bouquet Rec. XV. 674, Migne 188 p. 1477. — „Dilectus filius noster".

Sept. 28. | Urbeveteri | 10206 (6990) Ecclesiam Beneventanam tuendam suscipit. Henricum archiepiscopum pallio ornat, et eius iura metropolitana confirmat. (Notae temporis annum 1157 indicant.) Ughelli It. sacr. VIII. 117, Migne 188 p. 1523. — „Et rationis ordo".

Oct. 15. | „ | 10207 (6948) Ecclesiam S. Constantii Urbevetanam tuendam suscipit et eius bona ac privilegia confirmat, petente Rocco praeposito. Montemarte Chronaca d'Orvieto II. 231, Fumi Cod. dipl. d'Orvieto p. 23, Migne 188 p. 1477, (Ughelli It. sacr. I. 1467). — „Piae postulatio voluntatis".

„ | „ | 10208 (6949) Ecclesiam Bellunensem tuendam suscipit, canonicorumque bona ac iura, confirmat, petente Anno archipresbytero. (Significatio temporis mendosa.) Ughelli It. sacr. V. 150, Migne 188 p. 1478. — „Effectum iusta".

Oct. Nov. | Viterbii | Bosonis card. Vit. Hadr. ap. Watterich II. 335.

Nov. 12. | Laterani | 10209 (6950) Ecclesiae Aquensis protectionem suscipit, et canonicorum bona ac iura, petente Uberto archidiacono, confirmat. Moriondi Mon. Aqu. I. 59, Migne 188 p. 1480. — „Officii nostri".

„ 13. | „ | 10210 Monasterii Lobiensis tutelam suscipit, possessionesque et privilegia, petente Francone abbate, confirmat, imposito monachis unius bizantii censu annuo. Vos Lobbes II. 457. — „Religiosam vitam eligentibus".

„ 14. | „ | 10211 Ecclesiae S. Martini et S. Barbarae protectionem suscipit bonaque et iura confirmat, petente Daniele priore. Orig. in Arch. dép. du Calvados in-Caen, Fonds de Ste-Barbe n. 111. — „Religiosam vitam eligentibus".

„ 23. | „ | 10212 Monasterii S. Mariae de Fontibus patrocinium suscipit, possessionesque et privilegia confirmat, petente Ricardo abbate. Walbran Memorials of Fountains II. I. 76. — „Officii nostri nos".

„ 27. | „ | 10213 (6951) Parthenonem Caziensem tuendum suscipit et eius possessiones iuraque confirmat, petente Helenida magistra. Mohr Cod. dipl. I. 181, (Eichhorn Ep. Cur. C. Pr. p. 53). — „Religiosis desideriis dignum".

„ 27. | „ | 10214 (6952) Monasterii S. Lucii protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat, petente Vigilio abbate. Mohr Cod. dipl. I. 184. — „Quotiens illud a".

„ 30. | „ | 10215 (6953) Ecclesiam S. Mariae Pinetensem tuendam suscipit et eius bona ac iura, petente Hugone plebano, confirmat. Lami Eccl. Fl. Mon. I. 81, Migne 188 p. 1481. — „Officii nostri".

Dec. 5. | „ | 10216 (6954) Monasterio Lenensi decimas novalium asserit, Honestoque abbati et eius successoribus mitrae, chirothecarum, caligarum, sandaliorum usum concedit. Zaccaria Della badia di Leno p. 120. — „Quanto specialius".

„ 9. | „ | 10217 (7018) Ermengarda domina Narbonae concedente, statuit, ut Berengario archiepiscopo „vel eius successorum quolibet obeunte, nullus princeps, nullus castellanus, nulla omnino saecularis persona, episcopalia bona invadere, diminuere aut perturbare praesumat". Gall. Christ. VI. Instr. p. 41, Bouquet Rec. XV. 676, Mansi XXI. 826, Migne 188 p. 1542. — „Quoniam apostolicae sedis".

„ 9. | „ | 10218 Ecclesiam Narbonensem tuendam suscipit eiusque possessiones et privilegia confirmat, petente Berengario archiepiscopo. Ex Coll. Doat t. 55. f. 228, Coll. Baluze t. 82. f. 177 in bibl. nat. Paris. — „Quanto Narbonensis ecclesia".

„ 9. | „ | 10219 Ecclesiae Agathensi privilegium dat. (Fragmentum. Pro „Datum et Latum" lege „Dat. Laterani".) Copie du cart. de l'évêché d'Agde f. 1 ms. lat. 9999 in bibl. nat. nat. Paris.

„ 10. | „ | 10220 Ecclesiam S. Laudi Rotomagensem tuendam susclpit possessionesque confirmat, petente Osberto priore. Orig. in Arch. dép. de la Seine-infér. in Rouen. Fonds de St.-Lô de Rouen. — „Effectum iusta postulantibus".

„ 10. | „ | 10221 (6955) Ecclesiam S. Mariae Nemausensem, petente Aldeberto episcopo, tuendam suscipit, et eius possessiones ac privilegia confirmat. Gall. Chr. VI. Instr. p. 198, Germer-Durand Cart. de N. D. de Nimes p. 335, Migne 188 p. 1483. — „In eminenti apostolicae".

1156. *(Ind. 4. — 25. Sept. — 5, pont. a. 2. — 5. Dec. — 3, 1155. — 25. Mart. — 1156.)*

Dec. 10. Laterani — 10222 Monasterii Nonantulani possessiones ac iura confirmat, petente Alberto abbate. Fragm. ap. Gloria Cod. d. Pad. II. 16, Reg. ap. Pflugk-Harttung Iter p. 256. — „Cum omnibus ecclesiis".

„ 11. „ — 10223 Odone, abbate S. Dionysii petente, monasterii Calvimontis libertatem confirmat. Autogr. in tab. nat. Paris. L. 229. n. 11bis. — „Quoniam universarum".

„ 11. „ — 10224 Richardo, abbati Bernaiensi, bullam dat. Neues Archiv VII. 95. — „Religiosis desideriis".

„ 18. „ — 10225 (6956) Monasterii S. Dionysii tutelam suscipit possessionesque et privilegia confirmat, petente Odone abbate. Autogr. in tab. nat. Paris. L. 229. n. 14, (Doublet Hist. de St. Denys p. 501, Migne 188 p. 1485). — „Cum omnibus ecclesiis".

„ 20. „ — 10226 (6957) Ecclesiae Astensis tutelam suscipit, bonaque et iura, petente Anselmo episcopo, confirmat. Miscell. di storia Italiana XI. 131, (Ughelli It. sacr. IV. 365). — „In eminenti".

„ 27. „ — 10227 Ecclesiam maiorem Vercellensem tuendam suscipit, eiusque possessiones et privilegia confirmat. Pflugk-Harttung Iter p. 256. — „Effectum iusta".

„ 31. „ — 10228 Monasterii S. Petri Gandensis tutelam suscipit, bonaque et privilegia confirmat, petente Sigero abbate. Lokeren S. Pierre à Gand p. 149. — „Officii nostri nos".

„ 31. „ — 10229 Monasterii Malmesburiensis patrocinium suscipit, possessionesque et iura, rogatu Petri abbatis, confirmat, ea lege, ut auri uncia quotannis Lateranensi palatio persolvatur. Registrum Malmesbur. I. 355. — „Commissa nobis apostolicae".

„ 31. „ — 10230 (6958) Monasterii S. Bavonis Gandavensis protectionem suscipit, bonaque confirmat, petente Bettone abbate. Miraei Opp. dipl. IV. 21, Migne 188 p. 1487. — „Religiosam vitam eligentibus".

„ 31. „ — 10231 (6959) Monasterii S. Petri Aldenburgensis protectionem suscipit, possessionesque confirmat, petente Hermanno abbate. Chron. monast. Aldenburg. ed. Van de Putte p. 94, Migne 188 p. 1488. — „Effectum iusta postulantibus".

„ 31. „ — 10232 *Donationes ecclesiae Lucensi (Hispan.) factas confirmat. Neues Archiv VI. 301.

10233 *Monasterii Kirkstalensis protectionem suscipit et privilegia confirmat. Mon. Angl. nov. ed. V. 536.

10234 *Parthenoni S. Iuliae Brixiensi portum Placentinum asserit. Odorici Storie Bresciane V. 108, Cod. dipl. Bresciano III. 110.

10235 *Monasterium de Melsa tuendum suscipit, eiusque possessiones et iura confirmat. Chronica mon. de Melsa I. 108.

1154—1157.

10236 (6962) Petente Theobaldo, episcopo Parisiensi, concordiam inter Stephanum decessorem eius et Theobaldum archidiaconum compositam confirmat. (Fragmentum.) Theodori Poenitentiale II. 718.

1157. *(Ind. 5. — 25. Sept. — 6, pont. a. 3. — 5. Dec. — 4, 1156. — 25. Mart. — 1157.)*

10237 (6964) (Silvestro), abbati S. Augustini Cantuariensi, praecipit, ut intra dies 30 (Theobaldo) archiepiscopo „obedientiam exhibeat". Gervasii chron. 1157 ap. Twysden H. A. SS. I. 1379, in Opp. hist. ed. Stubbs I. 163, Migne 188 p. 1444 et 1491. — „Quanto amplius venerabilis".

Ian. 1. Laterani — 10238 Monasterii S. Nicolai de Pratis (Ribomontensis) protectionem suscipit, possessiones quasdam ac decumarum immunitatem confirmat, petente Richardo abbate. Cartul. de Ribemont. s. XIII. in tab. nat. Paris. LL. 1015. f. 3. — „Quotiens illud a".

„ 1. „ — 10239 Monasterii S. Nicolai de Pratis (Ribomontensis) patrocinium suscipit, ac possessiones confirmat, fratribusque liberum abbatis eligendi ius concedit. Stein Cart. de St. Nic. de Prés sous Ribem. p. 25. — „Religiosam vitam eligentibus".

„ 4. „ — 10240 (6965) Parthenonem S. Mariae Caramagnensem Anselmo episcopo Astensi confert. Ughelli It. sacr. IV. 365, Migne 188 p. 1491: „II. non. Ian."; Wiener Sitzungsber. XCIV. 666: „II. id. Ian.". — „Quae a praedecessoribus".

„ 4. „ — 10241 Nicolao abbate Corbeiensi petente, remissionem quadraginta dierum, a Guarino, episcopo Ambianensi, indicto die Corbeiae conventuris indultam approbat. Autographum, adhibitis incaute reagentiis, graviter mutilatum extat in Coll. Grenier t. 238. f. 2, Copia in Cartul. blanc de Corbie ms. lat. 17759. s. XIII—XIV. f. 31 in bibl. nat. Paris. — „Si quando a".

1157. *(Ind. 5. — 25. Sept. — 6, pont. a. 3. — 5. Dec. — 4, 1156. — 25. Mart. — 1157.)*

Ian. 4.	Laterani	10242 Monasterium Corbeiense tuendum suscipit, eiusque bona et iura, rogatu Nicolai abbatis, ea lege confirmat, ut quotannis uncia auri Lateranensi palatio persolvatur. In bibl. nat. Paris. Cart. noir de Corbie ms. lat. 17758. s. XIII. f. 222. — „Apostolicae sedis auctoritate".
„ 4.	„	10243 Nicolao abbati Corbeiensi donata a Nicolao episcopo Cameracensi altaria de Ischa et Berhem confirmat. In bibl. nat. Paris. l. l. f. 215, Cart. blanc ms. lat. 17759. s. XIII—XIV. f. 30. — „Quoties a fratribus".
„ 13.	„	10244 Ecclesiae Insulanae, prope Viennam sitae, tutelam suscipit, possessionesque et privilegia confirmat, petente Guidone priore. Chevalier Cart. de S. André-le-Bas p. 294. — „Religiosis desideriis dignum".
„ 13.	„	10245 Aldrico abbati S. Theoderici Remensis privilegium dat. Neues Archiv VII. 95. — „Religiosam vitam".
„ 19.	„	10246 (6966) W(ibaldo), abbati Stabulensi, haec scribit: „licet plurimi astruere moliantur, quod multa in Graecia, praeter opinionem contra nos et Romanam ecclesiam fueris machinatus, nos tamen huic assertioni fidem nolumus adhibere". Monet, consulat ecclesiae, „quoniam" inquit „circa carissimum filium nostrum, F(redericum), Romanorum imperatorem, quidam esse dicuntur, qui ad hoc modis omnibus elaborant, ut in animo eius sacrosanctae Romanae ecclesiae devotionem extinguant". Jaffé Bibl. I. 585, (Martene Coll. II. 597, Migne 188 p. 1492). — „Devotionem illam, quam".
„ 20.	„	10247 Ecclesiae Coloniensis protectionem suscipit, iuraque confirmat, petente Friderico archiepiscopo. Binterim Hermann der Zweite p. 47. — „Cum una sit".
Febr. 1.	„	10248 Monasterii S. Oswaldi Bardeneiensis protectionem suscipit, privilegiaque et possessiones confirmat, petente Gualtero abbate. Ex cod. Mus. Britt. Cotton. Vespas. E. XX. f. 11. Dedit K. Pertz. — „Religiosis desideriis dignum".
„ 6.	„	10249 Monasterii S. Florentii Salmuriensis possessiones confirmat. Ex D. Housseau t. V. n. 1784 in bibl. nat. Paris. Misit Delisle. (Cf. Bibl. de l'éc. des ch. XL. 163, Gall. Chr. XIV. 633).
„ 6.	„	10250 W(illelmo) Cenomanensi, B(ernardo) Namnetensi, M(atthaeo) Andegavensi, S(tephano) Redonensi episcopis mandat, ut reliquiis S. Florentii in capsa nova recondendis assistant et christianis ibidem convenientibus peccatorum remissionem indulgeant. Loewenfeld Epistolae p. 125. — „Dilecti filii nostri".
„ 6.	„	10251 Philippo abbati Salmuriensi eiusque fratribus adiudicat ecclesiam S. Gundulfi, ab R. abbate Virzionensi vindicatam. Marchegay Cartul. de St. Gondon sur Loire p. 33. — „Quotiens emergentes".
„ 13.	„	10252 (6967) Monasterii S. Mariae Zwettlensis protectionem suscipit possessionesque ac privilegia confirmat, petente Rapotone abbate. Fontes Rer. Austr. II. III. 48. — „Religiosis desideriis dignum".
„ 13.	„	10253 Ecclesiae Laudunensis protectionem suscipit, canonicorumque possessiones confirmat, petente Galtero episcopo. Cop. vid. a. 1332 in tabul. nat. Paris. L. 229. n. 13. — „Quotiens a nobis".
„ 16.	„	10254 (6968) Monasterii Ahusensis, rogatu Leopoldi abbatis, protectionem suscipit possessionesque et iura confirmat, iniuncto fratribus unius bizantii tributo annuo. Pflugk-Harttung Acta II. 357, (Lang Regesta I. 225). — „Religiosam vitam eligentibus".
„ 17.	(„)	10255 *Monasterio S. Pauli de Pugnano privilegium dat. Pflugk-Harttung Iter p. 256.
„ 17.	„	10256 Ecclesiae Salzburgensis tutelam suscipit, possessionesque confirmat. Eberhardo archiepiscopo pallii usum concedit, iuraque eius metropolitana statuit. Pflugk-Harttung Acta II. 359, (Meiller Reg. arch. Salisb. p. 78. n. 119). — „Cum ex iniuncto".
„ 17.	„	10257 (6969) Monasterii S. Zenonis Reichenhallensis protectionem suscipit, possessionesque ac iura confirmat, petente Eberhardo, archiepiscopo Salzburgensi. Mon. Boic. III. 537, Hund III. 511. — „Quoniam sine vere".
„ 18.	„	10258 (6970) Parthenonem S. Zachariae Venetum tuendum suscipit, eiusque possessiones confirmat, petente Giseltrude abbatissa. Cornelii Eccl. Ven. XI. 374, Migne 188 p. 1493, (Gloria Cod. dipl. Pad. II. 8). — „Apostolici moderaminis".
„ 18.	„	10259 Ecclesiae Carnotensis protectionem suscipit, possessionesque confirmat, petente Roberto episcopo. In bibl. nat. Paris. Livre noir de l'év. de Chartres ms. lat. 10096. s. XIII. f. 69, Livre blanc ms. lat. 11062. s. XIII. f. 10^b, ubi perperam bulla Alexandro adscripta est. — „Et ordo rationis".

1157. *(Ind. 5. — 25. Sept. — 6, pont. a. 3. — 5. Dec. — 4, 1156: — 25. Mart. — 1157.)*

Febr. 18.	Laterani	10260 Ordinis Cisterciensis instituta confirmat. In bibl. nat. Paris. Coll. Doat t. 17. f. 14; Ex cod. 35 monast. Hohenfurthensis Bohem. saec. XIV. mihi misit H. Grisar S. I. — „Ecclesia Romana“ „Sacrosancta Romana“.
„ 24.	„	10261 Ecclesiae Morinensis tutelam suscipit ac possessiones confirmat, petente Erembaldo decano. Mém. de la soc. acad. de Boulogne XII. 10, Duchet et Giry Cart. de Térouane p. 432, cf. ibid. p. 27. — „Quotiens illud a“.
Febr.Mart.	„	10262 (6963) Lanfranci, episcopi Laudensis, et Berardi, abbatis monasterii S. Sixti Placentini, controversiam de ecclesia S. Michaelis in Castronovo dirimit. (Dat. . . Martii.) Vignati Cod. dipl. Laud. I. 200, (Campi Hist. di Piac. II. 354, Migne 188 p. 1490). — „Ea, que inter“.
Mart. 1.	„	10263 Monasterium SS. Petri et Pauli (iuxta pontem marmoreum) Ariminense tuendum suscipit, eiusque possessiones et iura confirmat. Pflugk-Harttung Iter p. 256. — „Quoniam sine“.
„ 11.	„	10264 *Theobaldo cardinali, archipresbytero ecclesiae Cremonensis, permittit, ut possessiones suas ecclesiae Cremonensi donet. Vide tabulam Theobaldi ap. Aporti Mem. di stor. eccl. Cremon. II. 41.
„ 17.	„	10265 Theobaldo, archiepiscopo Cantuariensi, significat, sese Nigello episcopo Eliensi mandasse, ut alienata bona ecclesiae restituat; hunc vero, absente rege, id fieri non posse asseruisse; quare sese Nigello „a proximo festo S. Luciae“ (13. Dec.) inducias duxisse indulgendas. Interim vero suspensionis sententiam, quam in eum promulgaverat, relaxat. Regem commoneat ad exequendam restitutionem. Ex Mus. Britt. Mss. Cotton. Tit. A. 1. f. 46. Dedit Liebermann, (Acta SS. Iun. T. IV. 581).
„ 19.	„	10266 (6971) Monasterii Scotorum S. Iacobi Ratisponensis, rogatu Gregorii abbatis, tutelam suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat, imposito monachis bizantii unius censu annuo. Ried I. 224, Migne 188 p. 1494. — „Pie postulatio voluntatis“.
„ 28.	„	10267 Monasterii S. Mariae et S. Christophori Rafenensis tutelam suscipit possessionesque confirmat, petente Hugone abbate. Pflugk-Harttung Iter p. 257. — „Iustis religiosorum“.
„ 29.	„	10268 Petro archiepiscopo Bituricensi et Gualtero abbati fratribusque Millebeccensibus nuntiat, cassare se Anastasii IV. iudicium, quo monasterium Millebeccense abbatiae Parciacensi adiudicatum sit. Pflugk-Harttung Acta I. 222. — „Racionis integritas“.
„ 29.	„	10269 Ecclesiae Bituricensis tutelam suscipit, ac iura metropolitana, possessiones, privilegia confirmat. Petro archiepiscopo eiusque successoribus pallii crucisque prae se ferendae usum concedit. In bibl. nat. Paris. Coll. Baluze t. 79. f. 137. — „In eminenti culmine“.
Apr. 5.	„	10270 (6972) Monasterii S. Vitalis Ravennatis protectionem suscipit, bonaque confirmat, petente Alberico abbate. Margarini Bull. Cas. II. 177, Migne 188 p. 1495. — „Religiosam vitam“.
„ 13.	„	10271 Oberti episcopi Dertonensis eiusque successorum possessiones et iura confirmat. Botazzi Carte ined. di Tort. p. 29 teste Pflugk-Harttung Iter p. 257. — „In eminenti sedis“.
Mai. 12.	„	10272 *Roberto, episcopo Bathoniensi, privilegium dat. Eyton Court of Henry II. p. 121, ubi perperam ep. anno 1156 ascribitur.
„ 13.	„	10273 (6973) Ecclesiam S. Petri Guastallensem, rogatu Rainaldi archipresbyteri, tuendam suscipit et eius bona ac iura confirmat, imposito fratribus trium bizantiorum censu annuo. Affò Ist. di Guast. I. 341, Migne 188 p. 1497. — „Quoniam sine vere“.
„ 15.	„	10274 (6974) Monasterium b. Apollonii Canossense tuendum suscipit possessionesque eius, rogatu Manfredi abbatis, confirmat, imposito monachis sol(idorum) XX. censu annuo. Tiraboschi Mem. Mod. III. 33, Migne 188 p. 1498. — „Pie postulatio voluntatis“.
„ 18.	(„)	10275 (6975) Monasterium S. Mariae Pontiniacense tuendum suscipit, eiusque bona ac privilegia confirmat, petente Guizardo abbate. Quantin Cart. gén. I. 549, Martene Thes. III. 1231, Migne 188 p. 1500. — „Religiosis desideriis“.
„ 18.	„	10276 (6976) Parthenonis S. Mariae Carolicastrensis protectionem suscipit bonaque confirmat, petente Peronella abbatissa. Chifflet Lettre touchant Béatrix de Chalons p. 129, Migne 188 p. 1501. — „Dicatis Deo virginibus“.

1157. *(Ind. 5. 25. Sept. — 6, pont. a. 3. — 5. Dec. — 4, 1156. — 25. Mart. — 1157.)*

Mai. 21. Laterani — 10277 (6977) Ecclesiae Genevensis protectionem suscipit, pacemque inter Arducium episcopum et Amedeum, comitem Genevensem, factam confirmat. Spon Hist. de Gen. II. 14, Migne 188 p. 1503. — „Quotiens a fratribus".

„ 21. „ — 10278 (6978) Ecclesiae Genevensi asserit bona, a Friderico imperatore collata. Spon Hist. de Gen. II. 20, Migne 188 p. 1507. — „Cum ex iniuncto".

„ 21. „ — 10279 (6988) Hillini archiepiscopi Trevirensis, ap. sed. legati, privilegia et bona confirmat. Beyer M. U. I. 659, cf. II. 712. — „Ineffabilis providentia".

„ 21. „ — 10280 Canonicorum S. Antonini Placentinorum tutelam suscipit, bonaque et privilegia confirmat. Wiener Sitzungsber. XCIV. 667. — „Effectus (lege: Effectum) iusta postulantibus".

„ 23. „ — 10282 Ecclesiae Viennensis tutelam suscipit, possessionesque et privilegia confirmat. Stephano archiepiscopo concedit, ut crux ante eum per provinciam deferatur utque ecclesia eius nulli nisi legato, a latere suo destinato, subiaceat. Chevalier Cart. de S. André-le-Bas p. 297. — „In eminenti".

„ 23. „ — 10283 Monasterii S. Sixti Placentini tutelam suscipit, possessionesque et iura confirmat, petente Berardo abbate. Pflugk-Harttung Iter p. 257. — „Legimus in".

„ 26. Romae ap. S. Petrum — 10284 Monasterii S. Martini Albamarlensis patrocinium suscipit, possessionesque et privilegia confirmat, petente Petro abbate. Semichon Hist. de la ville d'Aumale I. 397. — „Religiosis votis annuere".

„ 28. Laterani — 10285 Ecclesiae Volaterrensis protectionem suscipit, possessionesque et iura confirmat, imposito canonicis sex denariorum Lucensium tributo annuo. Pflugk-Harttung Iter p. 257: „V. kal. Iun.", (Leoncini Ill. s. cat. di Volt. p. 312: „VI. kal. Iun."). — „Officii nostri nos".

„ 31. „ — 10286 (6979) Villano, archiepiscopo Pisano, subiicit Galtelinensem et Civitatensem episcopatus in Sardiniae iudicatu Gallurensi sitos ac episcopatum Populoniensem, „pro recompensatione episcopatuum", quos Hubertus, quondam archiepiscopus Pisanus, sedi Romanae concesserit. Insuper ei tribuit primatum super provinciam Turritanam, legationem Sardiniae, usum equi albi crucisque, ac pallium, quo utatur in consecratione Aleriensis, Aiacensis, Saguntini ac trium episcoporum, qui supra memorati sunt. (Pro „kal. Iun." legendum videtur „II. kal. Iun.", cf. Pflugk-Harttung Iter p. 257. Bulla haec certe eadem est, quam die XI. kal. Iun. datam esse memorat Ughelli It. sacr. III. 395. Numeros II et XI saepissime confundi, monui supra n. 7145.) Vivianus Praxis iurispatronatus p. 69. — „Tunc apostolice sedi".

Iun. 1. „ — 10287 Novum-monasterium tuendum suscipit bonaque eius confirmat, petente Helia abbate. In bibl. nat. Paris. ms. lat. 12685. (Monast. bened. XXVIII.) f. 177, ms. lat. 18394. (Dom Fonteneau XIX.) f. 55. — „Religiosis desideriis dignum".

„ 3. „ — 10288 (6980) Parthenonis Romaricensis patrocinium suscipit, possessionesque et iura confirmat, petente Iuditha abbatissa. Gall. Chr. XIII. Instr. p. 509, Annales de la soc. de Vosges XII. Cahier II. 272, Migne 188 p. 1508. — „Licet ex iniuncto".

„ 3. „ — 10289 M(atthaeum) ducem Lotharingiae graviter reprehendit, quod monasterium Romaricense infestare non desinat. Loewenfeld Epistolae p. 126. — „Quanto sacrosancta Romana".

„ 8. „ — 10290 (6981) Monasterii S. Blasii in nigra silva tutelam suscipit, bonaque et iura confirmat, petente Guntero abbate. Gerbert H. N. S. III. 82, Wirtemberg. Urkundenb. II. 111, Migne 188 p. 1510. — „Iustis religiosorum desideriis".

„ 8. „ — 10291 (6982) Monasterio S. Blasii asserit Burglensem, Eggenheimensem, Kaltenbacensem ecclesias. (Pro „VI. id. Iul." legendum videtur „VI. id. Iun.".) Gerbert H. N. S. III. 88, Migne 188 p. 1514. — „Ea, quae a fratribus".

„ 8. „ — 10292 (6983) Monasterium Engelbergense, rogatu Frowini abbatis, tuendum suscipit, et eius possessiones ac iura confirmat, imposito monachis unius aurei censu annuo. Gerbert H. N. S. III. 85, Migne 188 p. 1514. — „Effectum iusta postulantibus".

„ 10. „ — 10293 W(illelmo) abbati et fratribus Massiliensibus castrum de Sex-Furnis asserit. Transactionem cum filiis Raimundi de Gaufrido, Massiliensis vicecomitis, factam confirmat. Audiffret Annales de Six-Fours p. 88, Coll. des Cartulaires IX. 262. — „Etsi universis".

„ 10. „ — 10294 Inter monachos S. Victoris et canonicos S. Sepulcri Massilienses compositionem, a Willelmo, archiepiscopo Ebredunensi, factam confirmat. Coll. des Cartulaires IX. 365. — („Massiliense monasterium".)

1157. *(Ind. 5. — 25. Sept. — 6, pont. a. 3. — 5. Dec. — 4, 1156. — 25. Mart. — 1157.)*

Iun. 13.	Laterani	10295 (6984) Ecclesiam Gradensem, petente Henrico patriarcha, tuendam suscipit, et eius possessiones ac privilegia confirmat. Ughelli It. sacr. V. 1124, Mansi XXI. 822, Migne 188 p. 1516. — „Apostolicae officium“.
„ 13.	„	10296 (6985) Henrico, patriarchae Gradensi, concedit, „ut in Constantinopolitana urbe et in aliis civitatibus, in Constantinopolitano dumtaxat imperio constitutis, in quibus Veneti plures habeant ecclesias, liceat ei episcopum ordinare“ et consecrare. Ughelli It. sacr. V. 1126, Mansi XXI. 824, Migne 188 p. 1519, (Archives des missions scient. 2. sér. IV. 427). — „Inter omnia coeli“.
„ 13.	„	10297 (6986) Episcopis, duci, populo Venetiarum Henricum, patriarcham Gradensem, commendat. Nunciat, eidem ab (Lampridio) archiepiscopo Iadertino promissam obedientiam esse. Ughelli It. sacr. V. 1128, Mansi XXI. 825, Migne 188 p. 1520. — „Venerabilem fratrem“.
„ 15.	„	10298 (6987) Rodulfo, priori Camaldulensi, eiusque successoribus asserit monasterium Prataliense, a Ieronimo, episcopo Aretino, donatum. Mittarelli Ann. Cam. III. app. p. 496, Migne 188 p. 1521. — „Quotiens illud a nobis“.
„ 28.	„	10299 Monasterium SS. Cosmae et Damiani (Micam Auream) tuendum suscipit eiusque possessiones confirmat, petente Iohanne abbate. Pflugk-Harttung Acta II. 360. — „Religiosam vitam eligentibus“.
	„	10300 Monasterii S. Syri Ianuensis tutelam suscipit, bonaque et iura confirmat. Pflugk-Harttung Iter p. 258. — „Effectum iusta“.
Aug. 8.	Signiae	10301 Ecclesiam sanctae Crucis Colimbriensem tuendam suscipit, eiusque bona et iura confirmat, petente Teotonio priore. Portugalliae monum. hist. SS. I. 70. 71. — „Ad hoc universalis“.
„ 10.	„	10302 Ecclesiae Aberdonensis tutelam suscipit, possessionesque confirmat, petente Edwardo episcopo. Registrum ep. Aberd. I. 5. — „Cum ex iniuncto“.
Sept. 11.	Anagniae	10303 (6989) Ecclesiam Ravellensem tuendam suscipit et possessiones eius confirmat, petente Iohanne episcopo. Ughelli It. sacr. I. 1185, Migne 188 p. 1522. — „Piae postulatio voluntatis“.
„ 20.	„	10304 (6991) Friderico, Romanorum imperatori, exprobrat, quod sacrilegam E(skilli) archiepiscopi Lundensis comprehensionem, neglectis admonitionibus suis, impunitam adhuc tulerit. Memorat coronam imperatoriam a sese ei „collatam“, additque haec: „neque tamen poeniteret nos tuae desideria voluntatis in omnibus implevisse, sed si maiora beneficia excellentia tua de manu nostra suscepisset, si fieri posset, non immerito gauderemus“. Veretur autem, „ne forte suggestione perversi hominis, zizania seminantis, adversus Romanam ecclesiam et se ipsum indignationem aliquam conceperit“. Bernhardum, S. Clementis presbyterum, et Rolandum, S. Marci presbyterum cardinalem et cancellarium, legatos suos, commendat. Ragewini Gest. Frid. L. III. c. 9 in MG. SS. XX. 420, (Mansi XXI. 789, Migne 188 p. 1525). — „Imperatoriae maiestati“.
„ 26.	„	10305 Monasterium S. Petri de Cella (seu S. Ulrici) tuendum suscipit, bonaque eius et iura confirmat, petente Girardo priore. Neues Archiv II. 211. — „Apostolice sedis“.
„ 28.	„	10306 Ecclesiae S. Leonardi de Lamavolaria tutelam suscipit possessionesque et iura confirmat, ea lege, ut uncia auri (quotannis) Lateranensi palatio solvatur. Pflugk-Harttung Iter p. 258. — „Effectum iusta“.
Oct. 11.		10307 Aldebrandino et Bernardino, filiis Ubolini, comitis de Calinangiare (al. Calmaiare) ac Scarlatano de Radicofano et Orlandino, eius fratri, et filiis Belizi praedia quaedam Romanae ecclesiae beneficiaria tribuit. Muratori Ant. It. I. 631, Pflugk-Harttung Acta II. 361, Migne 188 p. 1532. — „In nomine“ „Ego Adrianus“.
Nov. 4.	Laterani	10308 (6992) Hospitalis S. Blasii iuxta Modoetiam possessiones confirmat. Giulini Mem. d. Mil. VI. 529, cf. p. 79. (Pro „II. Nov.“ leg. „II. non. Nov.“.) — „Religiosam vitam“.
„ 10.	„	10309 (6993) Monasterium S. Dionysii Mediolanense tuendum suscipit, eiusque bona et privilegia confirmat, petente Wilfredo abbate. Muratori Ant. It. V. 1035, Migne 188 p. 1527. — „Iustis religiosorum“.
„ 11.	„	10310 (6994) Parthenonis S. Nicolai Fussenichensis protectionem suscipit, bonaque ac privilegia confirmat, petente Iepa priorissa. Hugo O. P. A. Pr. p. 570, Lacomblet Urkdb. IV. 775. — „Prudentes virgines“.

1157. *(Ind. 5. — 25. Sept. — 6, pont. a. 3. — 5. Dec. — 4, 1156. — 25. Mart. — 1157.)*

Nov. 11.	Laterani	10311 (6995) Ecclesiae S. Iohannis Hambornensis protectionem suscipit, bonaque ac privilegia confirmat, petente Gernodo praeposito. (Signa chronologica sunt mendosa.) Hugo O. P. A. I. Pr. p. 631, Binterim u. Mooren Erzd. Köln III. 133. — „Quoties illud a“.
„ 15.	„	10312 Monasterii S. Columbae Senonensis protectionem suscipit possessionesque et privilegia confirmat, petente Odone abbate. In bibl. nat. Paris. ms. lat. 12777. f. 647, (Quantin Cartul. gén. de l'Yonne II. 87). — „Desiderium, quod ad“.
Dec. 1.	„	10313 (6996) Parthenonis S. Spiritus Paraclitensis protectionem suscipit ac possessiones confirmat, petente Heloisa abbatissa. Abaelardi et Heloisae Opp. p. 353, Lalore Coll. des cart. II. 17, (Migne 188 p. 1529). — „Ad hoc nobis a“.
„ 1.	„	10314 Parthenonis S. Spiritus Paraclitensis tutelam suscipit, bonaque et iura, petente Heloisa abbatissa, ea lege confirmat, ut unus obolus aureus Lateranensi palatio quotannis persolvatur. Lalore Coll. des cart. II. 18. — „Prudentes virgines“.
„ 13.	„	10315 Monasterium Casae-dei protegendum suscipit, eiusque possessiones et privilegia confirmat, petente Iordano abbate. (Bulla francogallice reddita legitur in) Mém. de l'acad. de Clermont-Ferrand XIX. 88, Mon. pont. Arverniae p. 236, (Pflugk-Harttung Iter p. 258: „Cum omnibus“). — „La demande provenant d'une pieuse volonté“ („Piae postulatio voluntatis“).
„ 30.	„	10316 (6997) Monasterii Berchtesgadensis protectionem suscipit et eius bona ac iura confirmat, petente Henrico praeposito. Hund II. 161. — „Religiosis votis annuere“.
„ 30.	„	10317 (6998) Monasterium Chiemseense tuendum suscipit et eius possessiones confirmat, petente Udalrico praeposito. Hund II. 238, Mon. Boic. II. 388. — „Religiosam vitam eligentibus“.
„ 30.	„	10318 (6999) Capituli Salzburgensis privilegia et possessiones confirmat. Kleimayrn Nachr. v. Iuv. p. 540.
„ 30.	„	10319 (7000) Ecclesiam S. Rudberti Salzburgensem tuendam suscipit et eius bona ac iura, petente Hugone praeposito, confirmat. Hansizii Germ. Sacr. II. 254, Migne 188 p. 1529. — „Quotiens illud a nobis“.
„ 30.	„	10320 Hospitalis S. Crucis (in insula Brixinensi) tutelam suscipit ac possessiones confirmat, petente Richerio fundatore et rectore. Ex autogr. arch. capit. Brix. misit H. Grisar. S. I. Cf. Sinnacher Beitr. z. Gesch. v. Säben u. Brixen III. 382. — „Effectum iusta postulantibus“.
		10321 (7001) Archiepiepiscopis et episcopis Germaniae queritur iniurias a Friderico imperatore legatis suis, Bernhardo et Rolando, illatas. „In hoc facto“ inquit „non solum nostra, sed vestra et omnium ecclesiarum res agi dinoscitur“. Mandat, enitantur, ut imperator „a Reinaldo cancellario suo et palatino comite, qui magnas blasphemias in praefatos legatos evomere praesumpserit, evidentem satisfactionem faciat exhiberi“. Ragewini Gest. Frid. L. III. c. 15 in MG. SS. XX. 425, (Mansi XXI. 790, Migne 188 p. 1531). — „Quoties aliquid“.
		10322 Ecclesiae S. Michaelis Antwerpiensis tutelam suscipit, ac disciplinam, possessiones et privilegia confirmat, petente Emelino abbate. („1157. p. a. 3.“) Analectes p. s. à l'hist. eccl. de la Belgique II. 25. — „Religiosis desideriis dignum“.
		10323 Ecclesiae Bracarensis possessiones et privilegia confirmat, petente Iohanne archiepiscopo. (Fragmentum.) Cardoso Agiologio Lusitano I. 13. — „Concedimus atque“.
		10324 *Monasterio S. Albani „duo maxima privilegia, primum de pontificalibus ornamentis, secundum de ecclesiae libertatibus“ concedit. Gesta abb. S. Alb. ed. Riley I. 132.

1154—1158.

	Romae ap. S. Petrum	10325 Pactum inter Ansaldum, archipresbyterum Pravazensem et abbatem monasterii Vallis-Tollensis factum approbat. Wiener Sitzungsber. XCIV. 667.

1155—1158.

Ian. 10.	Romae ap. S. Petrum	10326 (7003) Canonicis Calvimontensibus interdicit, ne ecclesiae bona alienent; iam pridem enim decretum esse, ut in eorum ecclesia fratres monasterii S. Dionysii collocarentur. Doublet Hist. de St. Denys p. 502, Migne 188 p. 1533. — „Non potest aliqua“.
„ 29.	„	10327 (7004) Henrico, episcopo Bellovacensi, D. epistolae huius latorem commendat. Martene Coll. II. 638, Migne 188 p. 1534. — „Quia plurimum de“.

1155—1158.

Febr. 1.	Romae ap. S. Petrum	10328 (7005) Canonicis ecclesiae Pisanae permittit, ut qui possessiones quasdam ecclesiasticas vi occupatas reddere nolint, poenas de iis capiant. Ughelli It. sacr. III. 397; ap. Tronci Ann. di Pisa p. 85 bulla haec Anastasio IV. ascribitur. — „Etsi commissum“.
Iul. 23.	Viterbii	10329 Fratribus montis S. Michaelis asserit ecclesiam de Pentorsum, ab Henrico, quondam Anglorum rege, donatam. In bibl. nat. Paris. Coll. Moreau t. 67. f. 92. — „Quotiens a viris religiosis“.
„ 20.	„	10509 (7090) (Henrico), episcopo Augustodunensi, praecipit, ut abbati Trenorciensi investituram ecclesiae de Petraficta intra dies 20 concedat. Iuenin Nouv. hist. de Tournus Pr. p. 165, Migne 188 p. 1602. — „Dilectus filius noster“.

1157—1159.

Apr. 20. Laterani 10510 Ansoldo abbati et fratribus Compendiensibus indulget, ne quis ab eis „decimas laborum infra parochiam ecclesiae“ exigere praesumat. Parisiis in tabul. nat. Cartul. S. Cornel. Compend. s. XIII. LL. 1622. f. 136[b], in bibl. nat. Cartul. s. XVII. ms. lat. 9171. f. 12. — „Iniuncti nobis a Deo“.

„ 22. „ 10511 Canonicorum S. Mariae Blesensium iura quaedam confirmat, statuitque, ut in ecclesia S. Karilephi eis subiecta „ordo canonicus observetur“. (Aut falsa bulla aut male descripta.) Chartul. de Burgo-medio Bles., Coll. Housseau 12. I. f. 73[b] in bibl. nat. Paris. — „Iustis postulantium desideriis“.

„ 26. „ 10512 Adae abbati et fratribus S. Andreae de Novo-castello permittit, ut silvas in propriis allodiis sitas ad facienda novalia disrumpant. Pflugk-Harttung Acta I. 227. — „Iustis petentium desideriis“.

„ 27. „ 10513 Hen(rico) Tullensi, S(tephano) Metensi et A(lberto) Virdunensi episcopis mandat, compellant sacerdotes, qui ab I(sembaldo) abbate Gorziensi investituram temporalium acceperint, ut eidem super his respondeant. Pflugk-Harttung Acta I. 227. — „Apostolicae sedis mandata“.

Mai. 5. „ 10514 (7091) (Berengario) archiepiscopo Narbonensi et eius suffraganeis atque Raimundo, episcopo Magalonensi, R. priori, archidiaconis et universae ecclesiae populo mandat, ut Guillelmi domini Montispessulani et fratris eius Hierosolymam profecti bona tueantur; quae qui invaserint, eos excommunicari iubet. Gariel Ser. I. 195, Bouquet Rec. XV. 683, Migne 188 p. 1603. — „Dilectum filium nostrum“.

„ 7. „ 10515 (Iohanni) episcopo Patavino adiudicat plebem Liminensem ab Uberto, episcopo Vicentino, affectatam. Dondi Dissertazioni VI. docum. p. 39, Gloria Cod. d. Padov. II. 21. — „Ea, quae in“.

„ 9. „ 10516 (7092) Universum capitulum ecclesiae S. Crucis Aurelianensis reprehendit, quod contra praeceptum suum Hugoni, Ludovici Francorum regis cancellario, dimidiam praebendae partem subtraxerint; quam iubet intra dies 20 restitui. Duchesne Hist. Fr. SS. IV. 587, Bouquet Rec. XV. 678, Mansi XXI. 805, Migne 188 p. 1603. — „Miramur plurimum et“.

„ 10. „ 10517 Sothfredo priori et canonicis S. Mariae de Excubiis asserit pascua de Cicerino et quaedam alia, ab A. de Turre eiusque consortibus collata. Doc. inéd. rel. au Dauphiné I. 94. — „Iustis petentium desideriis“.

„ 11. „ 10518 (7093) Hugonem, Ludovici Francorum regis cancellarium, sacramento solvit, quod post maiorem archidiaconatum ecclesiae Atrebatensis acceptum G(odescalco) episcopo dixerit, ad nutum episcopi sese cancellaria abdicaturum. Duchesne Hist. Fr. SS. IV. 586, Bouquet Rec. XV. 679, Mansi XXI. 804, Migne 188 p. 1604. — „Illius devotionis et“.

„ 11. „ 10519 (7094) (Godescalco), episcopo Atrebatensi, de dissoluto Hugonis cancellarii sacramento significat. Duchesne Hist. Fr. SS. IV. 587, Bouquet Rec. XV. 680, Mansi XXI. 806, Migne 188 p. 1605. — „Illius devotionis et“.

„ 11. „ 10520 (7095) (Samsoni), archiepiscopo Remensi, apostolicae sedis legato, mandat, ut Hugoni cancellario altare quoddam, nisi episcopus Atrebatensis intra dies 40 reddiderit, ipse reddat. Duchesne Hist. Fr. SS. IV. 588, Bouquet Rec. XV. 679, Mansi XXI. 808, Migne 188 p. 1605. — „Dilectus filius noster“.

„ 11. „ 10521 (7096) (Godescalcum), episcopum Atrebatensem, de superiore epistola certiorem facit. Duchesne Hist. Fr. SS. IV. 588, Bouquet Rec. XV. 679, Mansi XXI. 807, Migne 188 p. 1606. — „Dilectus filius noster“.

„ 11. „ 10522 (7097) Decano, cantori et universo capitulo Parisiensi praecipit, ut „praeposituram, quae in Parisiensi ecclesia, et domos, quae in claustro eiusdem ecclesiae dehinc primum vacaverint“, Hugoni, Francorum regis cancellario, tribuant. Duchesne Hist. Fr. SS. IV. 592, Bouquet Rec. XV. 680, Mansi XXI. 812, Migne 188 p. 1606. — „Ecclesiasticas personas“.

„ 11. „ 10523 (7098) Ecclesiae Trevirensis archidiaconis praescribit, ut Hy(llino) archiepiscopo, apostolicae sedis legato, obediant, neve „investituram ecclesiarum absque illius notitia et assensu sacerdotibus de cetero concedant“. (Fortasse ad a. 1157 redigendum; cf. 10279.) Günther Cod. dipl. Rh. Mosel. I. 355, Beyer M. U. I. 659, Migne 188 p. 1607. — „In eminenti apostolicae“.

1157—1159.

Mai. 14. Laterani 10524 „Tam clericis quam laicis, monachis, hospitalariis, templariis et universis in Argentia in agricultura laborantibus“ praecipit, ut „decimam, quam in tota Argentia de fundis novarum terrarum, praesentialiter laboratarum aut imposterum laborandarum Raimundus, archiepiscopus Arelatensis, in transactione cum Ildefonso comite Tolosano facta retinuerit, persolvant.“ Loewenfeld Epistolae p. 130. — „Ex iniuncto nobis“.

„ 22 „ 10525 Monasterii S. Stephani Cadumensis protectionem suscipit, petente Willelmo abbate. Autogr. in Arch. dép. du Calvados, in Caen, fonds de St.-Etienne n. 15, (Copia in bibl. nat. Paris. Chartes de St.-Etienne de Caen, ms. lat. nouv. acqu. 1406, cuius folia numeris adhuc carent). — „Iustis petentium desideriis“.

„ 23. „ 10526 Monasterii S. Victoris Parisiensis decimas alienari vetat, rogatu Acardi abbatis. Autograph. in tabul. nat. Paris. L. 229. n. 8. — „Iustis petentium desideriis“.

„ 24. „ 10527 In parochiis ecclesiae S. Frigdiani Lucensis novas ecclesias sine eius licentia aedificari vetat. Pflugk-Harttung Iter p. 261. — „Et iniuncti“ „Iniuncti nobis“.

26. „ 10528 Fratribus Cluniacensibus scribit, se mandasse A(ldeberto) episcopo Nemausensi et B(ertrando) abbati S. Aegidii, ut iudicent inter eos et R(aimundum) archiepiscopum Arelatensem, de abbatia S. Gervasii de Fos litigantes. Goiffon Bull. de St.-Gilles p. 76. — „Venerabilis frater noster“.

10529 Monasterium S. Mariae Igniacense tuendum suscipit, possessionesque confirmat, petente Gaufrido abbate. In bibl. nat. Paris. Chartul. Igniacens. ms. lat. 9904. s. XIII. f. 1b, (Pécheнard Hist. d'Igny p. 559). — „Quoniam sine verae“.

1159. *(Ind. 7, pont. a. 5, 1158.—25. Mart.—1159.)*

(Ian.) 10530 (7058) Friderico imperatori, ut Guido, ecclesiae Romanae subdiaconus, praeponatur ecclesiae Ravennati optanti, non obsequitur; „convenientius siquidem est“ inquit „ut qui filius et clericus est Romanae ecclesiae ab eius gremio non recedat“. Ragewini Gesta Frid. L. IV. c. 17 in MG. SS. XX. 454, Mansi XXI. 795, Migne 188 p. 1579. Cf. Wagner Eberhard II. von Bamberg p. 102. — „Qualiter superni“.

„ 1. Laterani 10531 (7100) Monasterii S. Trinitatis de Monte-sacro possessiones et privilegia confirmat, imposito monachis dimidiae auri unciae tributo annuo. Ughelli It. sacr. VII. 826, Migne 188 p. 1608. — „Religiosam vitam eligentibus“.

„ 4. „ 10532 Ugoni abbati et fratribus S. Quintini (de Monte) asserit villam Alaniam, ab Adelide, domina de Perona, assensu b. m. Radulfi Viromandorum comitis, collatam. In bibl. nat. Paris. Coll. Moreau t. 67. f. 60. — „Que viris ecclesiasticis“.

„ 7. „ 10533 Quod monasterio S. Ruffi Stephanus de Villari et filius eius in portu Lugdunensi donaverant, id confirmat. Raimundo abbati eiusque successoribus liberum eiusdem portus transitum asserit. Guigue Cartul. Lyonnais I. 58. — „Que pietatis intuitu“.

„ 14. „ 10534 Ecclesiae S. Stephani de Maleselino (al. Malesisino) tutelam suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat, petente Manfredo archipresbytero. Wiener Sitzungsber. XCIV. 667, Pflugk-Harttung Iter p. 258 et 808 n. 1034. — „Quotiens illud“.

„ 16. „ 10535 (7101) Nigellum, episcopum Eliensem, „a suspensionis sententia relaxat ea lege, ut in praesentia Theobaldi, archiepiscopi Cantuariensis, promittat, ut bona ecclesiae suae restauret, alienataque et abstracta ad ecclesiam revocet“. Vide Acta SS. Iun. T. IV. 581. (Epistola integra extat in Mus. Britt. ms. Cotton. Tit. A. 1. f. 48, ut me docet F. Liebermann.)

(„ 16.) „ 10536 (7103) Henrico, Anglorum regi, scribit, Nigellum episcopum Eliensem a suspensionis sententia ea lege liberatum esse, ut „in praesentia Theobaldi, archiepiscopi Cantuariensis, iuret, restitutioni bonorum S. Edeldredae (Eliensis) studere et aliquas possessiones ecclesiae amodo non infeudare“. Hortatur, cogat Will(elmum) comitem Warennae, comitem de Clare, comitem Albericum, Gaufridum Martel, Henricum filium Geroldi, Robertum filium Umfridi, Iohannem de Portu, ut ecclesiae Eliensis bona restituant; quod nisi infra 4 menses fecerint, ab archiepiscopis et episcopis Angliae eos excommunicari, se iussisse nuntiat. Ex Mus. Brittan. ms. Cotton. Tit. A. 1. f. 47. Dedit F. Liebermann. (Vide Acta SS. Iun. T. IV. 581.) — „Quanto amplius“.

„ 16. „ 10537 (7102) Theobaldo Cantuariensi et Rogero Eboracensi archiepiscopis et episcopis

1159. *(Ind. 7, pont. a. 5, 1158.—25. Mart.— 1159.)*

Angliae eiusdem argumenti litteras dat. Ex Mus. Britt. l. ll. Dedit F. Liebermann. (Vide Acta SS. Iun. T. IV. 581.)

Ian. 21. Laterani 10538 Gervasio, abbati S. Benedicti super Padum, concedit „facultatem correctionis et abbatis electionis cum monasterio S. Pontiani Lucensi et vice versa, sub annuo censu trium bizantiorum". Hoc regest. ap. Pflugk-Harttung Iter p. 261. — „Suscepte officium".

„ 29. „ 10539 (7104) Ecclesiam S. Stephani Constantiensem tuendam suscipit, eiusque bona ac privilegia confirmat, petente Folcardo praeposito. („IIII. kal. Febr.") Neugart C. D. A. II. 91, Wirtemberg. Urkundenb. II. 119, Meyer Thurg. Urk. II. 171, Migne 188 p. 1611. — „Effectum iusta postulantibus".

Febr. 3. „ 10540 Monasterii S. Rufini, iuxta lacum Mantuanum siti, patrocinium suscipit, eiusque possessiones et privilegia confirmat, petente Christiano abbate. Wiener Sitzungsber. XCIV. 667. (Etiam in schedis Jafféi.) — „Quotiens illud".

„ 5. „ 10541 (7108) Monasterii Ierichoensis protectionem suscipit, possessionesque, ab Hartwigo archiepiscopo Hamburgensi tributas, confirmat, petente Isfrido praeposito. (Clausulam bullae affert Mülverstedt Regest. arch. Magdeb. II. 781.) Lappenberg Hamb. Urk. I. 202, Ledebur Neues allg. Archiv I. 369, Riedel Cod. dipl. Brand. I. III. 83, Migne 188 p. 1618. — „Iustis religiosorum desideriis".

„ 8. „ 10542 (7105) Monasterium S. Augustini Lemovicense tuendum suscipit et eius bona ac iura confirmat, petente Petro abbate. Gall. Chr. II. Instr. p. 180, Migne 188 p. 1613. — „Quoties illud a".

„ 10. „ 10543 Concambium inter Herbertum sacristam ac R(otrodum) episcopum Ebroicensem ac W(illelmum) decanum de domo quadam factum comprobat. (In hunc annum posui, quia tunc temporis Rotrodum Ebroicensem Romae moratum esse, patet ex ep. 10546.) Cart. du chap. d'Evreux s. XIII—XIV. f. 3[b] in Arch. dép. de l'Eure in Evreux. — „Si rationabilibus".

„ 12. „ 10544 Pactum inter Gilbertum abbatem S. Stephani Divionensem et fratres SS. Geminorum factum et a G (lege: Eraclio) archiepiscopo Lugdunensi et G(altero) episcopo Lingonensi firmatum approbat. In bibl. nat. Paris. Cartul. S. Steph. Divion. ms. lat. 17082. II. f. 74. — „Iustis petentium desideriis".

„ 17. („) 10545 *Monasterii Rastedensis bona et „monachicam institutionem" confirmat. (Mendosa sunt signa temporis: „Ind. III, 1158, p. a. III.") Vide Hist. mon. Rasted. c. 15 in MG. SS. XXV. 504.

„ 18. „ 10546 (7106) Ludovici, Francorum regis, consilium laudat, „ad paganorum barbariem debellandam simul cum Henrico, Anglorum rege, in Hispaniam properare" cogitantis. Verum et nimiam festinationem dissuadet, et hortatur, „ut prius necessitatem terrae per principes illius regni inspiciat et consideret et tam illius ecclesiae, quam principum et populi voluntatem diligenter inquirat et ab iis consilium, sicut deceat, accipiat". „Debet enim" inquit „serenitatis tuae celsitudo recolere, qualiter, cum tam Conradus, quondam rex Romanorum, quam tu ipse, inconsulto populo terrae, Hierosolymitanum iter minus caute aggressi estis, speratum fructum non perceperitis". Itaque apostolicam populi exhortationem, per (Rotrodum) episcopum Ebroicensem expetitam, differt. Sed regni eius protectionem suscipit. Duchesne Hist. Fr. SS. IV. 590, Bouquet Rec. XV. 689, Aguirre Conc. V. 71, Mansi XXI. 810, Migne 188 p. 1615. — „Satis laudabiliter et".

„ 21. „ 10547 (7107) Ecclesiae Hamburgensis patrocinium suscipit, possessionesque confirmat, petente Hartwigo archiepiscopo. Lappenberg Hamb. Urk. I. 200, Migne 188 p. 1617. — „Cum ex iniuncto".

„ 27. „ 10548 (7109) (Willelmo), episcopo Cenomannensi, mandat, iudicet inter monachos Cluniacenses et W(illelmum) de Alta-faia, de ecclesia Rochae-Boviscurtis litigantes. Bouquet Rec. XV. 691, Migne 188 p. 1619. — „Super causa de".

„ 27. „ 16549 (7110) Priorem et monachos de Rocha-Boviscurti de superiore epistola certiores facit. Bouquet Rec. XV. 691, Migne 188 p. 1620. — „Super causa, quae".

„ 27. „ 10550 Monasterii S. Mariae Bullionensis protectionem suscipit, ac possessiones confirmat. In bibl. nat. Paris. Coll. Moreau t. 69. f. 90. — „Effectum iusta postulantibus".

Mart. 4. „ 10551 (7111) Monasterium S. Maglorii Parisiense tuendum suscipit et eius bona ac iura,

1159. *(Ind. 7, pont. a. 5. 1158.—25. Mart.—1159.)*

petente Petro abbate, confirmat. Gall. Chr. VII. Instr. p. 67, Migne 188 p. 1621. — „Religiosam vitam eligentibus“.

Mart. 4. | Laterani | 10552 (7112) Monasterii Vallis S. Mariae protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia, petente Dudelino abbate, confirmat. Orig. Guelf. III. 535, Migne 188 p. 1623. — „Religiosam vitam eligentibus“.

„ 5. | „ | 10553 (7113) H(ugoni) electo et universo capitulo Suessionensi significat, se praebendam, quam electus ante habuisset, Witto decano „ita concessisse et investivisse, ut eadem praebenda deberet de cetero ad decanatus officium pertinere“. Martene Coll. II. 653, Bouquet Rec. XV. 692, Migne 188 p. 1625. — „Satis utiliter providemus“.

„ 7. | „ | 10554 Monasterii S. Germani de Pratis Parisiensis tutelam suscipit, possessionesque et privilegia confirmat, petente Theobaldo abbate. Autograph. in tab. nat. Paris. L. 229. n. 15. — „Effectum iusta postulantibus“.

„ 12. | „ | 10555 Ecclesiae Caietanae tutelam suscipit possessionesque et privilegia, petente Iacintho episcopo, confirmat. Wiener Sitzungsber. XCIV. 667, (D'Avino Cenni storici p. 238). — „Effectum iusta postulantibus“.

„ 14. | „ | 10556 Raimundo abbati et fratribus S. Ruffi asserit insulam Esparveriam, ab Odone episcopo Valentinensi eo tenore donatam, ut monasterium S. Ruffi ibi collocetur. Cod. dipl. ord. S. Ruffi, quem composuit et possidet Ulyxes Chevalier Romanensis, f. 12. (Cf. Gall. Chr. XVI. 355.) — „Quanto ecclesiam vestram“.

„ 14. | „ | 10557 (7114) Monasterium S. Clementis Piscariense tuendum suscipit, eiusque bona ac privilegia confirmat, petente Leonato abbate. Chron. Casaur. ap. Muratori R. It. SS. II. II. 898, Mansi XXI. 827, Migne 188 p. 1625. — „Effectum iusta“.

„ 28. | „ | 10558 (7115) Monasterii S. Martini Murensis patrocinium suscipit, bonaque et iura, petente Conone abbate, confirmat. Gerbert H. N. S. III. 91, Quellen z. Schweiz. Gesch. III. II. 114, Migne 188 p. 1626. — „Officii nostri nos“.

Apr. 1. | „ | 10559 (7116) Monasterii Pruefeningensis tutelam suscipit, bonaque ac iura confirmat petente Erbone abbate. Hund III. 134, Migne 188 p. 1628. — „Ad hoc universalis“.

„ 6. | „ | 10560 (7117) Monasterii S. Iohannis Blaubeurensis, rogatu Werneri abbatis, protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat, imposito monachis bisantii unius censu annuo. Besold Doc. red. p. 567, Petri Suev. eccl. p. 180, Wirtemberg. Urkundenb. II. 125, Migne 188 p. 1629. — „Religiosam vitam eligentibus“.

„ 8. | „ | 10561 Monasterio Carrofensi asserit ecclesias quasdam, a C(alone) quondam episcopo Pictaviensi in praesentia P(etri) abbatis Cellensis resignatas. In bibl. nat. Paris. ms. lat. 18379 (Dom Fonteneau IV.) f. 40, (Mém. de la soc. des antiquaires de l'ouest IV. 141). — „Iustis petentium desideriis“.

„ 19. | „ | 10562 Ecclesiae Tranensis protectionem suscipit, possessionesque confirmat ac iura quaedam statuit, petente Bertrando archiepiscopo. Prologo Le carte di Trani p. 111. — „Cum ex iniuncto nobis“.

„ 29. | („) | 10563 Monasterii S. Eparchii Engolismensis protectionem suscipit ac possessiones, rogatu Seguini abbatis, confirmat, ea lege ut sibi suisque successoribus duo byzantii persolvantur. Coll. Moreau t. 69. f. 123 in bibl. nat. Paris. — „Religiosis desideriis dignum“.

Mai. 1. | „ | 10564 *Monasterium S. Michaelis Marturiense tuendum suscipit, eiusque bona et privilegia confirmat. Wiener Sitzungsber. XCIV. 668.

„ 9. | „ | 10565 Monasterii Aquaecurtensis possessiones confirmat. Inventaire des arch. de Lille p. 36.

„ 12. | „ | 10566 (7118) Ecclesiae S. Opportunae Parisiensis protectionem suscipit bonaque confirmat. Félibien Hist. de Paris III. 33, Migne 188 p. 1630. — „Piae postulatio voluntatis“.

„ 13. | „ | 10567 (7119) W(elfoni) duci monasterium S. Sixti Placentinum, iuris S. Petri, defendendum commendat. Muratori Ant. Est. I. 308, Affò Ist. di Guast. I. 345. — „Monasterium S. Systi“.

„ 13. | „ | 10568 Sententiam pro Dodone episcopo Oscensi contra Guillelmum Rotensem episcopum super ecclesia de Barbastro latam a b. m. Eugenio papa (cf. 8717) confirmat, itemque concordiam inter Dodonem et b. m. Bernardum episcopum Caesaraugustanum factam. Oscensis episcopatus terminos constituit. Ramon de Huesca Iglesias de Aragon VI. 449. — „Que iudicii veritate“.

1159. *(Ind. 7, pont. a. 5, 1158.—25. Mart.— 1159.)*

Mai. 23.	Laterani	10569 Ecclesiae sanctarum Virginum Coloniensis protectionem suscipit bonaque confirmat. Lacomblet Urkundenbuch IV. 777. — „Dicatis Deo sororibus".
„ 23.	„	10570 Parthenonis Coningstorpensis tutelam suscipit ac possessiones confirmat. Autogr. in ms. lat. 9271. n. 20 in bibl. nat. Paris. — „Dicatis Deo virginibus".
„ 26.	in Lateranensi palatio	(in consistorio, in domo scilicet nova, quae dicitur Leonis papae). Vide tabulam ap. Muratori Ant. It. I. 675.
„ 27.	Tusculani	10571 Raimundo abbati et fratribus S. Ruffi concedit, ne quis decimas eorum usurpare vel in eorum territorio oratorium aedificare praesumat. Cod. dipl. ord. S. Ruffi, quem composuit et possidet U. Chevalier Romanensis f. 11, (Gall. Chr. XVI. 360). — „Iustis petentium desideriis".
„ 30.	„	10572 (7120) Compositionem factam inter Hugonem, abbatem Praemonstratensem, et Gualterum, episcopum Laudunensem, confirmat. Le Paige Bibl. Praem. p. 433, Migne 188 p. 1632. — „Ea, quae compositione".
„ 30.	„	10573 Ecclesiae S. Petri Archiacensis tutelam suscipit, possessionesque et privilegia, petente Raimundo priore, ea lege confirmat, ut census annuus trium solidorum afforciatorum Lateranensi palatio persolvatur. Cholet Cart. de Baigne p. 19. — „Religiosis votis annuere".
Iun. 15.	Anagniae	10574 Bullam hoc die datam in tabulario mon. S. Michaelis de Tonnerre se vidisse memorant auctores operis: Nouveau traité de dipl. V. 272. n. 3.
„ 24.		†10575 (7121) Fridericum imperatorem reprehendit, quod sibi debitum honorem non habeat; „in litteris enim" inquit „ad nos missis nomen tuum nostro praeponis, in quo insolentiae, ne dicam arrogantiae notam incurris; ab episcopis hominagium requiris, fidelitatem exigis, manus eorum consecratas manibus tuis innectis; cardinalibus a latere nostro directis non solum ecclesias, sed etiam civitates regni tui claudis". Haec addit: „Resipisce igitur, resipisce, tibi consulimus, quia dum a nobis consecrationem et coronam merueris, dum inconcessa captas, ne concessa perdas, tuae nobilitati timemus". („Dat. Praeneste". Epistolam in schola fictam esse, probat Wagner Eberhard II. von Bamberg p. 120.) Sigeberti cont. Aquicint. 1157 in MG. SS. VI. 408, Ioh. Iperii Chron. Bert. ap. Martene Thes. III. 648, Watterich II. 373, Mansi XXI. 796, Migne 188 p. 1635. — „Lex divina".
„ 25.	„	10576 Gervasio abbati et fratribus S. Benedicti super Padum hospitale omnium sanctorum in Mantuano territorio situm asserit. Autogr. in tab. reg. Mediol., Ex schedis Jafféi. (Wiener Sitzungsber. XCIV. 668). — „In apostolicae sedis specula".
„ 28.	„	10577 (7122) Ecclesiae Ultraiectensis protectionem suscipit bonaque confirmat, petente Godefrido episcopo. Mieris Charterboek I. 107, Van den Bergh Oorkondenb. I. I. 88, Migne 188 p. 1636. — „Cum ex iniuncto".
„ 28.	„	10578 (7123) Canonicorum Brixianorum privilegia, petente Raimundo episcopo, confirmat. (Fragmentum.) Gradonici Pont. Brix. p. 216.
Iul. 30.	„	10579 (7124) Ecclesiam S. Mariae Reesensem tuendam suscipit bonaque eius confirmat, petente Theobaldo praeposito. Lacomblet Urk. I. 275, Sloet Oorkondenboek I. 300, Migne 188 p. 1637. — „Pie postulatio voluntatis".
„ 30.	„	10580 (7070) Ecclesiae S. Audomari protectionem suscipit, possessionesque et privilegia confirmat, petente Iohanne decano. Ex autographo in tabul. capit. Audomarens. Dedit Arthurus Giry Parisiensis. (Miraei Opp. dipl. IV. 23, Migne 188 p. 1589). — — „Piae postulatio voluntatis".
Aug. 16.	„	10581 (7125) Monasterii Reichersbergensis protectionem suscipit, et possessiones quasdam confirmat, petente Gerhoho praeposito. Chron. Reichersb. 1158 ap. Ludewig SS. R. Germ. II. 271, Hund III. 238, Urkundenb. des Landes ob der Enns II. 289, Migne 188 p. 1639. — „Effectum iusta postulantibus".
„ 17.	„	10582 (7126) Monasterii S. Mariae Bronnbacensis protectionem suscipit, bonaque confirmat, petente Reinhardo abbate. Aschbach Gesch. d. Gr. v. Wertheim II. 6. — „Religiosam vitam".
	„	10583 Archipresbytero Pipernensi ecclesiam S. Petri de Colle concedit. Pflugk-Harttung Iter p. 74 et 808.
Sept. 1.	„	Moritur „kalend. Septembr.". Epist. Alexandri III. ap. Muratori R. It. SS. VI. 273, Harzheim Conc. Germ. III. 379; Bosonis card. Vita Hadr. ap. Watterich II. 336, Ragewinus L. IV. c. 43. 51. 52, in MG. SS. XX. 467 cet.; Emort. mon. Casin. ap.

1159. *(Ind. 7, pont. a. 5, 1158. — 25. Mart. — 1159.)*
Muratori V. 75; Annal. Ceccanenses 1159 in MG. SS. XIX. 284; „In nocte b. Egidii“, Epist. Friderici ap. Tengnagel Vet. Mon. p. 390, MG. Leg. II. 117. Cf. Friderici epist. in Gilberti Foliot epist. p. 313: „in kal. Sept.“, pro quo ap. Rymer Foed. I. 19 et ap. Pertz l. l. p. 119 perperam legitur „III. kal. Sept.“.

—

ALEXANDER III. 1159—1181.

In Alexandri III. bullis plerumque comparent Florentini incarnationis anni, nonnumquam vulgares. Indictiones solent Caesareae inesse, quamquam Pontificiae quoque leguntur aliquoties.

Sententia addita haec est: „Vias tuas Domine demonstra mihi“ (10594. 10624. 10693. 10815. 10856. 10859. 10961. 11043. 11139 cet.).

Testes subscripserunt:

ep. Albanensis	Galterius	a 15. Oct. 1159	ad 6. Aug. 1177
	Henricus	a 4. Mai. 1179	ad 8. Dec. 1179
„ Ostiensis	Hubaldus	a 15. Oct. 1159	ad 24. Mai. 1181
„ Portuensis et S. Rufinae	Bernardus	a 15. Oct. 1159	ad 22. Iun. 1176
	Guilielmus	a 31. Dec. 1176	ad 5. Oct. 1177
	Theodinus	a 4. Mai. 1179	ad 24. Mai. 1181
„ Praenestinus	Iulius	a 26. Febr. 1161	ad 30. Sept. 1161
	Manfredus	a 29. Dec. 1176	ad 14. Ian. 1178
	Berneredus	a 4. Mai. 1179	ad 11. Iul. 1180
	Paulus	a 13. Ian. 1181	ad 28. Iul. 1181
„ Sabinensis	Gregorius	a 9. Apr. 1161	ad 20. Sept. 1162
Moguntinus archiepisc. et Sabinensis episcopus	Conradus	a 18. Mart. 1166	ad 6. Aug. 1177
Salzburgensis ecclesiae minister et Sabinensis episcopus	Conradus	a 10. Aug. 1177	ad 12. Apr. 1179
„ Tusculanus	Hugo	a 18. Mart. 1166	ad 8. Apr. 1167
	Oddo	a 23. Dec. 1170	ad 9. Apr. 1171
	Petrus	a 4. Mai. 1179	ad 27. Iul. 1179
presb. card. tit. S. Anastasiae	Iohannes	a 15. Oct. 1159	ad 27. Iun. 1179
„ „ basilicae XII apostolorum	Ildebrandus	a 7. Nov. 1159	ad 26. Aug. 1177
„ „ „ S. Caeciliae	Manfredus	a 28. Sept. 1173	ad 28. Nov. 1176
	Petrus	d. 25. Mai. 1178	
	Cinthius	a 1. Oct. 1178	ad 24. Mai. 1181
„ „ „ S. Chrysogoni	Bonadies	d. 19. Febr. 1160	
	Petrus	d. 26. Oct. 1173	ad 1. Mai. 1179
„ „ „ S. Clementis	Hugo	a 21. Dec. 1178	ad 24. Mai. 1181
„ „ „ S. Crucis in Ierusalem	Hubaldus	a 15. Oct. 1159	ad 9. Sept. 1170
	Arduinus	a 1. Oct. 1178	ad 15. Aug. 1181
„ „ „ SS. Iohannis et Pauli tit. Pamachii	Iohannes	a 7. Nov. 1159	ad 27. Mart. 1181
„ „ „ S. Laurentii in Damaso	Petrus	a 11. Nov. 1166	ad 17. Iul. 1174
„ „ „ S. Laurentii in Lucina	Albertus	a 15. Oct. 1159	ad 9. Febr. 1178
„ „ „ S. Luciae	Petrus	d. 30. Mai. 1178	
„ „ „ S. Marcelli	Matthaeus	a 2. Ian. 1179	ad 24. Mai. 1181
„ „ „ S. Marci	Iohannes	a 23. Ian. 1168	ad 24. Mai. 1181
„ „ „ S. Mariae trans Tiberim tit. Calixti	Laborans	a 26. Febr. 1180	ad 15. Aug. 1181
„ „ „ SS. Nerei et Achillei	Henricus	a 9 Iun. 1162	ad 8. Apr. 1167
„ „ „ S. Petri ad vincula	Guillelmus	a 22. Mai. 1162	ad 28. Nov. 1176
„ „ „ S. Priscae	Astaldus	a 15. Oct. 1159	ad 26. Febr. 1161
„ „ „ S. Pudentianae tit. Pastoris	Boso	a 18. Mart. 1166	ad 10. Iul. 1178
„ „ „ S. Sabinae	? ?	d. 16. Apr. 1166	
„ „ „ S. Sabinae et archiepisc. Mediolanensis	Galdinus	a 11. Nov. 1166	ad 5. Ian. 1167
Remensis archiepisc. tit. S. Sabinae card.	Willelmus	a 8. Apr. 1179	ad 10. Apr. 1179
„ „ „ S. Stephani in Celio monte	Vivianus	a 22. Nov. 1175	ad 15. Aug. 1181
„ „ „ S. Susannae	Petrus de Bono	a 28. Sept. 1173	ad 15. Aug. 1181
„ „ „ S. Vitalis tit. Vestinae	Theodinus	a 16. Apr. 1166	ad 25. Apr. 1179

diac. card. S. Adriani	Cinthius	a 9. Apr. 1161 ad 6. Sept. 1178
	Rainerius	a 2. Nov. 1178 ad 12. Apr. 1181
„ „ S. Angeli	Hugo	a 14. Mart. 1173 ad 13. Iun. 1178
	Iohannes	a 30. Oct. 1178 ad 28. Iul. 1181
„ „ SS. Cosmae et Damiani	Boso	a 15. Oct. 1159 ad 21. Iul. 1165
	Gratianus	a 28. Mart. 1178 ad 24. Mai. 1181
„ „ S. Eustachii iuxta templum Agrippae	Petrus	a 26. Febr. 1161 ad 27. Iul. 1165
	Hugo	a 18. Mart. 1166 ad 8. Oct. 1177
„ „ S. Georgii ad velum aureum	Oddo	a 15. Oct. 1159 ad 1. Dec. 1161
	Manfredus	a 21. Febr. 1163 ad 16. Aug. 1173
	Rainerius	a 14. Ian. 1175 ad 15. Aug. 1181
„ „ S. Mariae in Aquiro	Milo (Guido?) . . .	d. 19. Febr. 1160
	Petrus (de Bono)	a 18. Mart. 1166 ad 16. Aug. 1173
„ „ S. Mariae in Cosmidin	Iacinthus	a 7. Nov. 1159 ad 15. Aug. 1181
„ „ S. Mariae in porticu	Iohannes	a 26. Febr. 1161 ad 23. Iul. 1163
	Laborans	a 4. Dec. 1173 ad 27. Iul. 1179
„ „ S. Mariae in via lata	Raimundus	a 6. Mai. 1162 ad 27. Iul. 1165
	Arduinus	a 4. Iul. 1178 ad 6. Sept. 1178
„ „ S. Mariae novae	Ieronymus	a 16. Apr. 1166 ad 10. Mai. 1167
	Matthaeus	a 28. Mart. 1178 ad 15. Aug. 1181
„ „ S. Nicolai in carcere Tulliano	Odo	a 15. Oct. 1159 ad 1. Mart. 1174
	Vivianus	a 25. Mai. 1175 ad 23. Aug. 1175
	Bernardus	a 24. Oct. 1178 ad 27. Iul. 1179
„ „ SS. Sergii et Bacchi	Vitellius	a 18. Mart. 1166 ad 5. Iul. 1175
	Paulus	a 17. Oct. 1179 ad 22. Febr. 1180
„ „ S. Theodori	Ardicio	a 15. Oct. 1159 ad 21. Mart. 1181

Datae bullae sunt p. m.

Hermanni S. R. E. subdiaconi et notarii . . . . a 15. Oct. 1159 ad 19. Nov. 1165

Theodori (Theodini) S. R. E. subdiaconi et notarii d. 5. et 16. Nov. 1162

Hermanni diac. card. S. Angeli . . . . d. 18. Mart. 1166

Hermanni tit. S. Susannae presb. card. . . . . a 8. Apr. 1166 ad 4. Mai. 1166

Gerardi S. R. E. notarii (scriptoris) . . . . a 11. Nov. 1166 ad 2. Mart. 1168
et a 16. Mai. 1169 ad 11. Nov. 1169

Gratiani S. R. E. subdiaconi et notarii . . . . a 21. Mart. 1168 ad 28. Apr. 1169
et a 7. Dec. 1169 ad 7. Febr. 1178

Gerardi S. R. E. subdiaconi et notarii . . . . . . d. 5., 6. et 7. Apr. 1177

Alberti S. R. E. presb. card. et cancellarii . . . . a 21. Febr. 1178 ad 15. Aug. 1181

Daiferii (Dayferi, Dauferii, Daiforii) S. R. E. subdiaconi . d. 24. Oct. 1179, 14. Apr. 1180
9. Dec. 1180, 13. Ian. 1181.

1159. *(Ind. 8, pont. a. 1.)*

Sept. 7.	Romae in ecclesia b. Petri	Eligitur. Post Adrianum sepultum cardinales „die sabbati (5. Sept.) coepisse de electione tractare", referunt canonici S. Petri in Ragewini Gest. Frid. L. IV. c. 66 in MG. SS. XX. 480. In Victorianorum autem epistola ibid. L. IV. c. 52. p. 473 reperimus haec: „sed cum electio lente procederet, tertia die fere transacta (7. Sept.) Rolandum nominaverunt, nos Octavianum elegimus"; et pari modo in Alexandri epist. ap. Cafarum in MG. SS. XVIII. 28: „tribus diebus (5., 6., 7. Sept.) inter se de ipsa electione tractantes" cet. (Sed Boso card. in Vita Alexandri ap. Watterich II. 378 tradit, de electione agi iam II. non. Sept. [d. 4. Sept.] coeptum esse.) Uberrime de electione disseruerunt Reuter Gesch. Alexanders des Dritten I. 63 et 487 sq., Mühlbacher Streitige Papstwahl p. 163 sq., Meyer Die Wahl Alexanders III. und Victors IV., Gött. 1871, Ribbeck in Forsch. z. d. Gesch. XXV. 354.
„ 7.	in castrum b. Petri	se confert. Epistola Victorianorum ap. Ragewinum L. IV. c. 52. p. 474. „In munitionem ecclesiae S. Petri", Epist. Alexandri in Cafari Ann. in MG. SS. XVIII. 28. „In turri S. Petri", Romualdi Salernit. Annal. ibid. XIX. 430.
„ 7-15.	in castro S. Petri	„Novem diebus continuis", Epist. Alexandri l. l.; „per dies octo et amplius", Epist. Victorianorum l. l.
„ 15.	Trans Tiberim	„In arctiori et tutiori loco ponitur" a senatoribus, Epist. Alexandri l. l. „Nono die descendentes trans Tyberim", Epistola canonicorum S. Petri l. l. p. 481.
„ 15-17.	„	„Ferme per triduum", Epistola Alexandri l. l. „Trans Tyberim eo die (15. Sept.) et altero (16. Sept.) commorantes XI (die ab electione, 17. Sept.) exierunt", Epist. canonicorum S. Petri p. 841.
„ 17.	per Urbem	„magnifice et honorifice ducitur", Epist. Alexandri l. l.

		1159. *(Ind. 8, pont. a. 1.)*
Sept. 17.	Cisternam	pervenit. Epistola canonicorum S. Petri p. 481: „XI (die ab electione Victoris) exierunt et pervenerunt ad cisternam Neronis".
„ 18.	Cisternae	Epistola Victorianorum l. l.: „et XII postea die (post electionem) in castro nomine Cisterna intra Aritiam et Terracinam Rolandum cancellarium immantaverunt". Epistola Victoris in MG. SS. XX. 470: „die XII. post electionem nostram se fecit (Alexander) intrudi". Epistola canonicorum S. Petri p. 481: „Et ibi die altero, qui duodecimus erat ab electione domni Victoris induerunt cancellarium stolam et pallium erroris, ibique primum cantabant: Te deum laudamus".
„ 19.	Nympham	„in vigilia b. Matthaei pervenit". Bosonis card. Vita Alexandri ap. Watterich II. 380.
„ 20.	Nymphae	Consecratur et coronatur. Vide infra ep. 10584, et Bosonis card. Vita Alexandri l. l.: „ipsa die dominica".
„ 26.	Terracinae	10584 (7127) (Syro) archiepiscopo Ianuensi eiusque suffraganeis scribit, Hadriano die 1. Septembris Anagniae mortuo Romaeque in ecclesia b. Petri d. 4. Sept. tumulato, cum ibidem cardinales dies tres (5., 6., 7. Sept.) de creando papa tractassent, se (d. 7. Sept.) electum ab omnibus esse, excepto I. de S. Martino (cf. ad calcem regesti) et Guidone Cremensi, qui nominaverint Octavianum. Quo facto istum, incensum furore, mantum ab Oddone priore diaconorum invito sibi impositum protinus abstraxisse; quem cum senator quidam ei rursum eripuisset, alium mantum iam ante paratum apportari iussisse. Hoc oblique amictus cum risum omnibus dedisset, milites, reseratis foribus strictisque gladiis, ecclesiam ingressos, eum circumstetisse. Tanto ex flagitio se cum cardinalibus in munitam ecclesiae partem recessisse, ibique per novem dies (a 7. ad 15. Sept.) ab Octaviano custoditum, deinde populi favore liberatum, Transtiberim pervenisse (15. Sept.) ac tribus post diebus (d. 17. Sept.) a populo et senatoribus per Urbem sollemniter ductum, tandem die 20. Sept. Nymphae consecratum et coronatum esse. Octavianum vero, in Urbe aliquamdiu frustra moratum, latenter discessisse, neque aut „Imperialibus minis", aut vi, aut praemiis ullum episcopum, nisi Ferentinensem, conciliare sibi potuisse, ut consecratione adhuc careat. Ipsum die consecrationis sui Octaviano sociisque octavam diem (27. Sept.) praestituisse, qua ad virtutem nisi rediissent, eos excommunicatum iri denunciasse. Cafari Annal. in MG. SS. XXVIII. 28, (Muratori R. It. SS. VI. 272, Migne 200 p. 69. Nomine „I. de S. Martino" supra memorati significari Imerium episcopum Tusculanum, qui fuit olim monachus S. Martini de Campis, putat Delisle Chron. de Robert de Torigny II. 176. n. 2; Holder-Egger vero in MG. SS. XXVI. 513. n. 4 Iohannem presb. card. tit. SS. Silvestri et Martini, qui inter testes bullarum Victorianarum apparet et sub Paschale III. episcopus Albanensis factus est; quod rectum esse, probat ep. 10601). — „Eterna et incommutabilis".
„ 27.	(„)	Octavianum antipapam et eius socios excommunicat. Vide infra ep. 10587.
Sept. Oct.	(„)	10585 (7128) *Ad Fridericum imperatorem, „in partibus Lombardiae obsidentem Cremam, nuncios cum apostolicis litteris humiliter destinat, cupiens eum ad amorem ecclesiae in omni patientia et mansuetudine revocare". Bosonis card. Vita Alexandri ap. Watterich II. 382.
Oct. 4.	„	10586 Epistolae hoc die datae eiusdemque tenoris ac 10584 (?) meminit ex cod. Mediol. bibl. Ambros. C. 103 sup. fol. 1 Pflugk-Harttung Iter p. 49, ubi pro „Iaffé 7137" legendum videtur „Iaffé 7127". — „Eterna et incommutabilis".
„ 5.	„	10587 (7129) Gerardo episcopo et canonicis et legis doctoribus ceterisque magistris Bononiae commorantibus eadem significat, quae superiore epistola 10584 continentur. Addit, Octavianum ac I. de S. Martino et G(uidonem) Cremensem et (Ubaldum) episcopum Ferentinum aliosque socios octava post ipsius consecrationem die (27. Sept.) excommunicatos esse. Sarti De claris archig. I. II. Praef. p. 14, Savioli Ann. Bol. I. II. 258, (Ragewini Gest. Frid. L. IV. c. 51 in MG. SS. XX. 470, Mansi XXI. 868, Migne 200 p. 73). — „Eterna et incommutabilis".
„ 5.	„	10588 Abbati et fratribus S. Dionysii eadem, quae praecedente epistola 10587 significat. Coll. des Cartulaires IX. 78. — „Eterna et incommutabilis".
(„ „)	(„)	10589 P(etro) episcopo et canonicis ecclesiae maioris ac universo clero Parisiensi eadem, quae epistola 10587 scribit. Pflugk-Harttung Acta II. 364. (Legitur etiam haec ep. in Coll. Cantabrig. in cod. collegii Trinit. Cantabrig. R. 9. 17. saec. XII. f. 72.) — „Eterna et incommutabilis".

1159. *(Ind. 8, pont. a. 1.)*

Oct. 5. Terracinae — 10590 C. (Theobaldo) archiepiscopo Cantuariensi eadem, quae superioribus litteris 10587 nunciat. Pertz Archiv XII. 218, ubi perperam d. 7. Oct. data legitur, Neues Archiv III. 146, Forcella Catalogo I. 1. — („Eterna et incommutabilis".)

(„) („) — 10591 Henricum Anglorum regem de eisdem rebus certiorem reddit. (Fragmentum.) Contin. Roberti de Monte 1159 ap. Delisle Chr. de Robert de Tor. II. 176, in MG. SS. XXVI. 513. — („Eterna et incommutabilis") „Duo vero, Imerius".

(„) („) — 10592 (7130) Eberhardum, archiepiscopum Salzburgensem de rebus iisdem certiorem facit, quas epistolis superioribus nunciat. Harzheim Conc. Germ. III. 378, (Migne 200 p. 73). — „Eterna et incommutabilis".

„ 15. „ — 10593 (7131) Ecclesiae S. Sepulcri Hierosolymitanae protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat, petente Arnaldo priore. Rozière Cartulaire du saint sépulcre p. 68, Migne 200 p. 73. — „Effectum iusta postulantibus".

Nov. 7. ap. Nimpham — 10594 (7132) Monasterii Casinensis protectionem suscipit, ac possessiones iuraque confirmat, petente Reinaldo abbate. Gattula Hist. Cas. p. 338, Migne 200 p. 75. — „Licet omnium".

„ 8. „ — 10595 (7133) Henricum, episcopum Bellovacensem, putat „ex litteris ad archiepiscopos et episcopos aliosque ecclesiae praelatos per Franciam" missis de schismate cognovisse. Hortatur, ut „simoniaca pravitate Octaviani schismatici omnimodo reprobata", suas partes sequatur. Martene Coll. II. 663, Bouquet Rec. XV. 747, Migne 200 p. 80. — „Sacrosanctae Romanae".

„ 13. Anagniae — 10596 (7134) B. (corr. Constantiam), Francorum reginam, hortatur, ut „simoniaca pravitate illius schismatici atque apostolici omnino reprobata, a quo videlicet episcopi, abbates atque alii viri religiosi sicut a peste mortifera fugiant, in petra fidei et ecclesiae unitate animi sui constituat firmitatem, atque Ludovicum, regem Francorum, ad hoc ipsum iugi exhortatione inducere studeat". Duchesne H. Fr. SS. IV. 567, Bouquet Rec. XV. 747, Mansi XXI. 971, Migne 200 p. 80; Pro B(ertha) legendum esse C(onstantiam) probat Reuter I. 101. n. 2. — „Quanto tibi divina".

(„) „ — 15597 Hermanno Verdensi et Danieli Pragensi episcopis (legatis Friderici imperatoris) respondet, sese imperatorem advocatum ac specialem Romanae ecclesiae defensorem, neque vero iudicem sedis apostolicae recognoscere. In litteris enim, quibus imperator se ipsum arbitrum constituisset partesque litigantes ante praesentiam suam Papiam evocasset, eum „longe a consuetudine praedecessorum suorum recessisse et dignitatis suae terminum excessisse. . . . Sane (inquit) b. Petro et per eum Romanae ecclesiae . . . hoc privilegium a domino Iesu Christo sanctisque patribus traditum et . . . usque ad haec tempora conservatum, ut universarum ecclesiarum causas . . . ipsius auctoritas discuteret ac finiret, ipsa vero nullius unquam iudicio subiaceret. . . . Ad curiam vero eius accedere vel sententiam curiae suae in hac parte suscipere, canonica traditio et reverenda sanctorum patrum auctoritas non permittit. Nam cum nec in minoribus ecclesiis advocati eorum et saeculares principes vocationes, disceptationes ac decisiones causarum sibi aut curiis suis usurpent, . . . quanto amplius ad universalis ecclesiae periculum redundaret, si per ignorantiam nostram aut pusillanimitate spiritus a capite diebus nostris iste morbus inciperet et nos ecclesiam . . . in servitutem redigi sineremus, pro cuius libertate tuenda patres nostri proprium sanguinem effuderunt et nos ipsi ad eorum exemplum, exigente necessitatis articulo, extrema debemus pericula sustinere". (Responsum hoc utrum viva voce an scriptura datum sit, non satis constat.) Bosonis card. Vita Alexandri ap. Watterich II. 383. — „Nos recognoscimus".

„ 27. „ — 10598 Archidiacono, priori et universo clero ecclesiae S. Andreae, pastore destitutae, significat, sese precibus Malcolmi, regis Scotorum, per (Willelmum) episcopum Moraviensem et magistrum Nicolaum sibi propositis assensum praebere non potuisse; memorato episcopo legationis munus impositum esse. Quem ut eligant, suadet. Haddan and Stubbs Councils II. I. 233. — „Petitiones, quas".

Dec. 2. — †10599 (CCCCXVII) Excellentissimo principi christianissimoque filio suo domino regi, collegio Cantuariensi et omnibus archiepiscopis et episcopis in eodem collegio existentibus significat, se „quendam Thomam, Cantuariensem archiepiscopum, ab omni ordine ecclesiastico et archiepiscopatu degradare et stultissimum declarare". Praecipit, ut „poenam condignam eidem imponant, scilicet ut in arcto monasterio recludatur".

1159. *(Ind. 8, pont. a. 1.)*

(„Scriptum Romae, 2 die mens. Dec. et nostri apostolatus anno 1.") Gilberti Foliot epist. ed. Giles II. 109, Migne 200 p. 1317. — „Sancta et catholica".

Dec. 12. Anagniae 10600 (7135) Henricum, episcopum Bellovacensem, credit „tum publica et communi fama, tum litteris saepius a sese in Galliam destinatis" iam eruditum de schismate esse. H(enricum) tituli SS. Nerei et Achillei presbyterum et O(ddonem) S. Nicolai in carcere Tulliano diaconum cardinales, legatos suos, commendat. Martene Coll. II. 654, Bouquet Rec. XV. 748, Migne 200 p. 81. — „Qualiter Octavianus".

„ 13. „ 10601 (7136) Archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prioribus et universis ecclesiarum praelatis, per Liguriam, Aemiliam, Histriam et ducatum Venetiae constitutis, de schismate paucis mutatis eadem, quae superioribus litteris 10584. 10587. 10592 scribit. Addit, Octavianum quintadecima die post sui consecrationem, octava post excommunicationem ab ipso in eum prolatam, (i. e. d. 4. m. Octobris), per (Imarum) Tusculanum, ac per Melphiensem et (Ubaldum) Ferentinensem episcopos, praesentibus Iohanne et Guidone „quondam" cardinalibus, „exsecratum" (i. e. consecratum) esse. Rubei Hist. Rav. p. 341. — „Eterna et immutabilis".

(„) („) 10602 (7137) Omnibus Angliae episcopis de schismate et de Octaviani excommunicatione atque consecratione eadem, quae praecedente epistola, significat. Wilkins Conc. I. 432. — „Et vera (leg. Eterna) et incommutabilis".

10603 Ecclesiae Ravennati. Pflugk-Harttung Iter p. 808.

1159—1160?

10604 (7138) Episcopo Bellovacensi (al. Beneventano) mandat, ut Griboldum, qui „nondum XIIII. annorum timore magistri habitum religionis apud ecclesiam de Russinis (al. Resone) susceperit et inde sicut puer infra annum exierit, a voto professionis absolvat". (Ex registri libro I?) App. conc. Lat. L. 10, Coll. Cass. XXVI. 2, Comp. I. L. 3. t. 27. c. 11, Decr. Greg. L. III. t. 31. c. 11, Migne 200 p. 83. — „Significatum est nobis".

10605 (7139) Episcopo Sarisberiensi scribit de Rogerio canonico, qui „frustatoriae dilationis causa videatur appellasse". (Ex registri libro I?) Append. conc. Lat. L. 11, Comp. I. L. 2. t. 20. c. 44, Decr. Greg. L. II. t. 28. c. 28, Migne 200 p. 84. — „Pervenit ad nos, quod".

10606 (7140) Praeposito et canonicis Sulcan. (al. Insulensibus, Insilensis) scribit de praebenda sacerdoti cuidam collata. (Ex registri libro I?) App. conc. Lat. L. 9, Comp. I. L. 3. t. 5. c. 13, Decr. Greg. L. III. t. 5. c. 11, Migne 200 p. 83. — „Significatum est nobis".

10607 (7141) Episcopo Tornacensi (al. archiepiscopo Turonensi) mandat, inducat mulierem, quae filium interemerit, ut monasterium capessat. (Ex registri libro I?). App. conc. Lat. L. 12, Coll. Cass. XXXIX. 4, Comp. I. L. 5. t. 9. c. 1, Decr. Greg. L. V. t. 10. c. 1, Migne 200 p. 84. — „Veniens ad nos M."

10608 (7142) Episcopo Verulano respondet de clericis, „qui, infra subdiaconatus ordinem constituti, uxorem accipiunt". (Ex registri libro I?) App. conc. Lat. L. 7, Comp. I. L. 3. t. 3. c. 5, Decr. Greg. L. III. t. 3. c. 3, Migne 200 p. 82. — „Quod te cum" „Quod a te".

10609 Archiepiscopo Bracarensi eiusque suffraganeis mandat, ut archiepiscopo Toletano tamquam primati obediant. Pflugk-Harttung Iter p. 261. — „Cum sit".

10610 Archiepiscopo Tarraconensi mandat, primati Toletano obediat curetque, ut suffraganei sui idem faciant. Pflugk-Harttung Iter p. 261. — „Qui gaudent".

10611 Archiepiscopo Bracarensi sub poena suspensionis (iterum) mandat, ut archiepiscopo Toletano tamquam primati obediat. Pflugk-Harttung Iter p. 262. — „Si quanta sit".

1160. *(Ind. 8. — 25. Sept. — 9, pont. a. 1. — 20. Sept. — 2, 1159. — 25. Mart. — 1160.)*

Ian. 2. Anagniae 10612 B(osonis) episcopi Catalaunensis studium erga se et Romanam ecclesiam laudat. De appellationibus respondet, „non licere civilibus personis in causa civili ante pronuntiationem sententiae in vocem appellationis prorumpere", cet. R. canonici, ex ecclesia Omnium sanctorum eiecti, causam ei demandat; qui eum verberaverint, eos

1160. *(Ind. 8. — 25. Sept. — 9. pont. a. 1. — 20. Sept. — 2, 1159. — 25. Mart. — 1160.)*

tamdiu excommunicatione innodandos esse iubet, donec satisfacturi ad sedem apostolicam accesserint. Loewenfeld Epistolae p. 131. — „Constitutus in praesentia".

Ian. 4. (Anagniae) 10613 (7154) Morinensibus significat, se Milonis episcopi adversario, ut ecclesia Boloniensis fieret sedes episcopalis studenti, non esse obsecutum. (Annus 1161 certe aliena manu additum est.) Gall. Chr. X. Instr. p. 405, Bouquet Rec. XV. 749. not. a, Duchet et Giry Cart. de Térouane p. 33, Migne 200 p. 98. — „Dilectum filium nostrum".

„ 9. †10614 Monasterii Cluniacensis possessiones confirmat et privilegia auget, petente Stephano abbate. Tabula saec. XII vel XIII in. adulterina in bibl. nat. Paris. Coll. de Bourgogne t. 80. n. 256, (Cop. s. XVIII. in Coll. Moreau t. 76. f. 127). — „Cum omnium fidelium".

„ 13. „ 10615 Monasterii S. Martini Pontisariensis tutelam suscipit, possessionesque confirmat, petente Willelmo abbate. Pflugk-Harttung Acta I. 228. — „Religiosis desideriis dignum".

„ 15. „ 10616 Waltero abbate et monachis S. Oswaldi Bardeneiensis petentibus, confirmat privilegia monasterio a Iordano abbate Carofensi concessa. Ex cod. Mus. Brit. Cotton. Vespas. E. XX. Dedit b. m. Karolus Pertz. — „Ad hoc in".

„ 16. „ 10617 Monasterii S. Oswaldi Bardeneiensis protectionem suscipit, possessionesque ac iura confirmat, petente Waltero abbate. Ex cod. Mus. Brit. Cotton. Vespas. E. XX. f. 7. Dedit b. m. K. Pertz. — „Piae postulatio voluntatis".

„ 17. „ 10618 (7155) Samsonem, archiepiscopum Remensem, laudat, quod Milonem, electum Tarvanensem, interposita a canonicis Boloniensibus ad sese provocatione, consecrare noluerit. Statum ecclesiae Boloniensis immutandum non esse. Milonem a sese, salvo iure ecclesiae Remensis, consecratum nuntiat. Marlot Metr. Rem. II. 371, Miraei Opp. dipl. II. 1174, Bouquet Rec. XV. 748, Migne 200 p. 98. — „Dilecti filii nostri".

„ 18. „ 10619 Ecclesiae Morinensis patrocinium suscipit possessionesque confirmat, petente Milone episcopo. Duchet et Giry Cart. de Térouane p. 29. — „Cum ex iniuncto".

„ 18. „ 10620 Monasterii S. Oswaldi Bardeneiensis libertates, consuetudines rationabiles, immunitates regias, possessiones confirmat, petente Waltero abbate. Ex cod. Mus. Brit. Cotton. Vespas. E. XX. f. 18. Dedit b. m. K. Pertz. — „Ad hoc universarum".

„ 18. „ 10621 (7143) Canonicis ecclesiae Remensis scribit, putare se, eos de exorto schismate „ex generalibus litteris iamdudum per universas provincias destinatis" cognovisse. Hortatur, ut, „simoniaca pravitate Octaviani apostatici atque schismatici omnimode reprobata", in fide permaneant. Marlot Metr. Rem. II. 374, Bouquet Rec. XV. 749, Migne 200 p. 85. — „Sacrosanctae Romanae".

„ 20. („) 10622 *Monasterii S. Iuliae Brixiensis iura confirmat. Odorici Storie Bresciane V. 112.

10623 *Monasterio S. Iuliae Brixiensi scribit de privilegiis ab episcopo Cremonensi violatis. Odorici Storie Bresciane V. 112.

Febr. 19. „ 10624 (7144) Monasterii Pontiniacensis tutelam suscipit, ac possessiones privilegiaque confirmat, petente Wichardo abbate. Martene Thes. III. 1232, Migne 200 p. 85. — „Quotiens illud".

Mart. 3. „ 10625 (7145) Baronibus et universo populo Dolensi H(ugonem) archiepiscopum commendat. Martene Thes. III. 903, Morice Mém. de Bret. I. 640, Bouquet Rec. XV. 757, Migne 200 p. 87. — „Decet nobilitatem".

„ 5. („) 10626 *Abbati Vitringensi mandat, ut controversiam inter fratres S. Georgii in Carinthia et Henricum de Welsberg diiudicet. Arch. f. Gesch. v. Kärnthen II. 124. n. 331.

„ 24. „ Fridericum imperatorem „in coena domini excommunicationis vinculo solemniter innodat, et omnes, qui ei iuramento fidelitatis tenentur adstricti, ab ipso iuramento absolvit; atque in Octavianum et eius complices iamdiu prolatam excommunicationis sententiam innovat". Bosonis card. Vita Alexandri ap. Watterich II. 386; cf. infra ep. 10628.

Apr. 1. „ 10627 (7146) Arnulpho, episcopo Lexoviensi, respondet, se litteras eius „in fratrum suorum auditorio publice fecisse recitari". Henricum, regem Anglorum, „firmum et stabilem in catholicae unitate ecclesiae permanere", gaudet. Mandat, videat, ne rex „per frequentes vexationes imperatoris et nunciorum eius a devotione ecclesiae et sua velit modo quolibet declinare". Exponit de Friderici imperatoris in ecclesiam iniuriis, ac de concilio Papiensi, in quo Octavianum ab imperatore „de papatu per

1160. *(Ind. 8. — 25. Sept. — 9, pont. a. 1. — 20. Sept. — 2, 1159. — 25. Mart. — 1160.)*

		annulum (prout dicatur) investitum esse“ scribit. Litteras ad (Hugonem) archiepiscopum Rotomagensem et eius suffraganeos missas esse. Fridericum imperatorem cum Octaviano „in coena domini“ (24. Mart.) a sese excommunicatum nunciat. Arnulfi Lex. epist. p. 112, Watterich II. 490, Bouquet Rec. XV. 760, Mansi XXI. 1124, Migne 200 p. 88. — „Litteras a tua nobis“.
Apr. 4.	Anagniae	10628 (7147) (Eberhardo), archiepiscopo Salzburgensi, eiusque suffraganeis scribit de Friderici imperatoris in ecclesiam Romanam iniuriis, de conventu Papiensi, de Octaviano per annulum ab imperatore papatu investito. Significat, se „in coena domini“ (24. Mart.) et imperatorem et Octavianum et Ottonem comitem palatinum „atque omnes principales fautores eorum“ excommunicasse. Haec addit: „Vos omnes specialiter et communiter universos a fidelitate, quam ei fecistis, et ab omni debito imperii absolvimus, ita quod in nullo ei de caetero teneamini obedire, sed potius in remissionem vobis iniungimus delictorum, ut contra eos, quos ipse per tyrannidem suam sibi subiugare, opprimere et vastare voluerit, nullum ei consilium vel auxilium ministretis“. Tengnagel Vet. mon. p. 396, Mansi XXI. 1034, Migne 200 p. 90. — „Pro illis tribulationibus“.
„ 4.	„	10629 (Iohanni) archiepiscopo Toletano eadem, quae praecedente epistola, scribit. Neues Archiv VI. 369. — „Pro illis tribulationibus“.
„ 12.	„	10630 Universis praelatis per Salzburgensem provinciam constitutis mandat, ut nuntios F(riderici) „dicti imperatoris“, quos (Eberhardus) archiepiscopus excommunicaverit vel excommunicaturus sit, in cibo, potu, salutatione, oratione prorsus evitent. Ex origin. in tabul. Vindobon. Misit F. Kaltenbrunner. — „In viris ecclesiasticis“.
Mai. 6.	„	10631 Domus hospitalis Raillonensis protectionem suscipit. (Fragmentum. Clausula est interpolata.) In bibl. nat. Paris. ms. lat. 17126. f. 132b.
Iun. 9.		†10632 Lampridio, archiepiscopo Iaderensi, scribit: cognovisse se ex Absalone archiepiscopo Spalatensi, cives Spalatenses iureiurando sanxisse, „ut nulli de civitate eorum liceat aliquas possessiones vel bona immobilia ecclesiae alicui donare, vendere, seu legare“. Quod institutum per „potestatem, consilium et communem civitatis“ illius tollendum curet, praecipit. („Dat. Viterbii, V. id. Iun., pont. n. a. I.“ Falsarius bullam Alexandri IV. prae oculis habuisse videtur.) Farlatus Ill. sacr. III. 181, Fejér C. D. H. II. 159. — „Ex parte venerabilis“.
Iul. 31.	„	10633 Fratres domus templariorum prope Atrebatum sitae vetat possessiones monasterii S. Vedasti usurpare. Taillar Recherch. p. s. à l'hist. de St. Vaast p. 447 teste Wauters Table chronol. II. 423.
Oct. 2.	„	Vide Annal. Ceccan. 1160 in MG. SS. XIX. 285: „6. non. Oct. ordinavit Radulfum presbyterum et consecravit eum episcopum in Ferentinensi ecclesia“.
Nov. 17.	„	10634 (Bernardo) Santonensi et (Raimundo) Tolosano episcopis schisma in episcopatu Pampilonensi ortum cognoscendum committit, ubi electorum alter ab archiepiscopo Tarraconensi, alter ab archiepiscopo Toletano consecratus sit. („In secundo libro domini Al.“) Neues Archiv VI. 295. — „Insolitum ac abominabile“.
„ 16.	„	10948 (7339) Ludovico, Francorum regi, agit gratias, „quod, audito a nunciis Constantinopolitani imperatoris de honore et reverentia ab eodem imperatore sibi et sanctae Romanae ecclesiae exhibenda, laetitiam non modicam conceperit, iudicans eos de cetero super aliis, quae attulissent, negotiis audiendos". „De cetero" inquit „nos, praedictis nunciis quicquid a nobis responsum fuerit, tibi litteris nostris curabimus plenius intimare". Duchesne Hist. Fr. SS. IV. 616, Bouquet Rec. XV. 807, Migne 200 p. 269. — „Illa devotissima excellentiae".
„ 16.	„	10949 (7340) Ludovicum, Francorum regem, rogat, ut Gaufridum militem de Molinons, captum a burgensibus Senonensibus, dimitti iubeat. Duchesne Hist. Fr. SS. IV. 617, Bouquet Rec. XV. 808, Mansi XXI. 1011, Migne 200 p. 270. — „Quorumdam nobis est".

1163. *(Ind. 11, pont. a. 4. — 20. Sept. — 5, 1162. — 25. Mart. - 1163.)*

Oct. 21. Senonis 10950 Monasterii de Scarleiis protectionem suscipit, possessionesque et privilegia confirmat, petente Theobaudo abbate. Quantin Cart. gén. de l'Yonne II. 148. — „Desiderium quod ad".

„ 23. „ 10951 Monasterii S. Mariae Perseniensis tutelam suscipit, possessionesque ac decumarum immunitatem confirmat, petente Erardo abbate. Fleury Cartul. de l'abb. cistercienne de Perseigne p. 90. — „Desiderium quod ad".

„ 26. „ 10952 (7341) Thomam, archiepiscopum Cantuariensem, hortatur, ut angustias fortiter ferat, et „si illi, qui eum appellaverint, forte veniant, per se ipsum, si ei visum fuerit, appellationem ipsam prosequatur". Promittit, se iura ecclesiae eius tuiturum. Monet, ut „se in Cantuariensem ecclesiam recipiat et, paucis quidem retentis admodum necessariis, ad minus quam poterit per terram illam discurrat, et ut nullius timoris vel adversitatis obtentu, iuri et dignitati ecclesiae suae abrenunciare cogatur". Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 28, ed. Giles II. 4, Mansi XXI. 872, Migne 200 p. 271; cf. Reuter I. 557. not. g. — „Litteras, quas nobis".

(„) 10953 (7362) Rogerum, archiepiscopum Eboracensem, hortatur, ut „sicut nec ante concessionem suam crucis per totam Angliam ante se deferendae in ipso effectu dignitate huiusmodi usus sit, ita ea nimirum non utatur, quousque controversia, quae super hoc vertatur, debitum recipiat complementum". Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 24, ed. Giles II. 43, Migne 200 p. 283. De tempore cf. Reuter I. 549 sq. — „Pro illa animi".

Nov. 2. „ 10954 T(heoderico) episcopo et R(adulfo) decano Ambianensi mandat, inducant fratres Majoris-monasterii in possessionem decimae cuiusdam, P(etro) abbati S. Richarii abiudicatae. Loewenfeld Epistolae p. 134. — „Cum causa quae".

„ 9. „ 10955 (7342) Gilberto, episcopo Londinensi, mandat, „quoniam inter Henricum, Anglorum regem, et Anglicam ipsam ecclesiam scintilla cuiusdam indignationis emicuerit, ut ad eam extinguendam iugiter elaboret, et ipsius regis animum in pacis et concordiae statum reducat". Gilberti Foliot epistolae ed. Giles II. 92, Migne 200 p. 272. — „Quoniam de honestate".

„ 9. „ 10956 (7343) (Gisbertum) magistrum hospitalis domus Hierosolymitanae monet, ne „Petrum, dictum Alamannum, priorem hospitalis domus S. Iohannis Constantinopoleos, qui ibidem in servitio Dei, ad honorem quoque carissimi in Christo filii sui Constantinopolitani imperatoris non modico fuerit tempore commoratus, contra voluntatem et beneplacitum eiusdem imperatoris ab ipso prioratu retrahat, neve ad suam praesentiam revocet". Duchesne Hist. Fr. SS. IV. 626, Bouquet Rec. XV. 809, Migne 200 p. 273. — „Ea, quae ad honorem".

„ 22. „ 10957 Monasterii Vallislucentis possessiones et privilegia confirmat, petente Petro abbate. Quantin Cart. gén. de l'Yonne II. 156. — „Desiderium quod ad".


(„) 10958 (7363) Rogero, archiepiscopo Eboracensi, et canonicis Eboracensibus scribit, ne archiepiscopus „in provincia Cantuariensis ecclesiae crucem ullatenus deferat, neve ullius appellationis obtentu id aliqua occasione attentet". Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 121, ed. Giles II. 44, Migne 200 p. 161 et 283. De tempore cf. Reuter I. 549 sq. — „Decet prudentiam vestram".

Dec. 16. „ 10959 (7344) W. priorem et fratres ecclesiae Cantuariensis laudat, quod Thomae archiepiscopo „in negotiis ecclesiae ferventer adsistant et eius tribulationibus et angustiis compatientes, consilium ei et auxilium libentius ministrent". Haec addit: „Confidimus, quod ille, in cuius manu corda regum sunt, Henrici Anglorum regis animum circa archiepiscopum mitigabit". Gilberti Foliot epist. ed. Giles II. 69, Migne 200 p. 273. — „Venerabilis frater noster".

„ 19. „ 10960 B(ertrando) archiepiscopo Burdegalensi significat, sese indutias fratribus S. Macharii concessas (vide supra ep. 10937) non posse iterum prolongare, causamque ita a sese terminatam esse, ut ecclesia eorum „perpetuo debeat in subiectione et obedientia monasterii S. Crucis Burdegalensis permanere". Rogat, ne fratribus S. Crucis pro eo irascatur, quod litem non in archiepiscopi, sed in Romana curia tractari fecerint. Archives hist. de la Gironde I. 220. — „Cum in omnibus".

„ 25. „ In ecclesia S. Columbae „die natalis Domini". Annal. S. Columbae Senon. 1164 l. l.

„ 31. „ In ecclesia S. Columbae, cum Ludovico Francorum rege, „solemnitate S. Columbae". Annal. S. Columb. Senon. 1164 l. l.



1163. *(Ind. 11, pont. a. 4. — 20. Sept. — 5, 1162. — 25. Mart. — 1163.)*

Dec. 31. (Senonis) 10961 Ecclesiae S. Andreae apostoli in Scotia protectionem suscipit, ac disciplinam, possessiones, privilegia confirmat, petente Galtero abbate. Liber cartarum S. Andreae p. 53. — „Quotiens illud a".

„ 10962 *Guillelmum comitem (Nivernensem) ab iniuriis in monasterium Vizeliacense dehortatur. Vide Hugonis Pictav. Hist. Vizel. ap. D'Achery Spic. II. 543, in MG. SS. XXVI. 149.

10963 Moysi abbati et fratribus S. Albani iura quaedam asserit. (Fragmentum.) Anc. évêchés de Bret. III. 36, (Gall. Chr. XIV. 1115).

10964 *Monasterii Formoselensis tutelam suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat. Recueil de chroniques etc. de la Flandre occident., Chronicon Vormeselense p. 29.

1163—1164.

Oct. 5. Senonis 10965 (7345) Abbati S. Remigii Remensi causam T. clerici et cognoscendam et diiudicandam mandat. Martene Coll. II. 693, Migne 200 p. 274. — „Veniens ad nos T."

„ 8. „ 10966 (7346) H(ugoni), episcopo Suessionensi, mandat, cogat Gil. et Hauguidim uxorem, ut aut in curia (Amalrici) episcopi Silvanectensis, aut praesente B(artholomaeo), episcopo Bellovacensi, de possessionibus ecclesiae Silvanectensis detentis rationem reddant. Duchesne Hist. Fr. SS. IV. 612, Bouquet Rec. XV. 807, Mansi XXI. 1004, Migne 200 p. 275. — „Venerabilis frater noster".

„ 11. „ 10967 Fratribus Latiniacensibus significat, nec ipsum nec successores suos auri unciam ab eis exacturos esse, quam secundum „scriptum quoddam librorum apostolicae sedis" Lateranensi palatio annuatim debeant. Loewenfeld Epistolae p. 134. — „Invento in quodam".

„ 16. „ 10968 Donationes factas infirmis fratribus ecclesiae S. Aegidii apud Pontem Audomari confirmat. Ex chartul. S. Aegidii bibl. Rotomag. Misit Delisle; Coll. Baluze t. 120. f. 77 in bibl. nat. Paris., (Neues Archiv VII. 98). — „Iustis petentium desideriis".

„ 18. „ 10969 (7347) Ludovicum, Francorum regem, hortatur, ut quem Petrus, frater eius, ceperit, hominem ecclesiae S. Mariae de Porta S. Leonis, dimittat, ablataque eidem reddi iubeat. Duchesne Hist. Fr. SS. IV. 628, Bouquet Rec. XV. 808, Mansi XXI. 1026, Migne 200 p. 275. — „Conquesti nobis sunt".

„ 23. „ 10970 (7348) Ludovicum, Francorum regem, hortatur, ut ad ecclesiae Brivatensis concordiam restituendam bonaque conservanda „a primo consilio non recedat". Duchesne Hist. Fr. SS. IV. 627, Bouquet Rec. XV. 809, Mansi XXI. 1025. — „Dilecti filii nostri".

„ 27. „ 10971 Balduino abbati et fratribus S. Mariae Dei-loci asserit partem terrae Beisciae, a monachis de Caritate apud S. Sindronium commorantibus affectatam. Quantin Cartul. gén. de l'Yonne II. 138. — „Cum vos pariter".

Nov. 5. „ 10972 (7349) Henricum, archiepiscopum Remensem, aegrotare dolet. Litteras poscit. Martene Coll. II. 694, Bouquet Rec. XV. 826, Migne 200 p. 276. — „Auditu audivimus".

„ 6. „ 10973 (7350) Ludovico, Francorum regi, scribit, quae per R. priorem S. Medardi petiisset, ea se libenter fecisse. Duchesne H. Fr. SS. IV. 616, Bouquet Rec. XV. 827, Mansi XXI. 1010, Migne 200 p. 277. — „Cum ad officium".

„ 6. „ 10974 (7351) A Ludovico, Francorum rege, petit, ut in monasterio Ferrariensi, a sese consecrato, „anniversario die consecrationis nundinas constituat; et principibus, baronibus et ceteris de regno prohibeat (praecipiat?), ut, his, qui ad nundinas accesserint, si quis iniuriam inferre praesumat, digna poena eum censeant puniendum". Duchesne Hist. Fr. SS. IV. 618, Bouquet Rec. XV. 809, Mansi XXI. 1012, Migne 200 p. 277. — „Quanto gloriam et".

„ 9. „ 10975 (7352) Ludovicum, Francorum regem, rogat, ut priori domus hospitalis, apud Cerel. sitae, licentiam concedat itineris in Angliam suo mandatu faciendi. Duchesne Hist. Fr. SS. IV. 606, Bouquet Rec. XV. 810, Mansi XXI. 996, Migne 200 p. 278. — „Cum dilectum nostrum".

„ 10. „ 10976 (7353) Ludovicum, Francorum regem, rogat, ut controversiam Adami et Gregorii fratrum super domo quadam diiudicari ab aequo iudice iubeat. Duchesne Hist. Fr. SS. IV. 612, Bouquet Rec. XV. 810, Mansi XXI. 1005, Migne 200 p. 278. — „Decet regiam excellentiam".

1163—1164.

Nov.	Senonis	10977 Martino, abbati S. Vedasti, praecipit, ne (Andreae) episcopo Atrebatensi obedientiam vel subiectionem promittat. Guimann Cart. de S.-Vaast d'Arras p. 84: „... id. Nov."; Tailliar Rech. p. s. à l'hist. de St.-Vaast p. 385 teste Wauters Table chronol. II. 446: „id. Nov.", cf. supra ep. 9694. — „Licet venerabilis frater".
		10978 Abbatem S. Vedasti Atrebatensem a fratribus monasterii eligi iubet, quod nulli nisi sedi Romanae obedientiam debeat. Tailliar Rech. p. s. à l'hist. de St.-Vaast p. 385 teste Wauters Table chronol. II. 449.
„ 18.	„	10979 Concambium inter fratres militiae templi et Landrium abbatem fratresque Mauriniacenses super villis et terris de Sauceis factum confirmat. Autograph. in tabular. nation. Paris. L. 231. — „Iustis petentium desideriis".
„ 19.	„	10980 Fratribus Marcianensibus asserit altare de Masengarba, ab Hen(rico) archiepiscopo Remensi et God(escalco) quondam episcopo Atrebatensi de manibus magistri Gisleni recuperatum. Pflugk-Harttung Acta I. 236. — „Iustis postulantium desideriis".
„ 26.	„	10981 Hu. abbati et capitulo S. Germani Parisiensis scribit, ut maioriam quandam Matheo de Villa-nova concedant. Ex necrol. S. Germ. f. 25 in bibl. nat. Par. S. Germani lat. n. 1028. Misit Delisle. — „Pervenit ad".
„ 28.	„	10982 Arnulfo, episcopo Lexoviensi, significat, se comperisse, G. de Lachim, olim monachum Cisterciensem, e coenobio egressum, in dioecesi eius parochiales ecclesias obtinuisse, et in praebenda quadam filium suum instituisse, ac in ordine subdiaconatus matrimonium contraxisse. Mandat, compellat eum sub excommunicationis poena, ut ecclesias vel praebendas dimittat et in monasterium redeat. Filium vero, „si post egressum illius de monasterio genitum eum esse constiterit", ab ecclesia removeri iubet. Liverani Spicil. Liber. p. 580, Pflugk-Harttung Acta II. 369. — „Ad audientiam nostram".
Dec. 2.	„	10983 Fratribus Gimundensibus praecipit, ut in monasterio altare erigant ad memoriam sepultorum in ecclesia S. Petri de Mazeris (vel Maderis), a Willelmo Ernaudi, occasione conversionis Azemarii fratris, concessa. Loewenfeld Epistolae p. 135. — „Quoniam sicut accepimus".
„ 5.	„	10984 (7354) Abbatibus S. Remigii Remensis et de Eleemosyna et decano Remensi mandat, ut Remis ante „proximum festum ascensionis domini" iudicent inter canonicos S. Mauricii Turonenses et fratres Cluniacenses, de praediis quibusdam litigantes. Martene Coll. II. 695, Migne 200 p. 278. — „Quoniam ex litigiosis".
„ 6.	„	10985 (7355) Ludovico, Francorum regi, significat, priorem Castrifortis sociosque ob infamiam abbati Burguliensi illatam a (Ioscio) archiepiscopo Turonensi, et (Gaufrido) episcopo Andegavensi, et abbate Maioris-monasterii excommunicatos esse. Monet, ut ecclesiam Burguliensem tueatur. Duchesne Hist. Fr. SS. IV. 607, Bouquet Rec. XV. 811, Mansi XXI. 997, Migne 200 p. 279. — „Quia de regiae".
„ 7.	„	10986 (7356) Henricum, archiepiscopum Remensem, iudicem constituit inter St(ephanum), abbatem Cluniacensem, et canonicos b. Mauricii Turonenses de possessionibus nonnullis controversiam habentes. Martene Coll. II. 696, Migne 200 p. 280. — „Causam, quae inter".
„ 15.	„	10987 (7357) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut B. clerico erepta a fratre eius et ab Ascelino de Firmitate restitui iubeat. Martene Coll. II. 696, Migne 200 p. 280. — „Constitutus in praesentia".
„ 17.	„	10988 Monasterio S. Crucis Burdigalensi ecclesiam S. Macarii asserit. (Fragmentum.) In bibl. nat. Paris. ms. lat. 12666. (Monasticon Benedict. IX.) f. 152.
„ 19.	„	10989 (7358) Ludovicum, Francorum regem, rogat, ut ecclesiam S. Genovefae (Parisiensem) a G., buticularii sui, iniuriis defendat. Duchesne Hist. Fr. SS. IV. 625, Bouquet Rec. XV. 811, Mansi XXI. 1023, Migne 200 p. 275 et 281. — „Dilectus filius noster".
„ 23.	„	10990 Domum de Popelino Senonensem tuendam suscipit, possessiones eius confirmat, decimasque a fratribus exigi vetat. Quantin Cart. gén. de l'Yonne II. 161. — „Iustis petentium desideriis".
„ 25.	„	10991 (7359) Compositionem de praebendis duabus factam inter Hugonem episcopum Suessionensem et eius capitulum confirmat. Duchesne Hist. Fr. SS. IV. 592, Bouquet Rec. XV. 812, Mansi XXI. 979, Migne 200 p. 281, (Pflugk-Harttung It. Ital. p. 8: „XII. kal. Ian."). — „Cum inter te et".

1163—1164.

Dec. 25. Senonis — 10992 (7360) Abbates S. Remigii et S. Nicasii Remensis iudices constituit inter Oddonem clericum et matrem eius atque Hugonem Fabrum. Martene Coll. II. 697, Migne 200 p. 282. — „Causam, quae inter“.

„ 30. „ — 10993 (Willelmum) Cenomanensem et (Godefridum) Andegavensem episcopos iudices constituit inter S. Florentii Salmurensem et Malleonensem abbates, super parte parochiae S. Leontii litigantes. In bibl. nat. Paris. ms. lat. 12671. (Mon. Benedict. XIV.) f. 24[b]. — „Causam quae inter“.

1164. *(Ind. 12. — 25. Sept. — 13, pont. a. 5. — 20. Sept. — 6, 1163. - 25. Mart. — 1164.)*

Ian. 9. Senonis — 10994 Monasterii S. Germani de Pratis Parisiensis tutelam suscipit, possessionesque et privilegia confirmat, petente Hugone abbate. Autogr. in tab. nat. Paris. L. 230. n. 27. — „In eminenti beati“.

„ 9. „ — 10995 Monasterii Fossatensis protectionem suscipit, possessionesque et privilegia confirmat, petente Rogerio abbate. Autogr. in tab. nat. Paris. L. 230. n. 26. — „Quotiens a nobis petitur“.

„ 21. „ — 10996 (7361) Thomae, archiepiscopo Cantuariensi, significat, se (Rogero), archiepiscopo Eboracensi, scripsisse, „ut, licet in litteris concessionis suae facultatem ei dederit crucem per totam Angliam deferendi, non tamen eam per parochiam Cantuariensem deferre praesumeret, donec causa ipsa iudiciario ordine terminaretur“. Affirmat, „in eisdem litteris concessionis hoc: per totam Angliam nulla ratione fuisse appositum; unde ex oblivione potius, quam ex industria contigisse, quod verbum illud postremae litterae (quas irritas facit) continerent“. Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 121, ed. Giles II. 8, Migne 200 p. 282. Hanc epist. illustravit Reuter I. 558 sq. — „Querimonias adversus“.

„ 21. „ — 10997 Monasterii Gerensis tutelam suscipit, possessionesque et privilegia confirmat, petente Pontio abbate. In bibl. nat. Paris. Coll. Moreau t. 72. f. 142. — „Religiosam vitam eligentibus“.

„ 21. „ — 10998 Monasterium S. Mariae de Argonia tuendum suscipit ac eius possessiones decimarumque immunitatem confirmat, petente Gervasio abbate. Cartul. de Moutier-en-Argonne ms. lat. 10946. s. XII. f. 3, ms. lat. 9905. s. XVI. f. 10 in bibl. nat. Paris. — „Desiderium quod ad“.

„ 22. „ — 10999 (7364) Ecclesiam S. Mariae de Campo tuendam suscipit, eiusque bona ac privilegia, petente Pontio priore, confirmat. (Signa chronologica sunt corrupta.) Marca Marca Hisp. p. 1333, Aguirre Conc. V. 78, Migne 200 p. 284. — „Effectum iusta postulantibus“.

„ 27. „ — 11000 Parthenonis Montis-martyrum Parisiensis tutelam suscipit, bonaque et decimarum immunitatem confirmat, petente Adda abbatissa. (Bulla male descripta.) Barthélemy Rec. d. ch. de Montm. p. 98. — „Desiderium quod ad“.

Febr. 17. „ — 11001 Monasterii S. Florentii Salmurensis possessiones confirmat. Ex D. Houssean V. n. 1849, in bibl. nat. Paris. Misit Delisle. (Cf. Bibl. de l'éc. des chartes XL. 164.) — „Desiderium quod ad“.

„ 18. „ — 11002 Inter Frogerium, abbatem S. Florentii Salmurensem, et Bernardum, episcopum Santonensem, de ecclesiis S. Viviani et S. Salvatoris et S. Mariae Iaderensis litigantes pacem componit. Arch. hist. de la Saintonge IV. 48. — „Quotiens ad apostolicae“.

„ 26. „ — 11003 A(rthaudo) priori Alveriae (dioec. Genevensis), respondet, se non posse permittere, ut „causa ecclesiae, de qua iam iudicatum sit, in disceptationem reducatur, et iterum ventiletur, cum universus orbis (excepto illo solo viro potenti, Friderico videlicet, et his, quos ipse possit saeculari potentia coercere) sese in patrem summumque pontificem iam receperit“. „Scimus“, inquit, „quod vir ille sublimis et potens ad hoc solummodo nititur, ut ecclesiam Dei in ancillationem et in supremam redigat servitutem; assidue namque praelatos in ecclesiis pro beneplacito suae voluntatis instituit et destituit, ita ut etiam ille schismaticus et haereticus (Victor IV.), cui ipse tamquam Romano pontifici reverentiam exhibet et honorem, si forte aliquid praeter eius conscientiam et assensum in qualibet ecclesiarum duxerit statuendum, ipse totum ducit in irritum et condemnat“. Itaque se pro ecclesiae libertate ferre omnes angustias velle; „namque“, inquit, „a divitiis ad paupertatem, a quiete ad laborem, ab otio ad solitudinem, a felicitate et gaudio ad cumulum sumus cuiusdam

infelicitatis adducti; ut enim alia taceamus, omnes hi, qui nobis carnis sunt propinquitate coniuncti, a praedicto viro potenti rebus sunt propriis spoliati, expulsi e domibus, et, uxoribus filiisque relictis, in aliam provinciam, quasi in exilium relegati". Falsa ab imperatore spargi; hunc enim, „quidquid asserat, quidquid etiam fateatur, nequaquam velle causam hanc per iudicium ecclesiasticum terminari; quum etiam cardinales", inquit, „quos hoc anno ad eius praesentiam destinavimus (quos quidem nec videre dignatus est nec quemlibet cum eis sermonem habere) nihil aliud ab eo potuerint obtinere, nisi quod aliqui deberent eligi, qui in sua potestate et praesentia constituti id solummodo providerent, quod utilius ad pacem reddendam ecclesiae videretur". Maxima bibl. vet. patr. Lugdun. XXIV. 1519, Tromby Stor. Cartus. IV. app. p. 80. — „Dum piam simplicitatem".

Febr. 27. Senonis 11004 (7365) Thomam, archiepiscopum Cantuariensem, hortatur, ut „cautius temporum qualitatem attendens, Henrico Anglorum regi in omnibus et per omnia, salva honestate ecclesiastici ordinis, deferre satagat, et eius sibi gratiam et amorem incessanter recuperare intendat". Nunciat, se regi, ut „quod de antiquis consuetudinibus et dignitatibus conservandis episcopi Angliae promisissent, auctoritate apostolicae sedis confirmaretur" petenti, non satisfecisse; sed „legationem totius Angliae" (Rogero) archiepiscopo Eboracensi petitam per litteras concessisse. Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 12, ed. Giles II. 1, Migne 200 p. 285, (Mansi XXI. 874). — „Etsi pro animi".

(„) („) 11005 (7366) Thomae, archiepiscopo Canturiensi, et omnibus episcopis Angliae praecipit, ut „si Anglorum rex quidquam ab iis aliquo tempore requisierit, quod contra ecclesiasticam libertatem existat, hoc ei facere nullatenus attentent; si autem iam dicto regi super huiusmodi se in aliquo astrictos cognoscant, quod promiserint, nullatenus observent". Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 140, ed. Giles II. 9, Migne 200 p. 287. — „Ad hoc pontificalis".

(„) („) 11006 (7367) Thomam, archiepiscopum Cantuariensem, hortatur, ne ex legatione Rogero archiepiscopo Eboracensi concessa molestiam trahat; „nuncii nobis" inquit „ex parte ipsius regis promiserunt, quod nunquam sine conscientia et voluntate vestra eaedem litterae archiepiscopo Eboracensi redderentur". Addit, se „ecclesiam eius alienae personae in ecclesiasticis nolle subesse, nec nisi tantum Romano pontifici obedire". Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 13, ed. Giles II. 3, Migne 200 p. 287, (Mansi XXI. 881). — „Non ob gratiam" („Novit industria tua").

Mart. 15. „ 11007 B(ertrando) archiepiscopo Burdegalensi mandat, ut infra 15 dies monachos S. Macharii, praecipue eum, qui pro priore se gerat, Bonafusumque clericum ad obedientiam abbati S. Crucis praestandam compellat; quos, nisi fecerint, excommunicari iubet. Archives hist. de la Gironde I. 224. — „Dum fratres sancti".

„ 15. „ 11008 H(enricum) Anglorum regem rogat, ut monasterium S. Crucis Burdegalense ab iniuriis fratrum S. Macharii tueatur. Archives hist. de la Gironde I. 225. — „Exposcit tuae celsitudinis".

„ 21. „ 11009 (7368) Henricum, archiepiscopum Remensem, et Henricum, tit. SS. Nerei et Achillei presbyterum cardinalem, hortatur, ut „consilio (Ludovici) Francorum regis, donec ista colloquia separentur, se nullatenus subtrahant". Cardinalem aegrotare dolet. Responsum per cursorem a sese missum poscit. Martene Coll. II. 705, Bouquet Rec. XV. 829, Migne 200 p. 288. — „De dispositione vestra".

„ 21. „ 11010 Inter fratres S. Martini de Campis Parisienses et S. Martini Turonenses controversiam super ecclesia S. Martini de Passo diiudicat. Autograph. in tabul. nat. Paris. L. 231. — „Cum inter vos".

„ 22. „ 11011 (7369) E(berhardo), archiepiscopo Salzburgensi, scribit, se ad G(erhohi) praepositi Reichersbergensis litteras, „in quibus capitula quaedam continebantur, quae, eo et aliis decertantibus, in quaestionis scrupulum devenerunt, nil certi super eisdem capitulis duxisse respondendum". Mandat, faciat, ut „praepositus et caeteri ab huiusmodi ulterius disputationibus, praesertim in publicis conventibus abstineant". Pez Thes. anecd. VI. I. 398, Migne 200 p. 288. — „Cum dilectus filius".

„ 22. „ 11012 (7370) Magistri G(erhohi), praepositi Reichersbergensis, pietatem erga ecclesiam Romanam laudat, eumque de superiore epistola certiorem facit. Pez Thes. anced. VI. I. 399, Migne 200 p. 289. — „Sincerae mentis".

1164. *(Ind. 12. — 25. Sept. — 13, pont. a. 5. — 20. Sept. — 6, 1163. — 25. Mart. — 1164.)*

Mart. 30.	Senonis	11013 Bertranni magistri militiae templi Hierosolymitani eiusque fratrum protectionem suscipit ac possessiones et privilegia confirmat. Cf. Prutz Malteser-Urk. p. 31, idem ap. Löher Arch. Zeitschr. VIII. 93. — („Omne datum optimum“).
Apr. 1.	„	11014 (7371) Thomae, archiepiscopo Cantuariensi, peccatum quoddam condonat, eumque hortatur, ne „a missarum celebratione cesset, neve a consecratione sanguinis et corporis domini abstineat“. Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 40, ed. Giles II. 5, Mansi XXI. 1193, Migne 200 p. 290. — „Ad aures nostras“.
„ 2.	„	11015 (7372) Stephano, episcopo Meldensi, ius parochiale in villa et monasterio Resbacensi adiudicat. Launoii Opp. III. ii. 408, Migne 200 p. 290. — „Controversiae inter“.
„ 9.		†11016 N(icolao) electo Cameracensi et abbati Affligemiensi mandat, prohibeant, ne praebendae ecclesiae Bruxellensis incognitis vel minus idoneis personis conferantur. („Dat. Anagniae a. dom. 1164, V. id. Apr.“) Miraei Opp. dipl. IV. 24. — „Cum nobis quamquam“.
„ 10.	„	„Feria 6 in parasceve“. Sigeberti cont. Burburg. 1164 in MG. SS. VI. 458, „In parasceue, 4. Id. Apr.“ Chronica regia Colon. 1164 ibid. XVII. 778, ed. Waitz p. 114.
„ 15.	„	11017 (7373) Henrico, archiepiscopo Remensi, de officiis Ar(dicioni) S. Theodori diacono cardinali tributis gratias agit. Haec addit: „per magistrum Od. quaedam de statu Italiae tuae discretioni curavimus intimare, firmam spem fiduciamque tenentes, quod ecclesia Dei, inimicis suis humiliatis, optatae in proximo pacis tranquillitate gaudebit“. Martene Coll. II. 708, Bouquet Rec. XV. 831, Migne 200 p. 291. — „Amorem et honorificentiam“.
„ 17.	„	11018 (7374) Monasterii S. Mariae Stratensis tutelam suscipit bonaque et iura confirmat, petente Gervasio abbate. Gall. Chr. XI. Instr. p. 136, Migne 200 p. 292. — „Cum omnibus“.
„ 17.	„	11019 (7375) Basilii, prioris Cartusiensis, et universorum priorum et fratrum ordinis „institutiones ad observantiam religionis de communi assensu capituli rationabiliter factas“ confirmat. Privil. ord. Cartus. fol. 1b, Nova coll. stat. ord. Cart., append. p. 6, Migne 200 p. 293. — „Ex rescripto litterarum“.
„ 19.	„	Ecclesiae novae altare SS. Petri et Pauli consecrat „in sequenti anno, XIII. kal. Maii, in qua die fuerunt octavae dominicae resurrectionis“. Chron. S. Petri Vivi 1163 ap. D'Achery Spic. II. 486, in MG. SS. XXVI. 35. „In octavis pasce“, Alex. III. bulla ap. Quantin Cart. gén. II. 179.
„ 26.	„	Ecclesiam S. Columbae consecrat „VI. kal. Maii“. Annal. S. Columbae Senonensis 1164 in MG. SS. I. 108; Chron. S. Petri Vivi 1163 ap. D'Achery Spic. II. 486, in MG. SS. XXVI. 35.
(„)	(„)	11020 Omnibus festo dedicationis ecclesiae S. Columbae (d. 26. Apr.) „per sex dies annuatim venientibus, de iniuncta poenitentia relaxationem 20 dierum“ indulget. Quantin Cart. gén. II. 176. — „Notum sit universitati“.
Mai. 10.	„	11021 Monasterio S. Petri de Montibus privilegium tribuit. Neues Archiv VII. 97. — „Religiosis votis“.
„ 14.	„	11022 Monasterii S. Iohannis de Vineis Suessionensis possessiones et privilegia confirmat. Hoc videtur esse argumentum bullae, cuius exiguum fragmentum exstat in bibl. nat. Paris. Cartul. S. Iohannis Suess. s. XIII. ms. lat. 11004. f. 9.
„ 19.	„	11023 (7376) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut Ub., monasterii S. Vasli priorem, ad reddendam Gil. latori huius epistolae pecuniam hortetur. Martene Coll. II. 709, Migne 200 p. 294. — „Veniens ad nos Gil.“
Iun. 3.	„	11024 (7377) Monachis S. Petri Carnotensibus concedit, ut in ecclesiis parochialibus sacerdotes instituant ac tempore communis interdicti certis conditionibus divina officia celebrent. (Fragmentum.) Collection des Cartulaires II. 651, Migne 200 p. 294. — „Statuimus, ut in“.
„ 4.	„	11025 (7378) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut iudicii inter abbates S. Remigii et Dervensem faciendi causa, locum utrique parti opportunum constituat. Martene Coll. II. 709, Migne 200 p. 294. — „Causam, quae inter“.
„ 5.	„	11026 (7379) Monasterii Vallis-Richeriae protectionem suscipit, bonaque ac privilegia, petente Roberto abbate, confirmat. Neustria pia p. 826, Migne 200 p. 295. — „Religiosis votis“.

1164. *(Ind. 12. — 25. Sept. — 13, pont. a. 5. — 20. Sept. — 6, 1163. — 25. Mart. — 1164.)*

Iun. 11.	Senonis	11027 Monasterii S. Nicolai Buttenburgensis tutelam suscipit, disciplinam et possessiones confirmat, privilegiaque instituit, petente Wilhelmo abbate. Chronicon et cartul. S. Nicol. Furnens. p. 66. — „Pie postulatio voluntatis".
„ 22.	„	11028 Capitulo ecclesiae Magalonensis liberam eligendi praepositum facultatem indulget. Mém. de la soc. de Montpellier V. 522. — „Ex innata vobis".
„ 25.	„	11029 Rainerio canonico et magistro scholarum ecclesiae Rotomagensis concessam ab Hugone archiepiscopo sub quinque solidorum censu annuo terram S. Romani confirmat. Pflugk-Harttung Acta I. 238. — „Iustis petentium desideriis".
„ 25.	„	11030 Hugoni, archiepiscopo Tarraconensi, concessum ab ecclesia Barcinonensi eiusque episcopo beneficium confirmat. Villanueva Viage literar. XIX. 286. — „Pro maxima quam".
„ 26.	„	11031 Leprosorum Suessionensium possessiones quasdam confirmat, eosque a solvendis decumis eximit. Copia vidim. a. 1275 in tab. nat. Paris. L. 230. n. 23. — „Iustis petentium desideriis".
Iul. 3.	„	11032 Nicolao clerico asserit domum iuxta ecclesiam b. Iacobi, quam Telfus, ecclesiae Parisiensis archipresbyter, in eleemosynam ei concesserat. Autogr. in tab. nat. Paris. L. 230. n. 25a. — „Iustis petentium desideriis".
„ 6.	„	11033 (7380) Henrico, archiepiscopo Remensi, significat, „illum auctorem et caput turbationis ecclesiae, R(einaldum, archiepiscopum Coloniensem), videlicet quondam F(riderici), dicti imperatoris, cancellarium, cum aliunde suus omnimodo disturbetur ingressus, per Flandriam in Teutonicam terram ire disponere". Monet, ut „praedictum R(einaldum) disturbare satagat, et omnimodis impedire, et ipsum, si possit, capere nulla ratione postponat". „Nihil enim" inquit „posses unquam ad praesens efficere, quod nobis et ecclesiae amplius gratum et acceptum existeret". Martene Coll. II. 710, Bouquet Rec. XV. 818, Migne 200 p. 297. — „Attendentes illum animi".
„ 9.	„	11034 B(ertrando) archiepiscopo Burdegalensi mandat, ne sententiam in fratres S. Macharii prolatam remittat, utque eos ad obedientiam abbati S. Crucis Burdegalensi exhibendam instanter commoneat. Nisi fecerint, eos depositum iri minatur. Archives hist. de la Gironde I. 231. — „Per alia scripta".
„ 12.	„	11035 Waltero abbati et fratribus S. Vincentii Laudunensibus altare de Bairi, a fratribus Maioris-monasterii vindicatum, adiudicat. In bibl. nat. Paris. Coll. Moreau t. 73. f. 16, Coll. Grenier t. 257. f. 142. — „Nuntiis tuis cum".
„ 13.	„	11036 (7381) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut Guillelmum, „si monachos S. Remigii non habita licentia uxoris eum monasticum habitum induisse constiterit", ab impetitione abbatis et fratrum absolvat. Martene Coll. II. 710, Migne 200 p. 298. — „Dum W. parochianus".
„ 15.	„	11037 Universis ecclesiarum praelatis mandat, ut populum propositis indulgentiis ad collectas in usum Templariorum faciendas admoneant. De aliis eorum privilegiis addit. Prutz Malteser Urk. p. 39. — „Milites templi".
„ 18.	„	11038 (7382) Henricum, archiepiscopum Remensem, hortatur, ut controversiam Millesendis mulieris et Radulfi de Coci super dote illius intra dies 30 diiudicet. Martene Coll. II. 711, Bouquet Rec. XV. 818, Migne 200 p. 298. — „Causam, quae inter".
„ 20.	„	11039 (Manassae) episcopo et capitulo S. Crucis Aurelianensi significat, in praesentia Herberti archidiaconi et Guarini archipresbyteri Gilonem, militem de Loriaco, ecclesias de Arebrachio et de Loriaco, „quas ex prava et antiqua illa consuetudine iure hereditario possedisset", in manibus suis refutasse et ecclesiae eorum dimisisse. Loewenfeld Epistolae p. 136. — „Quotiens aliqua digna".
„ 26.	„	11040 (7383) Hugoni, episcopo Suessionensi, Rain. archidiaconum Sarisberiensem, Parisiis operam studiis daturum, commendat. Duchesne Hist. Fr. SS. IV. 594, Bouquet Rec. XV. 819, (Mansi XXI. 981, Migne 200 p. 299). — „Dilectus filius noster".
„ 27.	„	11041 Giffredo abbati et fratribus S. Trinitatis Dunfermelinensibus asserit ecclesiam de Dunchelden, ab Andrea, episcopo Catenensi, concessam. (Specimen scripturae apud) Registrum de Dunferm. p. 151 et 418. — „Iustis petentium desideriis".
„ 28.	„	1142 Monasterii S. Mariae de Laude protectionem suscipit ac possessiones et privilegia confirmat, petente Samuele abbate. In Coll. Moreau t. 73. f. 18 in bibl. nat. Paris., (Neues Archiv VII. 97). — „Quotiens illud a".

1164. *(Ind. 12. — 25. Sept. — 13, pont. a. 5. — 20. Sept. — 6, 1163. — 25. Mart. — 1164.)*

Iul. 29. Senonis 11043 Monasterii S. Crucis de Castello-puellarum (vel Edinburgensis) protectionem suscipit, possessionesque et privilegia confirmat, petente Willelmo abbate. Liber cartarum S. Crucis p. 168. — „Quoniam (Quum) sine vero".

„ 29. „ 11044 Rogero abbati et fratribus Driburgensibus ecclesiam de Saultoun aliaque concedit. Liber S. Mariae de Drib. p. 204. — „Iustis petentium desideriis".

„ 30. „ 11045 (7384) Ludovico, Francorum regi, significat, abbatem quendam ex Burgundia venientem sibi nunciasse, „quod cum ab R(einaldo, archiepiscopo Coloniensi), quondam cancellario F(riderici), dicti imperatoris, complures operarii iam fuissent conducti et de ipsius mandato in confinio regni operari coepissent, comes Forensis eosdem operarios de loco eiecit". „Verum" inquit „quoniam praedictus cancellarius pecuniam multam reliquit, ut, quod prave intendit, ad effectum perducat, tua interest, habito consilio baronum, factum ipsum, ne ultra procedat, prorsus destruere". (Richardo) electo Lugdunensi se mandasse, „ut huic rei nulla ratione assentiat, sed eam satagat disturbare". Duchesne Hist. Fr. SS. IV. 621, Bouquet Rec. XV. 819, Mansi XXI. 1017, Migne 200 p. 299. — „Dum multitudinem".

Aug. 1. „ 11046 (7385) Ludovico, Francorum regi, scribit, de lite Franbi, ecclesiae S. Martini Turonensis canonici, et Nicolai burgensis sententiam, a (Willelmo), episcopo Cenomannensi, dictam, ad effectum nondum perductam esse. Utrumque ad regem mittit. Nicolaum commendat. Duchesne Hist. Fr. SS. IV. 629, Bouquet Rec. XV. 820, Mansi XXI. 1028, Migne 200 p. 300. — „Franbus ecclesiae".

(„) („) 11047 (7386) Upsaliam urbem Scarensis, Lincopiensis, Strengesensis et Arusensis episcopatuum metropolim constituit, et Stephano archiepiscopo „precibus et interventu Caroli, illustris regis Sweorum et Gothorum, episcoporum quoque et Ulfy ducis regni illius" pallium concedit, eiusque successores ab archiepiscopo Lundensi, „tamquam proprio primati", consecrandos esse statuit. Liljegren Dipl. Suec. I. 70, Ornhjälm Hist. Sueon. p. 482, Rydberg Sverges Trakt. I. 80, Migne 200 p. 301. — „Licet omnes".

„ 5. „ 11048 (7387) Universos episcopos per regnum Sweciae constitutos hortatur, ut metropolitano Stephano, archiepiscopo Upsaliensi, obediant. Liljegren Dipl. Suec. I. 72, Örnhjälm Hist. Sueon. p. 484, Migne 200 p. 303. — „Venerabilem fratrem".

(„) („) 11049 (7388) Henrico abbati et fratribus S. Mariae Vitescolensis asserit ecclesiae locum, ab Eskillo, episcopo Arusiensi, concessum, qui „aliquando errori consensit, qui tamen factum suum in districto examine positus reprobavit". Memorat, se de ea re „cum Eskillo, Lundensi archiepiscopo, et aliis fratribus suis deliberasse". Langebek SS. R. Dan. V. 241, Migne 200 p. 304. — „Litteris devotionis tuae".

„ 6. „ 11050 (7389) Ludovicum, Francorum regem, rogat, ut „ad monasterii Trenorciensis onera et debita relevanda, fratres per diversa monasteria dividi, et, quinque vel quatuor ibidem relictis, in debitorum solutionem redditus cedere" iubeat. Duchesne Hist. Fr. SS. IV. 623, Iuenin Nouv. hist. de Tournus. Pr. p. 167, Bouquet Rec. XV. 820, Mansi XXI. 1020, Migne 200 p. 304. — „Cum dilectus filius".

„ 8. „ 11051 Omnes sacerdotes et personas de Haliwerefolk hortatur, ut iuxta antiquam consuetudinem ministerialibus b. Cuthberti Dunelmensibus unum denarium per unamquamque domum annuatim persolvant. Hist. Dunelm. Scr. append. p. 52. — „Pietatis operibus".

„ 11. „ 11052 (7390) (Hugoni), episcopo Suessionensi, mandat, hortetur Ludovicum, Francorum regem, ut abbati et fratribus Compendiensibus hospitale quoddam, si iuris eorum sit, restituat, si minus, concedat. Duchesne Hist. Fr. SS. IV. 594, Bouquet Rec. XV. 821, Mansi XXI. 981, Migne 200 p. 305. — „Quoniam de hospitali".

„ 13. „ 11053 (7391) Ludovico, Francorum regi, excusat Nicolaum Turonensem, „hominem regiae maiestatis", qui, iniuria a F(ranbo S. Martini) canonico accepta, ad sese refugerit; „sic enim" inquit „sacrorum canonum sanxit auctoritas, et imperatores, qui antecessores tui fuerunt, et reges Francorum sanxerunt, quod hi, quibus a clericis iniuria irrogatur, eos apud ecclesiasticos iudices debeant solummodo convenire". Ceterum causam illam scribit arbitrio (Willelmi), episcopi Cenomanensis, a sese permissam fuisse. Duchesne Hist. Fr. SS. IV. 617, Bouquet Rec. XV. 822, Mansi XXI. 1011, Migne 200 p. 306. Cf. supra ep. 11046. — „Quod Nicolaus".

1164. *(Ind. 12. — 25. Sept. — 13, pont. a. 5. — 20. Sept. — 6, 1163. — 25. Mart. — 1164.)*

Aug. 18. | Senonis | 11054 (7392) Ludovico, Francorum regi, agit gratias, quod „triginta fratribus ecclesiae Trenorciensis se promiserit necessaria liberaliter provisurum". Duchesne Hist. Fr. SS. IV. 626, Bouquet Rec. XV. 823, (Mansi XXI. 1024, Migne 200 p. 307). — „Affectum et compassionem".

„ 18. | „ | 11055 (7393) Abbatibus S. Germani et S. Victoris Parisiensis et priori ac subpriori S. Victoris et Odoni, quondam S. Genovefae abbati, mandat, investigent, num Guillelmus S. Genovefae canonicus, propterea quod ad ipsum sine abbatis et capituli licentia accessisset, universis vestibus exutus acriter verberatus et „septem diebus in terra cum canibus cibum sumere" coactus sit. Duchesne Hist. Fr. SS. IV. 752, Martene Coll. VI. 233, Bouquet Rec. XV. 823, Mansi XXI. 1030, Migne 200 p. 307. — „Significatum nobis est".

„ 18. | „ | 11056 Inter Hugonem abbatem fratresque S. Germani de Pratis Parisienses et monasterium S. Iohannis Senonense compositionem de ecclesia S. Georgii de Matriolis factam ab Hubaldo tit. S. Crucis et Willelmo tit. S. Petri presbyteris cardinalibus confirmat. Autogr. in tab. nat. Paris. L. 230. n. 25[b]. — „Iustis petentium desideriis".

„ 20. | „ | 11057 (7394) Ludovico, Francorum regi, scribit, „relaxationem, in sexta feria ei factam, taliter distinguendam esse, ut in quadragesima, quae dicitur b. Martini, usque ad adventum domini in sexta feria uno ferculo piscium et vino temperate sumpto utatur; in adventu vero et in maiori quadragesima consuetum abstinentiam semper sexta feria observet" cet. Duchesne Hist. Fr. SS. IV. 608, Bouquet Rec. XV. 823, Mansi XXI. 999, Migne 200 p. 307. — „Desiderium et affectum".

„ 21. | „ | 11058 (7395) Fratribus S. Mariae de Valle-crosa locum, qui dicitur Fons-calidus, asserit. Hugo O. P. A. I. Pr. p. 565, Migne 200 p. 308. — „Iustis petentium desideriis".

„ 29. | „ | 11059 (7396) Henricum, archiepiscopum Remensem, monet, ut abbatum S. Remigii et Dervensis controversiam super quadam decima intra dies 30 disceptet. Martene Coll. II. 711, Migne 200 p. 309. — „Constitutus in praesentia".

Sept. 6. | „ | 11060 Monasterii Sacri-portus tutelam suscipit, possessionesque et privilegia confirmat, petente Henrico abbate. In bibl. nat. Paris. Cartul. Sacri-portus ms. lat. 5466. f. 14. — „Religiosam vitam eligentibus".

„ 7. | „ | 11061 (7397) Guillelmum, comitem Nivernensem, et Idam, matrem eius, hortatur, ut pacem servent cum ecclesia Vizeliacensi, eamque a nobilibus et baronibus tueantur. Petrum, subdiaconum suum, mittit. D'Achery Spic. II. 543, Bouquet Rec. XV. 824, (Mansi XXI. 1042, Migne 200 p. 309). — „Quanto monasterium".

„ 15. | „ | 11062 (7398) „Confirmat domum Fontebraldensem et ceteros ordinis conventus". Vide Gall. Christ. II. 1319, Bulla integra exstat in chartular. Font. Ebr. II. 177 in bibl. nat. Paris. (Delisle). — „Desiderium quod".

„ 24. | „ | 11063 (7399) Ludovico, Francorum regi, significat, se eius litteras accepisse, mandataque exsecuturum. Duchesne Hist. Fr. SS. IV. 628, Bouquet Rec. XV. 824, Migne 200 p. 310. — „Litteras excellentiae tuae".

„ 25. | „ | 11064 (7400) Petentibus Garcia magistro et fratribus Calatravensibus, Calatravam tuendam suscipit, fratrumque leges, bona, privilegia confirmat. Diffiniciones de Calatrava p. 37, Samper Montesa illustr. I. 145, Mascareñas Apolog. hist. p. 45, Manrique Ann. Cist. II. 400, Migne 200 p. 310. — „Iustis petentium desideriis".

„ 25. | „ | 11065 (7401) Monasterium S. Mariae Hortense tuendum suscipit, eiusque possessiones et privilegia confirmat, petente Blasio abbate. Manrique Ann. Cist. II. 402, Migne 200 p. 312. — „Religiosam vitam eligentibus".

Oct. 1. | „ | 11066 Monasterii S. Mariae Pratensis tutelam suscipit, bonaque et iura confirmat, petente Odone abbate. Chartul. Belliprati Bellovacensis s. XIII. ms. lat. 9973. f. 127 in bibl. nat. Paris. — „Quotiens illud a nobis".

„ 3. | „ | 11067 (7402) Ludovico, Francorum regi, per P. subdiaconum suum suadet, ut quaedam et regni et ecclesiae causa commutet. Duchesne Hist. Fr. SS. IV. 618, Bouquet Rec. XV. 807, Mansi XXI. 1012, Migne 200 p. 313. — „Quaedam gravia et".

„ 8. | „ | 11068 (7403) Ludovico, Francorum regi, significat, canonicos Carnotenses professos esse, se in eligendo episcopo incaute egisse. Quos, ut ad concordiam ante proximas octavas epiphaniae (13. Ianuar. 1165) redirent, a sese admonitos esse. Duchesne Hist. Fr. SS. IV. 609, Bouquet Rec. XV. 824, Mansi XXI. 1001, Migne 200 p. 313. — „Dilectii filii nostri".

1164. *(Ind. 12. — 25. Sept. — 13, pont. a. 5. — 20. Sept. — 6, 1163. — 25. Mart. — 1164.)*

Oct. 9. Senonis 11069 (7404) Ludovicum, Francorum regem, hortatur, agat secundum litteras (Balduini), Noviomensis et (Amalrici) Silvanectensis episcoporum, qui, num hospitale prope Compendium ipsius monasterii Compendiensis esset, quaestionem adhibuerint. Duchesne Hist. Fr. SS. IV. 610, Bouquet Rec. XV. 825, Mansi XXI. 1001, Migne 200 p. 314. — „Cognita olim tuae".

„ 12. „ 11070 Parthenonis S. Mariae de Roseto tutelam suscipit ac possessiones confirmat, petente Ada abbatissa. (Bulla male descripta.) Coll. Moreau t. 793. f. 32 in bibl. nat. Paris. Misit Delisle. — „Quoties illud a".

„ 19. „ 11071 Monasterii S. Mariae Fresmontensis tutelam suscipit bonaque confirmat, petente Manasse abbate. Ex cop. diplom. Fresmonti, cod. inscript.: „Partage-Forest" p. 251 in Arch. de l'Oise in Beauvais, misit Delisle; Coll. Moreau t. 73. f. 30, Coll. Grenier t. 257. f. 150b in bibl. nat. Paris. — „Quotiens illud a".

„ 20. „ 11072 (7405) Ludovico, Francorum regi, respondet, se hospitale Compendiense, cum ipsius arbitrio permisisset controversiam, habita ratione litterarum B(alduini) Noviomensis et (Amalrici) Silvanectensis episcoporum, monasterio Compendiensi addixisse. Duchesne Hist. Fr. SS. IV. 610, Bouquet Rec. XV. 826, Mansi XXI. 1002, Migne 200 p. 314. — „Illam sincerissimam".

„ 20. „ 11073 Monasterio Compendiensi hospitale eiusdem loci adiudicat, perspectis litteris B(alduini) Noviomensis et A(malrici) Silvanectensis episcoporum, qui de assensu et voluntate L(udovici), Francorum regis, causam diligenter investigaverant. In tabul. nat. Paris. Cartul. Compend. s. XIII. LL. 1622. f. 58, in bibl. nat. Paris. Coll. Moreau t. 74. f. 79. — „Cum de hospitali".

„ 25. „ 11074 Ecclesiae Peronensis patrocinium suscipit possessionesque confirmat, petente Uberto decano. In bibl. nat. Paris. Coll. Moreau t. 73. f. 33, Coll. Grenier t. 257. f. 148. — „Effectum iusta postulantibus".

„ 25. „ 11075 (7406) Monasterii S. Mariae Liskensis protectionem suscipit, possessionesque confirmat, petente Roberto abbate. Hugo O. P. A. II. Pr. p. 30, Migne 200 p. 315. — „Iustis religiosorum desideriis".

„ 28. „ 11076 Balduino abbati S. Martini Yprensi eiusque successoribus asserit altare de Calona, ab Alviso, quondam episcopo Atrebatensi, donatum. Statutum, ut singulis annis octo diebus statutis missae in capella de Upstal celebrentur et quidquid ibidem oblatum fuerit, usibus fratrum templi Hierosolymitani deputetur, confirmat. (Cf. supra bullam 7812.) Les trois cart. de St.-Mart. à Ypres I. 17. — „Apostolice sedis, cui".

„ 28. „ Engelramum episcopum Glascuensem consecrat „die apostolorum Simonis et Iudae". Chronica de Mailros 1164 ap. Fell Rer. Angl. SS. p. 169, ed. Stevenson p. 79.

„ 30. „ 11077 (7407) Monasterii Reomaensis protectionem suscipit possessionesque confirmat, petente Petro abbate. Roverii Reomaus p. 208, Migne 200 p. 316. — „Desiderium quod ad".

Nov. 1. „ 11078 Decano et canonicis Glasguensibus et universo clero ac populo per eundem episcopatum constitutis significat, se Eng(elramum), cum litteris M(alcolmi), Scotorum regis, ad sese venientem, episcopum consecrasse (cf. d. 28. Oct.), „licet nuntii (Rogeri) archiepiscopi Eboracensis repugnarent". Hortatur, ut ei obediant. Registrum ep. Glasg. I. 18, Haddan and Stubbs Councils II. I. 36. — „Venerabilem fratrem nostrum".

„ 4. „ 11079 Monasterii S. Dionysii Mediolanensis patrocinium suscipit, possessionesque ac iura confirmat, petente Wifredo abbate. In tabular. Mediolanensi. Ex schedis Iafféi. (Wiener Sitzungsber. XCIV. 668.) — „Religiosis desideriis dignum".

„ 26. „ 11080 (7408) Ludovico, Francorum regi, de tutela monasterii S. Maximini adhuc gesta, gratias agit. Monet, ut idem monasterium a Theobaldi, civis Aurelianensis, aliorumque iniuriis defendat. Duchesne Hist. Fr. SS. IV. 609, Bouquet Rec. XV. 810, Mansi XXI. 1000, Migne 200 p. 318. — „Laudabilis propositum pietatis".

„ 29. „ 11081 Domus hospitalis S. Nicolai de Abbatis-villa protectionem suscipit, possessionesque et iura confirmat. In bibl. nat. Paris. Coll. Moreau t. 73. f. 42, Coll. Grenier t. 257. f. 152. — „Piae postulatio voluntatis".

Dec. 5. „ 11082 Monasterii S. Michaelis de Scona protectionem suscipit, ac disciplinam, possessiones, privilegia confirmat, petente Roberto abbate. Liber S. Mich. de Scon p. 13. — „Pie postulatio voluntatis".

1164. *(Ind. 12. — 25. Sept. — 13, pont. a. 5. — 20. Sept. — 6, 1163. — 25. Mart. — 1164.)*

Dec. 13. Senonis 11083 (7409) Theobaldo priori et fratribus ecclesiae S. Martini de Campis addicit ecclesiam S. Martini de Passo, canonicis S. Martini Turonensibus abiudicatam. Marrier Mon. S. Martini de Campis p. 355, Migne 200 p. 318. — „Cum inter vos et".

„ 23. „ 11084 Parthenonis S. Mariae de Avesnis protectionem suscipit, possessionesque confirmat, petente Mathilde abbatissa. In bibl. nat. Paris. Coll. Moreau t. 73. f. 47. — „Religiosam vitam eligentibus".

„ 24. („) „convocatis in unum scholasticis et quibusque litteratis in ipsa vigilia nativitatis domini usque ad tria, ut fertur, milia vel ultra, cum assentientibus sibi domnis cardinalibus condemnavit et omnino interdixit omnes tropos et indisciplinatas quaestiones in theologia; Parisiensique episcopo praecipit, ut per totam Franciam eas compesceret. Sententia autem de gloria hominis in deum assumpti et in deum nati approbata est ibi coram papa ac roborata conscriptis inde centum quinquaginta et eo amplius auctoritatibus". Annal. Reicherspergenses 1164 in MG. SS. XVII. 471.

„ 31. „ 11085 (7410) Ludovico, Francorum regi, F. fratrem, nuncium suum, commendat. Duchesne Hist. Fr. SS. IV. 615, Bouquet Rec. XV. 812, Migne 200 p. 320. — „Dilectum filium, fratrem".

(„) 11086 Monasterii Caroli-loci possessiones confirmat et privilegia auget. (Fragmentum.) In bibl. nat. Paris. cartul. mon. Car.-loci ms. lat. 11003. f. 387[b].

(„) 11087 Monasterii Tironiensis protectionem suscipit possessionesque confirmat, petente Stephano abbate. In bibl. nat. Paris. Chart. Tiron. ms. lat. 10107. p. 226. Misit Delisle. (Cf. Gouverneur Ess. hist. s. le Perche p. 256.) — „Religiosis desideriis dignum".

(„) 11088 *Monasterio Longi-pontis privilegium dat. Le cartul. de Longpont p. 278.

c. 1164.

Sept. 10. 11089 (7411) Ludovico, Francorum regi, monasterium Compendiense commendat; cui domum hospitalem asseri cupit. Duchesne Hist. Fr. SS. IV. 618, Bouquet Rec. XV. 821, Mansi XXI. 1013, Migne 200 p. 320. — „Ille affectus, quem".

1163—1165.

Senonis 11090 Fratribus S. Petri Carnotensibus concedit, ut in parochialibus ecclesiis sacerdotes eligant, electosque episcopo repraesentent. Addit de officiis divinis tempore interdicti celebrandis. („III. non. . . . .") Autogr. in bibl. nat. Paris. ms. lat. 9222. — „Iustis petentium desideriis".

1163. 1165.

Apr. 9. Parisiis 11091 (7412) Abbatis S. Vitoni Virdunensis, qui quondam schismatico suo episcopo restitit, fidem laudat, eumque ad constantiam hortatur. Martene Thes. I. 455, Bouquet Rec. XV. 796, Migne 200 p. 321. — „Ex tenore litterarum".

„ 11. „ 11092 Clero et populo Compendiensi scribit, audivisse se, quosdam eorum „casulas, libros, privilegia, et alia ecclesiae pretiosa ornamenta abbati et fratribus subcelare et alienare". Praecipit, ut ea reddant, vel quos habere ea cognoverint, abbati indicare studeant. Loewenfeld Epistolae p. 136. — „Pastoralis sollicitudo".

„ 11. „ 11093 Martino abbati et fratribus S. Vedasti indulget, ut praebendae, quas canonicis secularibus in ecclesia b. Petri (prope Atrebatum) concesserint, decedente eorum aliquo, ad usum monachorum revertantur. Guimann Cart. de S.-Vaast d'Arras p. 143. — „Quanto religiosi viri".

„ 16. „ 11094 (7414) C(lementi) decano et universo capitulo Parisiensi concedit, ut Eugenii III. ad T(eobaldum) quondam episcopum litterae („quod, si in dandis maioriis et aliis beneficiis possent minime convenire, ei liceret eadem ordinare") „nullum iis in posterum valeant praeiudicium generare". Collection des Cartulaires IV. 226, Migne 200 p. 323. — „Ex litteris, quas".

„ 18. „ 11095 Andreae, episcopo Atrebatensi, interdicit, ne abbatem Corbeiensem „occasione ecclesiarum, quas in episcopatu Atrebatensi possideat, compellat ad synodos venire". Ex cod. Corb. (ms. lat. 17767?) in bibl. nat. Paris. Misit Delisle. — „Significavit nobis".

1164—1165.

Ian. 1.	Senonis	11096 (7415) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, iudicet inter Robertum militem et O. burgensem super prato quodam litigantes. Martene Coll. II. 697, Migne 200 p. 323. — „Cum causa, quae".
„ 5.	..	11097 Monasterio Savigneiensi asserit dominicum in Marchis, Maidreio et Verduno, a Radulfo, domino Fulgeriensi, concessum. Cart. de Savigny s. XIII. f. 157[b] in Arch. dép. de la Manche in St.-Lô. — „Iustis petentium desideriis".
„ 6.	..	11098 (7416) Henrico, archiepiscopo Remensi, nunciat, A(ndream), episcopum Atrebatensem, de sanandis iniuriis ei factis promisisse. Martene Coll. II. 698, Bouquet Rec. XV. 827, Migne 200 p. 324. — „Cum venerabilis frater".
„ 7.	„	11099 (7417) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, si (Galterus) Laudunensis et (Balduinus) Noviomensis episcopi ante initium proximae quadragesimae inter abbatissam de Bertolocors et moniales de S. Igniaco non iudicaverint, ut ipse controversiam dirimat. Martene Coll. II. 699, Migne 200 p. 325. — „Cum causam, quae".
„ 10.	„	11100 Bulla pro monasterio, ut videtur, S. Florentii Salmurensis. Livre d'Argent fol. 22 in Arch. dép. Maine et Loire in Angers. (Misit Delisle. In schedis Iafféi.)
„ 11.	„	11101 Bulla pro eodem monasterio. Livre d'Argent f. 12[b] l. l.
„ 13.	„	11102 (7418) Monachis S. Vedasti privilegia quaedam concedit. Martene et Dur. Vet. Script. I. 872, Guimann Cart. de St.-Vaast p. 84, Bouquet Rec. XV. 813, Migne 200 p. 326. — „Congruam officii".
„ 16.	..	11103 Berardo, ecclesiae Rothomagensis archidiacono, asserit terram ante domum decani sitam, ab Hu(gone) archiepiscopo sub censu annuo duarum librarum piperis concessam. Pflugk-Harttung Acta I. 239. — „Iustis petentium desideriis".
„ 17.	..	11104 (7421) P(ontium), archiepiscopum Narbonensem, (Adelbertum) Nemausensem, (Raimundum) Uceticensem, (Aldebertum) Mimatensem, (Iohannem) Magalonensem episcopos, „super pedagiorum enormitate tollenda studiosos" laudat. Addit de rata habenda sententia, prolata in Bernardum comitem Melgoriensem, cui litteras se direxisse dicit „sine ulla tamen salutatione". Gariel Ser. I. 213, Bouquet Rec. XV. 813, Migne 200 p. 327. — „Susceptis litteris quorumdam".
„ 20.	„	11105 (7422) Henrico, archiepiscopo Remensi, commendat nuncios ex Oriente „pro eleemosynis acquirendis" missos. Martene Coll. II. 700, Bouquet Rec. XV. 813, Migne 200 p. 328. — „Qualiter deus orientalem".
„ 26.	..	11106 G(uillelmum) episcopum Ilerdensem reprehendit, quod M. quendam ex fratribus hospitalis Iherosolimitani in eorum coemeterio sepeliri prohibuerit eisque ecclesiam de Rateria abstulerit. Praecipit, ut ecclesiam restituat mortuumque sepeliri sinat. Villanueva Viage literar. XVI. 273. — „Ex relatione fratrum".
„ 27.	..	11107 (7423) Ad Ludovici, Francorum regis, litteras, ab abbate S. Vincentii Silvanectensis allatas, respondet, se, et regis et Henrici, archiepiscopi Remensis, precibus adductum, (Nicolao) episcopo Cameracensi novam comperendinationem usque ad secundam dominicam proximae quadragesimae largitum esse; quem ante diem nisi „aut nuncium vel litteras de reversione illius" receperit, fore ut excommunicetur. Rogat, ut quae per abbatem S. Germani petierit, praestet. Duchesne Hist. Fr. SS. IV. 613, Bouquet Rec. XV. 814, Mansi XXI. 1006, Migne 200 p. 328. — „Veniens ad nos dilectus".
„ 28.	„	11108 Parthenonis S. Mariae Hederensis eiusque bonorum protectionem suscipit, petente Clementia abbatissa. Pflugk-Harttung Acta I. 239. — „Sacrosancta Romana ecclesia".
Febr. 4.	„	11109 (7424) Ludovico, Francorum regi, pollicetur, se P(etro), archiepiscopo Bituricensi, non defore. Magistrum R., b. Germani decanum, a sese benigne receptum esse. Duchesne Hist. Fr. SS. IV. 615, Bouquet Rec. XV. 814, Mansi XXI. 1009, Migne 200 p. 329. — „Litteras sublimitatis tuae".
„ 10.	„	11110 Compositionem inter monachos Bonevallenses et Petrum, priorem Nemensvillae, super ecclesia de Suppis factam ab (Hubaldo) episcopo Ostiensi et (Henrico) SS. Nerei et Achillei presbytero cardinali confirmat. Thiroux et Lambert Hist. de l'abbaye de Bonneval p. 74. — „Iustis petentium desideriis".
„ 12.	„	11111 (7425) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, iudicet inter abbatem S. Remigii et rusticos de Nongento. Martene Coll. II. 701, Migne 200 p. 329. — „Cum causa, quae inter".

1164—1165.

Febr. 13. Senonis 11112 (7426) Abbatibus S. Remigii Remensis et de Castro S. Theodori et L. decano Remensi mandat, ut abbatis Orbacensis cum Hugone de Igni controversiam dirimant. Martene Coll. II. 701, Migne 200 p. 330. — „De vestra prudentia".

„ 13. „ 11113 Fulcando, abbati S. Iohannis de Valeia, asserit „locum, quem obtineat in ecclesia Carnotensi". Ex chartul. S. Iohannis in Valle 5481. f. 157 in bibl. nat. Paris. Misit Delisle. — „Significatum est".

„ 14. „ 11114 (7427) Abbati S. Remigii Remensis significat, abbates S. Memmii et Omniumsanctorum inter eum et Odd. presbyterum constitutos iudices esse. Martene Coll. II. 702, Migne 200 p. 330. — „Causam, quae inter".

„ 14. „ 11115 (7428) Decano, thesaurario, archidiacono et universo capitulo Remensi mandat, ut (Guidonem), electum Catalaunensem, Henrico archiepiscopo commendent. Bouquet Rec. XV. 815, Migne 200 p. 331. — „Quorundam est nobis".

„ 15. „ 11116 (7429) Henricum, (archiepiscopum Remensem), inter P. abbatem S. Remigii et R. vicecomitem Laudunensem super villa de Germiniaco facere iudicium iubet. Martene Coll. II. 702, Bouquet Rec. XV. 815, Migne 200 p. 331. — „Causam, quae inter".

„ 16. „ 11117 (7430) Ludovicum, Francorum regem, orat, hortetur W(illelmum), Siciliae regem, ut, quem exsilio affecerit, Florium de Camebotta, „unum de maioribus baronibus Calabriae", in gratiam recipiat. Eundem Florium (Manueli) imperatori Constantinopolitano commendari cupit. Duchesne H. Fr. SS. IV. 627, Bouquet Rec. XV. 827, Mansi XXI. 1025, Migne 200 p. 332. — „Ad nostri officii".

„ 24. „ 11118 Fratribus Cisoniensibus concedit, ut monasterii bona alienata recuperent, decimasque et terras infeudatas „in pignore accipiant". Pflugk-Harttung Acta I. 240, (Buzelini Gallo-Flandria p. 366). — „Ex transmissa vestra".

„ 27. „ 11119 (7431) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, excommunicet G. comitem de Roceio, nisi pecuniam nuncio (Guichardi) archiepiscopi Lugdunensis ablatam intra dies 15 restituerit. Martene Coll. II. 703, Bouquet Rec. XV. 816, Migne 200 p. 333. — „Ex tenore litterarum".

„ 11120 Monasterii S. Mariae Ioiacensis possessiones confirmat, petente Petro abbate. Ex chartul. Ioiac. ms. lat. 9172 f. 160 in bibl. nat. Paris. Misit Delisle. — „Religiosis desideriis".

Mart. 1. „ 11121 (7432) Mauricio, episcopo Parisiensi, significat de annuo unciae auri censu ecclesiae Latiniacensi remisso. (Cf. supra 10967.) Collection des Cartulaires IV. 32, Migne 200 p. 333. — „In quodam scripto".

„ 2. „ 11122 Philippo abbati et fratribus Bonae-spei indulget, ut de novalibus, quae propriis manibus excolant, sive de nutrimentis animalium nemini decimas solvant. Maghe Chronicum eccl. Bonae-spei p. 95 teste Wauters Table chronol. II. 461.

„ 3. „ 11123 (7433) Ludovicum, Francorum regem, hortatur, ut „A. et O. de Bri, cum P. de Glazi gravem guerram et discordiam habentes", ad faciendam pacem cogat. Duchesne Hist. Fr. SS. IV. 624, Bouquet Rec. XV. 816, Mansi XXI. 1021, Migne 200 p. 334. — „Quoniam regiae pietatis".

„ 3. „ 11124 Capitulo S. Audomari asserit ea, „quae b. m. A. praepositus de propriis facultatibus ad instaurationem duarum praebendarum" ei contulerit. Ex autographo in tabul. capit. Audomarensi dedit Arthurus Giry Parisiensis. — „Iustis petentium desideriis".

„ 9. „ 11125 Goterio, abbati S. Facundi Sahagunensi, ligandi atque solvendi potestatem a Paschali et Hadriano papis in villa S. Facundi et infra cautum (circuitum?) monasterii praedecessoribus eius concessam renovat, prohibetque, ne sine auctoritate eius in ipsa villa ecclesia habeatur. Neues Archiv VI. 356. — „Cum ex iniuncto".

„ 10. „ 11126 Abbati et fratribus S. Benedicti super Ligerim (Floriacensibus) concedit haec: „licet archiepiscopi aut episcopi propter praesentiam nostram aliquod onus ad praesens obedientiis vestris imponant, nulli eorum fas sit posthac occasione illa contra antiquam consuetudinem vestram fratribus vestris, per obedientias constitutis, aliquas exactiones imponere aut quidlibet ab eis exigere". Epist. Innoc. III. ed. Baluzius II. 327, ed. Migne 216 p. 57. — „Quod aliqua necessitate".

„ 11. „ 11127 (7434) Episcopis, in quorum dioecesibus monasteria Fontebraldensia constituta sunt, interdicit, ne virginibus ad Fontebraldensem ordinem transeuntibus munus bene-

1164—1165.

dictionis recusent in solemnitatibus b. virginis, in diebus dominicis, et in festivitatibus apostolorum. (Fragmentum.) Niquet Hist. de l'ordre de Fontevraud p. 416, Migne 200 p. 334. — „. . . . inde est quod".

Mart. 14. Senonis 11128 (7435) Galtero episcopo et Roberto archidiacono Lingonensi mandat, ne Petro, Hugonis episcopi Suessionensis consanguineo, adimi ecclesiam de Sarrinia sinant. Duchesne Hist. Fr. SS. IV. 614, Bouquet Rec. XV. 816, Migne 200 p. 335. — „Admonet nos pastoralis".

„ 15. „ 11129 (7436) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, cogat Henricum militem Deprigi, ut erepta monasterio S. Memmii restituat. Martene Coll. II. 704, Bouquet Rec. XV. 817, Migne 200 p. 335. — „Ex transmissa nobis".

„ 16. „ 11130 Tetb(aldo) priori et clericis Crispeiensibus asserit theloneum castri Crispeii et pontis de Rount, a comite Radulfo concessum et a (Philippo) comite Flandrensi et Elisabetha, eius uxore, roboratum. In bibl. nat. Paris. Coll. Moreau t. 72. f. 137. — „Iustis petentium desideriis".

„ 17. „ 11131 (7437) Ludovicum, Francorum regem, rogat, ut a Iohanne Baril. ablata R. sacerdoti bona reddi cogat. Duchesne Hist. Fr. SS. IV. 606, Bouquet Rec. XV. 817, Mansi XXI. 997, Migne 200 p. 336. — „Exposcit tuae celsitudinis".

„ 20. „ 11132 Giraldo, episcopo Tornacensi, mandat, ne „obedientiam de Uscia occasione procurationis suae in ullo gravet". Ex cod. Corb. 5., ms. lat. 17767 in bibl. nat. Paris. Misit Delisle. — „Ex transmissa".

„ 25. „ 11133 (7438) Henrico, archiepiscopo Remensi, fratres Cistercienses commendat. Martene Coll. II. 705, Bouquet Rec. XV. 817, Migne 200 p. 336. — „Cum ad universos".

„ 25. „ 11134 Compositionem inter fratres Thenolienses et Guibertum sacerdotem S. Goberti super decima territorii, in eiusdem ecclesiae parochia siti, confirmat. In bibl. nat. Paris. Chartul. Thenoliens. ms. lat. 5649. s. XIII. f. 22. — „Iustis petentium desideriis".

„ 30. „ 11135 Archiepiscopis et episcopis, in quorum episcopatibus ecclesiae b. Vedasti constitutae sunt, interdicit, ne Martinum abbatem synodis eorum interesse cogant, „dummodo maiores personae, quae in ecclesiis illis consistant, ad synodos accesserint". Guimann Cart. de S.-Vaast d'Arras p. 85: „III. kal. Apr."; Tailliar Rech. p. s. à l'hist. de St.-Vaast p. 386 teste Wauters Table chron. II. 452: „kal. Apr.". — „Suggestum est nobis".

Apr. 3. „ 11136 (7439) Ludovico, Francorum regi, Er(mengardam) nobilem mulierem de Narbona commendat. Duchesne H. Fr. SS. IV. 629, Bouquet Rec. XV. 818, Mansi XXI. 1027, Migne 200 p. 337. — „Ad regiae sublimitatis".

(„) 11137 Monasterii S. Quintini de Insula protectionem suscipit, possessionesque et iura confirmat, petente Hugone abbate. In bibl. nat. Paris. Chartul. S. Quintini ms. lat. 12895. s. XVII. f. 78b. — „Religiosam vitam eligentibus".

11138 Hispaniarum regi de abrenuntiatione P. archiepiscopi scribit. („In sexto libro regesti Alex. III.") Neues Archiv VI. 295. — „Cum dilectus filius".

1165. *(Ind. 13, pont. a. 6. — 20. Sept. — 7, 1164. — 25. Mart. — 1165.)*

Ian. 6. Senonis 11139 Parthenonis S. Georgii Redonensis patrocinium suscipit, bonaque et privilegia confirmat, petente Adela abbatissa. De la Bigne Cartul. de S. Georges de Rennes p. 172. — „Religiosis votis annuere".

„ 13. „ 11140 (7441) Ludovico, Francorum regi, qui P. subdiaconum suum benigne susceperit, gratias agit. Hugonem baronem, regis nuncium, scribit pari modo a sese receptum esse. Convenire cum rege cupit. Duchesne Hist. Fr. SS. IV. 607, Bouquet Rec. XV. 812, Mansi XXI. 998, Migne 200 p. 337. — „Rediens ad nos".

„ 13. „ 11141 Monasterii S. Remigii Remensis tutelam suscipit, possessionesque et privilegia confirmat, petente Petro abbate. In bibl. nat. Paris. Coll. Moreau t. 73. f. 154, Chartul. S. Oricoli Sindunensis ms. lat. 5431. s. XVI. f. 72, (Neues Archiv VII. 98). — „Piae postulatio voluntatis".

„ 13. „ 11142 (7419) Magistro F. et ma(gistro) R., Remensi canonico, iam iterum mandat, ut inter Theobaudum Bigotum et Thomam iudicium faciant. Martene Coll. II. 699, Migne 200 p. 326. — „Super causam, quae".

1165. *(Ind. 13, pont. a. 6. — 20. Sept. — 7, 1164. — 25. Mart. — 1165.)*

Ian. 13.	Senonis	11143 (7420) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, homines ecclesiae b. Remigii hortetur, ut „abbatem ad extenuanda debita efficaciter adiuvent". Martene Coll. II. 700, Migne 200 p. 327. — „Affectus nobis pietatis".
„ 18.	„	11144 Monasterii S. Laurentii de Cornu Cervino tutelam suscipit ac possessiones confirmat, petente Sanctio priore. Ex orig. in ms. lat. 9223. bibl. nat. Paris. Misit Delisle. — „Desiderium quod".
„ 21.	„	11145 Monasterii de Curia-dei patrocinium suscipit, bonaque et iura confirmat, petente Leodegario abbate. Iarry L'abbaye de la Cour-Dieu p. 183. — „Religiosis votis".
„ 21.	„	11146 Monasterii S. Petri Insulae Germanicae protectionem suscipit, possessionesque et iura confirmat, petente Drogone abbate. Lalore Coll. des cart. de Troyes VI. 216. — „. . . praedecessorum nostrorum".
„ 22.	„	11147 (7442) Monasterii Fusniacensis protectionem suscipit, bona confirmat, privilegia auget, petente Roberto abbate. Coll. Moreau t. 73. f. 161 in bibl. nat. Paris., (De Lancy Hist. Fusniac. coenobii p. 26, Migne 200 p. 338. — „Religiosis desideriis dignum".
„ 25.	„	11148 *Guarino abbati S. Martini Laudunensi privilegium tribuit. Coll. Baluze t. 51 f. 131 in bibl. nat. Paris.
„ 26.	„	11149 (7443) Monasterii SS. Petri et Pauli Carnotensis tutelam suscipit, possessionesque confirmat, petente Fulcherio abbate. Autogr. in bibl. nat. Paris. ms. lat. 9221, (Collection des Cartulaires II. 650). — „Pie postulatio voluntatis".
„ 26.	„	11150 (7444) Ludovico, Francorum regi, mittit imperatoris Constantinopolitani ad Henricum, archiepiscopum Beneventanum, litteras, ex quibus cognoverit, quanta imperator benignitate Ludovici epistolam „olim ad suggestionem suam et fratrum suorum" missam susceperit. Duchesne Hist. Fr. SS. IV. 625, Bouquet Rec. XV. 814, Mansi XXI. 1022, Migne 200 p. 339. — „A memoria nostra".
Febr. 2.	„	11151 (7445) Monasterii Cisterciensis protectionem suscipit possessionesque confirmat, petente Gilliberto abbate. Henriquez Regula p. 55, Eclaircissement des privileges de l'ordre des Cisteaux p. 274, Pflugk-Harttung Acta I. 263, Migne 200 p. 340. — „Religiosam vitam eligentibus".
„ 3.	„	11152 *Azelino, abbati Septem-fontium (dioec. Augustodun.), bullam tribuit, qua confirmat fratrum disciplinam ac bona a Wicardo de Bourbon et Hudigno de Ialigny et Elisabetha eius matre donata. Gall. Christ. IV. 499.
„ 4.	„	11153 (7446) Monasterium S. Crucis Burdigalense, rogatu Bertrandi abbatis, tuendum suscipit et eius bona iuraque confirmat, imposito monachis marbotini unius censu annuo. Gall. Chr. II. Instr. p. 313, Migne 200 p. 341. — „Piae postulatio voluntatis".
„ 4.	„	11154 B(ertrando) archiepiscopo Burdegalensi mandat, ut et eum, qui in monasterio S. Macharii „pro priore se gerat, et quatuor principales fautores eius", abbati S. Crucis debitam subiectionem denegantes, excommunicet. Archives hist. de la Gironde I. 233. — „Veniens ad praesentiam".
„ 7.	„	11155 (7447) Monasterii Dunensis protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia, petente Hidesbaldo abbate, confirmat. Miraei Opp. dipl. II. 1315, Migne 200 p. 343, (Cron. et Cartul. de Dunis p. 260). — „Religiosis votis annuere".
(„)	„	11156 Abbati et fratribus Bergensibus atque clericis S. Walpurgis Furnensibus interdicit, ne a monachis Dunensibus decimas de nutrimentis animalium exigere praesumant. Cron. et cartul. de Dunis p. 269. — „Pervenit ad audientiam".
„ 8.	„	11157 Monasterii S. Iustinae et S. Prosdocimi Patavini patrocinium suscipit, possessionesque et privilegia confirmat, petente Arderico abbate. Gloria Cod. dipl. Pad. II. 116. — „Apostolicae sedis auctoritate".
„ 8.	„	11158 (7448) Monasterii Rupensis patrocinium suscipit bonaque ac decimarum immunitatem confirmat, petente Iohanne abbate. Gall. Chr. XII. Instr. p. 132, Migne 200 p. 345. — „Apostolici moderaminis".
„ 11.	„	11159 Monasterium Dervense tuendum suscipit, eiusque possessiones et privilegia confirmat, petente Galtero abbate. Pflugk-Harttung Acta I. 240, (cuius textus corrigendus est ex copia s. XVIII in bibl. nat. Paris. Coll. Moreau t. 73. f. 163). — „Quotiens illud a" „Quotiens a nobis".
„ 13.	„	11160 Monasterii S. Winnoci Bergensis protectionem suscipit, bonaque et iura confirmat, petente Gualtero abbate. Pruvost Chron. de Bergues-St.-Winoc I. 125. — „Ad hoc universalis".

1165. *(Ind. 13, pont. a. 6.—20. Sept.—7, 1164.—25. Mart.—1165.)*

Febr. 19. Senonis 11161 Parthenonis S. Crucis Pictaviensis tutelam suscipit, possessionesque confirmat, petente Hermelendi abbatissa. In bibl. nat. Paris. ms. lat. 18380. (Dom Fonteneau V.) f. 387. — „Prudentibus virginibus".

Mart. 1. „ 11162 (7449) Concordiam inter Stephanum, quondam episcopum Parisiensem, et Theobaldum archidiaconum factam confirmat. Collection des Cartulaires IV. 27, Theodori Poenitentiale II. 718. — „Officii nostri debitum".

„ 3. „ 11163 Monasterii S. Lupi Trecensis patrocinium suscipit, et possessiones confirmat, petente Guitero abbate. Lalore Coll. des cart. de Troyes I. 64. — „Quotiens illud a".

„ 8. „ 11164 Monasterii S. Petri Cellensis (seu Insulae Germanicae) tutelam suscipit ac possessiones confirmat, petente Drogone abbate. Lalore Coll. des cart. de Troyes VI. 221. — „Quotiens illud a".

„ 13. „ 11165 Galtero abbati S. Petri Selincurtensi eiusque successoribus privilegium concedit. Neues Archiv VII. 98. — „Pie postulatio".

„ 15. „ 11166 Archiepiscopis et episcopis, in quorum dioecesibus ecclesiae monasterii S. Bertini Sithiensis consistant, praecipit, ut, si „aliqua causa interveniente, abbas S. Bertini synodis eorum interesse non poterit, ecclesiis eius propterea nullum gravamen vel molestiam inferant". In bibl. nat. Paris. Coll. Moreau t. 74. f. 77, (Vide Ioh. Longi Chron. in MG. SS. XXV. 808). — „Suggestum nobis est".

„ 20. „ 11167 (7450) Monasterii S. Martini Augustodunensis protectionem suscipit, possessionesque et privilegia confirmat, petente Guillelmo abbate. Bulliot Essai hist. II. 40, Migne 200 p. 346. — „Ad hoc universalis".

„ 21. „ 11168 Parthenonis Pomeriensis protectionem suscipit, bonaque et privilegia confirmat, petente Amelina abbatissa. Compositionem cum parthenone Paraclitensi de quibusdam capitulis factam ab Hugone, archiepiscopo Senonensi, probat. Lalore Coll. des cart. de Troyes II. 23. — „Desiderium quod ad".

„ 27. „ 11169 (7451) (Gilberto) abbati Cisterciensi scribit, „occasione (Gaufridi) abbatis Clarevallensi monasterio praesidentis, qui non eam gratiam et reverentiam in oculis regum et principum promeruerit, quam antecessores eius promeruisse noscantur, ipsi monasterio non modicum derogari et totum ordinem non minimum exinde incommodum sustinere". Mandat, ut eundem abbatem, nisi voluntarie abdicet, adhibitis (Henrico) archiepiscopo Remensi et (Alano) episcopo Altissiodorensi, removeat, aliumque eligi faciat. Martene Coll. II. 706, Bouquet Rec. XV. 829, Migne 200 p. 348. — „Dilectionis tuae prudentia".

„ 28. „ 11170 Ecclesiae Diensis tutelam suscipit, possessionesque confirmat, petente Petro episcopo. Gall. Christ. XVI. Instr. p. 186, Doc. inéd. rel. au Dauph. II. Cartul. de Die p. 20. — „Piae postulatio voluntatis".

Apr. 1. „ 11171 (7452) Henricum, archiepiscopum Remensem, in monasterio Clarevallensi non potuisse mandatum suum exsequi, dolet, ad seque reverti iubet, ut cum eo et cum (Alano), episcopo Altissiodorensi, atque Henrico tit. SS. Nerei et Achillei presbytero cardinali et G(odefrido) quondam episcopo Lingonensi „super facto ipso cautius deliberet". Martene Coll. II. 1011, Bouquet Rec. XV. 830, Migne 200 p. 350. — „Quod super verbo".

„ 4. „ „Pascha". Bosonis card. Vita Alexandri ap. Watterich II. 396 et 400.

„ 6. „ 11172 Universis „in anniversario die consecrationis altaris Senonensis ecclesiae (19. Apr. 1164) convenientibus" relaxationem 20 dierum de iniuncta penitentia indulget eosque hortatur, ut ad ecclesiam conficiendam aliquid de bonis suis conferant. Quantin Cart. gén. de l'Yonne II. 179. — „Officii nostri nos".

„ 7. „ 11173 Canonicorum S. Stephani Senonensium tutelam suscipit, possessionesque et privilegia confirmat. Quantin Cart. gén. de l'Yonne II. 180. — „Quotiens illud a".

„ 12. Parisiis 11174 *Monasterii S. Mariae Fontis-Comitis patrocinium suscipit. Gall. Christ. II. 1342, Mém. de la soc. des antiquaires de l'ouest III. 235.

„ 14. „ 11175 Monasterii S. Nicolai Tornacensis tutelam suscipit ac possessiones confirmat, petente Roberto abbate. Vos L'abbaye de St.-Médard II. 50 (non vidi), Anal. p. s. à l'hist. eccl. de la Belgique VII. 481. — „Desiderium quod ad".

„ 14. „ 11176 (7453) Monasterium S. Sereni Cantumerulense tuendum suscipit bonaque eius confirmat, petente Gregorio abbate. Gall. Chr. XII. Instr. p. 271, Migne 200 p. 351. — „Effectum iusta postulantibus".

		1165. *(Ind. 13, pont. a. 6. — 20. Sept. — 7, 1164. — 25. Mart. — 1165.)*
Apr. 17.	Parisiis	11177 (7454) Monasterium S. Walarici tuendum suscipit et eius bona ac iura confirmat, petente Asselino abbate. Gall. Chr. X. Instr. p. 317, Migne 200 p. 352. — „Quotiens illud a“.
„ 19.	„	Cum Ludovico, Francorum rege. Vide infra ep. 11183.
„ 20.	„	11178 (7455) Ecclesiae Parisiensis tutelam suscipit canonicorumque bona et privilegia confirmat, petente Clemente decano. („XII. kal. Maii“. De fide tabulae non est dubitandum.) Autogr. in tab. nat. Paris. L. 230. n. 28^{b}., Copia a. 1308 ibid. n. 28^{c}, (Collection des Cartulaires IV. 227, Migne 200 p. 353). — „Effectum iusta postulantibus“.
„ 20.	Stampis	11179 Inter fratres S. Martini de Campis et P. presbyterum de Crisperiis compositionem super redditibus quibusdam, M(auritio) episcopo Parisiensi et Hugone abbate S. Germani de Pratis mediantibus, factam approbat. („XII. kal. Maii.“ Bulla omni suspicione caret.) Autogr. in tab. nat. Paris. L. 231. — „Iustis petentium desideriis“.
„ 21.	„	11180 Ecclesiae S. Mariae de Vado Ulmi, a Widone, ostiario Ludovici, Francorum regis fundatae, tutelam suscipit possessionesque confirmat. Ex chartular. S. Evurtii p. 529 ms. lat. 10089 in bibl. nat. Paris. misit Delisle; In eadem bibl. Coll. Baluze t. 78. f. 74^{b}. — „Effectum iusta“.
„ 21.	„	11181 M(auritio) episcopo Parisiensi mandat, moneat canonicos suos, ut in eligendo decano tandem conveniant. Loewenfeld Epistolae p. 137. — „Ex relatione tua“.
„ 21.	„	11182 (7456) Henricum, archiepiscopum Remensem, constituit iudicem inter Agnetem abbatissam sororesque S. Glodesindis (Metensis) et monachos S. Theobaldi de Vitreio. (Pro „XI. kal. Martias“ leg. „XI. kal. Maias“.) Martene Coll. II. 691, Migne 200 p. 354. — „Ex conquestione dilectarum“.
„ 25.	ap. S. Benedictum super Ligerim	11183 (7457) Ludovicum, Francorum regem, sicut „proxima secunda feria, quae praeteriit (d. 19. m. Apr.) Parisiis“ viva voce rogaverat, sic nunc per litteras rogat, ut clerico cuidam unum ex archidiaconatibus Carnotensibus concedat. Duchesne Hist. Fr. SS. IV. 625, Bouquet Rec. XV. 832, Mansi XXI. 1023, Migne 200 p. 354. — „Cum in proxima“.
„ 28.	Bituricis	11184 (7458) Statuit, „ut in ecclesiis monasterii S. Petri Carnotensis, in quibus est quatuor vel quinque monachorum conventus, capellanis earum nullatenus liceat in maiori altari missarum solempnia populo celebrare, sed chorum et magnum altare solis monachis reserventur“. Autogr. in ms. lat. 9221 bibl. nat. Paris. Dedit Delisle, (Collection des Cartulaires II. 650, Migne 200 p. 355). — „Pervenit ad nos“ („Nos . . . statuimus“).
„ 29.	„	11185 (7459) Theubaldo, nobili viro, ecclesiam Bonaevallensem et Walterum, novum abbatem, commendat. Duchesne Hist. Fr. SS. IV. 608, Bouquet Rec. XV. 832, Mansi XXI. 999, Migne 200 p. 355. — „Religiosa loca et“.
Mai. 7.	„	11186 (7460) Abbatem S. Remigii Remensem hortatur, ut priori S. Mauritii possessionem quandam restituat. Martene Coll. II. 666, Migne 200 p. 355. — „Dilectus filius noster“.
„ 12.	„	11187 (7461) Monasterium Rigniacense tuendum suscipit et eius possessiones ac iura confirmat, petente Ascelino abbate. Gall. Chr. XII. 129, Quantin Cart. gén. de l'Yonne II. 171, Migne 200 p. 356. — „Religiosis desideriis dignum“.
„ 12.	„	11188 (7462) Monasterium Boni-montis tuendum suscipit, eiusque bona ac iura confirmat, petente Iohanne abbate. Hist. Patr. Mon. Chart. I. 831, Migne 200 p. 359. — „Religiosis votis annuere“.
„ 13.	„	11189 (7463) Ecclesiae S. Marci Venetae possessiones confirmat, rogatu Vitalis ducis et civium Venetorum. Cornelii Eccl. Venet. X. ii. 219, Fontes Rer. Austr. II. xii. 145, Migne 200 p. 362. — „Piae postulatio voluntatis effectu“ („Pie postulationis effectu“ „Praepostulatio“.)
„ 15.	„	11190 (7464) Templarios in Lugdunensi et Cabilonensi episcopatibus morantes hortatur, ut cum fratribus Trenorciensibus de decimis quibusdam monasterio subtractis transigant. Iuenin Nouv. hist. de Tournus Pr. p. 167, Migne 200 p. 363. — „Ex parte fratrum“.
„ 15.	„	11191 Abbatiae S. Mariae Blesensis tutelam suscipit, possessionesque et privilegia confirmat, petente Ivysano abbate. Cartul. de Burgo-medio Bles., Coll. Housseau 12. I. f. 76. — „Religiosis votis annuere“.

1165. *(Ind. 13, pont. a. 6. — 20. Sept. — 7, 1164. — 25. Mart. — 1165.)*

Mai. 17. Bituricis — 11192 (7465) Monasterium S. Satyri iuxta Sacrum-Caesaris situm tuendum suscipit et eius bona iuraque confirmat, petente Iohanne abbate. Gall. Chr. II. Instr. p. 54, Migne 200 p. 364. — „Desiderium, quod ad".

(„) — 11193 (7466) Abbatem et fratres Pontiniacenses, Thomam archiepiscopum Cantuariensem honeste tractantes laudat, eundemque iis commendat. Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 123, ed. Giles II. 109, Manrique Ann. Cist. IV. 560, Migne 200 p. 368. — „Fidei et devotionis".

„ 25. ap. Clarummontem — 11194 (7467) Henrico, archiepiscopo Remensi, respondet, se „super Clarevallensis ecclesiae negotio de consilio (Alani) episcopi Altissiodorensis et Henrici tit. SS. Nerei et Achillei presbyteri cardinalis processisse". „De visitatione" agit gratias. Martene Coll. II. 713, Bouquet Rec. XV. 833, Migne 200 p. 368. — „Super Clarevallensis".

„ 26. „ — 11195 (7468) Fratribus ecclesiae S. Petri Carnotensis hoc concedit, „ne quis episcopus quempiam de monachis eorum absque evidente et manifesta causa excommunicet, vel ab officio divino suspendat". Coll. des Cartulaires II. 649, Migne 200 p. 369, (Autogr. in ms. lat. 9222 bibl. nat. Paris.). — „Ammonet nos" („Constituimus, ne").

„ 28. „ — 11196 Willelmo clerico asserit duas partes decumae de Rouvroy et tertiam de Hadencurt, a F. abbate et fratribus Flavicensibus donatas et a T(eoderico) episcopo Ambianensi confirmatas. Ex Autogr. in bibl. nat. Paris. Coll. Grenier t. 305. n. 1. Misit Delisle. — „Iustis petentium".

„ 28. „ — 11197 Archiepiscopo Aquensi eiusque suffraganeis praecipit, ne „si fratres Massilienses iis sub idoneo iudice iustitiam facere voluerint, in ecclesiis ipsorum interdicti sententiam pro excessibus monachorum vel conversorum proferant". Coll. des Cartulaires IX. 264. — „Cum ex iniuncto".

Iun. 4. „ — 11198 (7469) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, compellat Walterum monachum Praemonstratensem, praepositum de Gasman, ut compositionem cum Everen. presbytero factam servet, ablataque eidem reddat. Martene Coll. II. 714, Migne 200 p. 369. — „Veniens ad apostolicae".

„ 5. „ — 11199 (7470) Ludovicum, Francorum regem, rogat, ut (Guillelmum) comitem Nivernensem et (Idam) eius matrem a vexando monasterio Vizeliacensi deterreat. D'Achery Spic. II. 546, Bouquet Rec. XV. 834, Mansi XXI. 1044, Migne 200 p. 369. — „Ad regiae serenitatis".

(„) („) — 11200 (7471) Hugoni, archiepiscopo Senonensi, mandat, hortetur comitem Nivernensem eiusque matrem, ut damna monasterio Vizeliacensi illata resarciant; quod nisi fecerint intra dies 20, excommunicatione affici eos iubet. D'Achery Spic. II. 545, Bouquet Rec. XV. 835, Mansi XXI. 1043, Migne 200 p. 370. — „Ad tuae fraternitatis".

„ 5. „ — 11201 (7472) Henrico Eduensi, Galterio Lingonensi, Alano Autissiodorensi et Bernardo Nivernensi episcopis praecipit, ut excommunicationis sententiam, quam (Hugo) archiepiscopus Senonensis protulerit in comitem Nivernensem et matrem eius, observent. D'Achery Spicil. II. 545, Bouquet Rec. XV. 836, Mansi XXI. 1044, Migne 200 p. 371. — „Ad vestrae fraternitatis".

„ 5. „ — 11202 (7473) Guillelmum abbatem et fratres Vizeliacenses de superioribus epistolis certiores facit. D'Achery Spic. II. 546, Bouquet Rec. XV. 836, Mansi XXI. 1045, Migne 200 p. 372. — „Susceptis litteris vestris".

„ 5. „ — 11203 (7474) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut Eust., Germundum et Theobaldum, ab episcopo Catalaunensi quondam excommunicatos, nisi ablata Hersendi mulieri restituerint, iterum excommunicet. Martene Coll. II. 714, Migne 200 p. 372. — „Ex transmissa conquestione".

„ 7. „ — 11204 (7475) Henricum, archiepiscopum Remensem, hortatur, ut libras 158, si Eustachio, magistro fratrum militiae templi, nondum numeratae sint, laboribus huius epistolae persolvat „pro mutua pecunia" inquit „quam illis pro necessitatibus ecclesiae Romanae acceptam tenemur exsolvere". Martene Coll. II. 715, Bouquet Rec. XV. 836, Migne 200 p. 373. — „Dilectus filius noster".

„ 8. „ — 11205 (7476) Gilbertum, episcopum Londinensem, hortatur, una cum Roberto, episcopo Herefordensi, commoneat Henricum, Anglorum regem, „ut in eo, quod excesserit, satisfaciat, a pravis actibus omnino desistat, Romanam ecclesiam solita veneratione respiciat, nec eam visitare volentes inhibeat, appellationes ad eam factas nullo modo impediat, Thomam, archiepiscopum Cantuariensem, ad sedem suam benignius revocet,

1165. *(Ind. 13, pont. a. 6. — 20. Sept. — 7. 1164. — 25. Mart. 1165.)*

ecclesias vero et ecclesiasticas personas tam regni, quam terrae suae, nec per se gravet, nec a quoquam gravari patiatur". Mandat, „ut denarium b. Petri praesentis anni per totam Angliam fideliter recolligi faciat". Rogat, ut quousque praedictum denarium recolligat, de pecunia sua, vel aliunde mutuo acquisita, ipsi interim studeat utiliter providere, et illam infra proximas kalendas Augustas sibi transmittat, eandem postea de memorato denario recepturus". (Pro: „VI. id. Iulii" leg.: „VI. id. Iunii".) Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 56, ed. Giles II. 96, Migne 200 p. 373, (Mansi XXI. 877). — „A memoria tua non".

(Iun.) | (ap. Clarummontem) | 11206 (7477) Henricum, Anglorum regem, reprehendit, quod „iudicia clericorum a laicorum iudiciis diversa pervertat, et quae sint Iesu Christi, suae potestati usurpet, novas leges ad oppressionem ecclesiarum et Christi pauperum condat, consuetudines etiam, quas avitas vocet, inducat". Haec addit: „Si autem universa, quae in usus tuos per huiusmodi angarias de bonis ecclesiasticis convertuntur, in refectione pauperum vel aliis operibus pietatis expenderes, obsequium non magis Deo gratum efficeres, quam si, altari quolibet discooperto, aliud cooperires, aut si Petrum crucifigeres, ut Paulum a mortis periculo liberares". Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 67, ed. Giles II. 115, Rog. de Hov. ap. Savile R. A. SS. p. 286b, ed. Stubbs I. 241, Wilkins Conc. I. 443, Mansi XXI. 875, Migne 200 p. 375. — „Etsi circa nos".

(„) | („) | 11207 (7478) Thomam, archiepiscopum Cantuariensem, rogat, „quoniam dies mali sint et multa sint pro qualitate toleranda, ut in omnibus suis et ecclesiae agendis se cautum, providum et circumspectum exhibeat, ad gratiam regis Anglorum recuperandam enitatur, et usque ad proximum pascha eundem regem sustineat, ita quod nihil in eum vel terram ipsius usque ad praescriptum studeat exercere". Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 68, ed. Giles II. 6, Mansi XXI. 875, Migne 200 p. 377. — „Quoniam dies mali".

(„) | („) | 11208 (7479) Thomae, archiepiscopo Cantuariensi, significat, se „sententiam ab episcopis et baronibus Angliae, quoniam ad primam regis citationem sui copiam non fecisset, adversus eum praesumtuose prolatam, in qua omnia mobilia eius abiudicassent", irritam fecisse. Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 76, ed. Giles II. 7, Migne 200 p. 377. — „Quod minor maiorem".

„ 9. | „ | 11209 (7480) Abbati cuidam mandat, ut inter E. et A. sacerdotem iudicium faciat. (Haec epistola est Henrico, archiepiscopo Remensi, perperam inscripta.) Martene Coll. II. 715, Migne 200 p. 377. — „Ex litteris tuis, fili".

„ 14. | „ | 11210 Parthenonis S. Mariae de Bonesana tutelam suscipit, possessionesque confirmat, petente Iovita priorissa. In bibl. nat. Paris. Coll. Moreau t. 74. f. 7. — „Religiosam vitam eligentibus".

„ 15. | „ | 11211 (7481) Monasterii Mauziacensis patrocinium suscipit, bonaque et iura confirmat, petente Petro abbate. Gall. Chr. II. Instr. p. 111, Migne 200 p. 378, (Bull. Clun. p. 68). — „Effectum iusta postulantibus".

„ 15. | „ | 11212 (7482) Monasterium b. Illidii tuendum suscipit et possessiones iuraque eius confirmat, petente Arnaldo abbate. Gall. Chr. II. Instr. p. 102, Migne 200 p. 380. — „Quotiens illud a".

„ 25. | „ | 11213 (7483) Ludovico, Francorum regi, affirmat, R. quondam ecclesiae b. Aniani cantorem, suasoribus omnibus, qui affuissent, fratribus suis, „officio ac beneficio cantorio privatum esse"; quem negat restitui posse. Humbert Antiqu. de Saint Aignan d'Orléans Pr. p. 51, Duchesne Hist. Fr. SS. IV. 624, Bouquet Rec. XV. 837, Mansi XXI. 1021, Migne 200 p. 381. — „Pervenit ad audientiam".

„ | ap. monasterium Casaedei | 11214 Parthenonis S. Petri Bellimontis patrocinium suscipit, bonaque confirmat, petente Caecilia abbatissa. (Verba „XII. kal. Iul." mendum sine dubio continent.) Mém. de l'acad. de Clermont-Ferrand XIX. 130, Mon. pont. Arverniae p. 278. — „Religiosam vitam eligentibus".

„ 30. | ap. Anicium | 11215 (7484) Ludovico, Francorum regi, C. archidiaconum Bituricensem remittit et commendat. De „novis illis, quae de Alemannia nuper venerint" ita scribit: „confidas, quod ea quae ille persecutor ecclesiae, qui cum ipsa simulatam semper pacem quaesivit, adversum illam provenire credit, in sui ipsius verecundiam redundabunt; sicut enim accepimus et Moguntinus electus serenitati tuae poterit plenius intimare, de tota terra sua nonnisi tres absolutum iuramentum praestare potuit cohercere;

1165. *(Ind. 13, pont. a. 6. — 20. Sept. — 7, 1164. 25. Mart. — 1165.)*

alii siquidem multi sine ipsius licentia discesserunt, et illi, qui cum conditione iurarunt, iam sunt a conditione apposita absoluti". Duchesne Hist. Fr. SS. IV. 614, Bouquet Rec. XV. 837, Mansi XXI. 1007, Migne 200 p. 382. — „Dilectum filium nostrum".

Iul. 5. ap. Alestam — 11216 (7485) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut Radulfum presbyterum, a (Guidone) episcopo Catalaunensi excommunicatum ecclesiaque privatum, nisi ipse episcopus sententiam mutaverit, in integrum restituat. (Pro „Alestam" non opus esse corrigere „Alesiam", quod vult Reuter II. 185 n. 8, probavi supra p. 160 ad. Iul. 1162.) Martene Coll. II. 716, Migne 200 p. 383. — „Cum olim Senonis".

„ 10. ap. Montem-pessulanum — 11217 (7486) Clarembaldo, electo et monacho S. Augustini, denuo praecipit, „ut omni appellatione cessante, Thomae Cantuariensi archiepiscopo et ecclesiae suae professionem faciat". Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 122, ed. Giles II. 109, Migne 200 p. 383. — „Antecessorum nostrorum".

„ 14. „ — 11218 (7487) Principibus, comitibus, baronibus et universis Dei fidelibus significat, „usque adeo feritatem paganorum invaluisse, quod usque ad portas Antiochenae civitatis Saraceni crudeliter debachentur, et quod princeps eiusdem civitatis, multis nobilibus viris et strenuis captis et interfectis, in eorum inciderit potestatem". Ad defendendam ecclesiam orientalem instigat. Rymer Foedera I. 21, Migne 200 p. 384. — „Quantum praedecessores".

„ 15. „ — 11219 Monasterii Leoncellensis (Fontis-Lionnae) tutelam suscipit, possessionesque et privilegia confirmat, petente Hugone abbate. Chevalier Coll. de cart. Dauphin. IV. 14. — „Quotiens illud a".

„ 21. „ — 11220 (7488) Monasterium Bonifontis tuendum suscipit et eius bona ac iura confirmat, petente Petro abbate. Gall. Chr. I. Instr. p. 180, Migne 200 p. 386. — „Religiosis votis annuere".

„ 27. „ — 11221 (7489) Monasterium S. Danielis Venetum tuendum suscipit, eiusque bona confirmat, petente Arnoldo priore. Cornelii Eccl. Ven. IV. 189, Migne 200 p. 388, (Gloria Cod. dipl. Padov. II. 138). — „Piae postulatio voluntatis".

„ 30. „ — 11222 Quae monasterio Cluniacensi Raimundus Petri „pro redemptione peccatorum" de assensu Dalmatii, quondam archiepiscopi Narbonensis, contulit, ea confirmat. In bibl. nat. Paris. Coll. Bourgogne t. 78. nr. 150, cop. s. XII ex., (Coll. Doat t. 128. f. 200, et t. 129. f. 40). — „Iustis petentium desideriis".

Aug. 1. „ — 11223 (7491) (Hugoni) Rutenensi et (Geraldo) Cadurcensi episcopis mandat, ut de (Willelmi) episcopi canonicorumque Albiensium et monachorum Aureliacensium controversia decidant. Baluzii Misc. III. 20, Bouquet Rec. XV. 841, Migne 200 p. 389. — „Causam, quae inter".

„ 1. „ — 11224 (7492) Monachos Aureliacenses de superiore epistola certiores facit. Baluzii Misc. III. 20, Bouquet Rec. XV. 841, Migne 200 p. 390. — „Causam, quae inter".

„ 2. „ — 11225 (Pontio) archiepiscopo Narbonensi et (Iohanni) episcopo Magalonensi mandat, ut fratres quosdam Vallis-magnae, qui claustrum reliquerint et uxores duxerint, in monasterium redire iubeant. Quos, nisi obedierint, excommunicari iubet. Loewenfeld Epistolae p. 137. — „Ex transmissa relatione".

„ 5. „ — 11226 (7493) Ordinis Cisterciensis leges confirmat, bulla ad Gislebertum abbatem. Eclaircissement des privileges de l'ordre de Cisteaux p. 31, Duchesne Hist. Fr. SS. IV. 557, Mansi XXI. 959, Migne 200 p. 390. — „Sacrosancta Romana ecclesia".

„ 5. „ — 11227 Canonicos S. Martini de Corcenato (dioec. Lutev.) a solvendis decumis eximit. In bibl. nat. Paris. ms. lat. 12761. f. 548. — „Iustis petentium desideriis".

„ 6. „ — 11228 (Pontio) archiepiscopo Narbonensi eiusque suffraganeis mandat, ne a parochianis suis homines feria quadam in villa Anianensi convenientes iniuriis affici patiantur. Leewenfeld Epistolae p. 138. — „Ex commisso nobis".

„ 6. „ — 11229 (7494) Pontio, archiepiscopo Narbonensi, et (Guillelmo), episcopo Biterrensi, mandat, ne Fontem-calidum auferri ecclesiae Vallis-crosae patiantur. Hugo O. P. A. I. Pr. p. 566, Migne 200 p. 394. — „Conquestiones dilecti".

„ 6. „ — 11230 (7495) Ludovicum, Francorum regem, rogat, ut Thomae, exsulanti archiepiscopo Cantuariensi, „si quem episcopatum aut abbatiam in Gallia interim vacare contigerit, donec pax desiderata donetur, faciat assignari". Duchesne Hist. Fr. SS. IV. 615.

		1165. *(Ind. 13, pont. a. 6. — 20. Sept. — 7, 1164. — 25. Mart. — 1165.)*
		Gilberti Foliot epist. II. 113, Bouquet Rec. XV. 841, Mansi XXI. 1008, Migne 200 p. 394. — „Qualiter venerabilis in".
Aug. 6.	(ap. Montempessulanum)	11231 *Privilegium Bernardo, episcopo Urgellensi, hoc die datum memorat Gams Series epp. p. 86.
„ 8.	„	(Drogonem) archiepiscopum Lugdunensem consecrat „dominica ante festum S. Laurentii" Ep. S. Thomae ap. Duchesne H. Fr. SS. IV. 633, ed. Giles I. 385.
„ 8.	„	11232 (7496) Iohanni episcopo et canonicis Magalonensibus praecipit, ut altare S. Salvatoris et oblationes iubeant a Guillelmo nobili viro et populo Montispessulani restitui priori ecclesiae S. Mariae. (Aliena manu additum est: „pontificatus nostri a. 4".) Gariel Ser. I. 212, Bouquet Rec. XV. 342, Migne 200 p. 395. — „Sicut ex litteris".
„ 8.	„	11233 *Inter fratres Casae-dei et monachos Mauziacenses super bonis quibusdam litem determinat. Chronicon mon. Casae-dei, ms. lat. 12818. f. 258 in bibl. nat. Paris.
„ 16.	„	„Sequenti die lunae post assumptionem Mariae". Hugonis Pictavini Hist. Vizeliac. L. IV. ap. D'Achery Spic. II. 550, in MG. SS. XXVI. 150.
„ 19.	„	11234 (7497) Ludovico, Francorum regi, W(illelmum) electum Carnotensem commendat. Hortatur, ut in tuenda ecclesia perseveret, neve F(riderici) „dicti imperatoris" mandatis commoveatur. Duchesne Hist. Fr. SS. IV. 622, Bouquet Rec. XV. 842, Mansi XXI. 1018, Migne 200 p. 396, (Lépinois et Merlet Cart. I. 171). — „Dilectum filium nostrum".
„ 19.	„	11235 (7498) G(uinardi) comitis Ruscinonensis (Rossilionensis) patrimonium confirmat, petente Trencavel, eius avunculo. Baluzii Misc. III. 20, Aguirre Conc. V. 82, Bouquet Rec. XV. 843, Mansi XXI. 1061, Migne 200 p. 396. — „Nobiles et".
„ 19.	„	11236 (7499) Pontio Narbonensi et Hug(oni) Tarraconensi archiepiscopis et (Artaldo) Elenensi et (Guillelmo) Gerundensi episcopis mandat, ne G(uinardi) comitis Ruscinonensis patrimonium invadi a nothis eius fratribus patiantur. Baluzii Misc. III. 20, Aguirre Conc. V. 83, Bouquet Rec. XV. 843, Mansi XXI. 1062, Migne 200 p. 397. — „Suggestum nobis".
„ 22.	in gradu Mercurii	11237 (7500) Gilleberto, episcopo Londinensi, mandat, ne cesset Henricum Anglorum regem ad conservanda ecclesiarum iura revocare, monereque ut (Thomam), archiepiscopum Cantuariensem, in gratiam recipiat. Addit de denario b. Petri ad abbatem S. Bertini mittendo. Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 65, ed. Giles II. 99, Rog. de Hov. ap. Savile R. A. SS. p. 287, ed. Stubbs I. 243, Wilkins Conc. I. 443, Mansi XXI. 877, Migne 200 p. 397. — „Quod circa ea".
c.Aug.22.		„Omnem apparatum redeundi ad Urbem facit". Vide infra ep. 11238.
Sept. 10.	ap. Magalonem	11238 (7501) Henrico, archiepiscopo Remensi, nunciat, se „circa octavas assumptionis b. Mariae (22. Aug.) omnem apparatum redeundi ad Urbem fecisse et ad navem hospitalem accessisse", sed subito galearum Pisanorum adventu perterritum, cum (Conrado) electo Moguntino et Io(hanne) Neapolitano et P. cardinalibus Magalonem rediisse. Haec addit: „Pisani galearum comites postmodum asseverarunt, quod nullam offendendi personam nostram voluntatem vel propositum invadendi res nostras habuerunt". Martene Coll. II. 718, Bouquet Rec. XV. 846, Migne 200 p. 398. — „Attendentes devotionis".
Nov.	Messanae	Vide Bosonis card. Vitam Alexandri ap. Watterich II. 400; Romualdi Salern. Annal. in MG. SS. XIX. 434. (In errore versatur auctor Annal. Reichersp. in MG. SS. XVII. 472, die 11. Nov. papam Franciam reliquisse narrans. Cf. Reuter II. 188. n. 2. Wattenbach in MG. SS. l. l. de adventus die cogitat.)
„	Salerni	Vide Bosonis card. Vitam Alexandri l. l., Rom. Salern. l. l.
„ 19.	Caietae	11239 (7502) Ecclesiae Rhegiensis tutelam suscipit, possessionesque ac iura metropolitana confirmat. Rogerio archiepiscopo pallium concedit. Morisani De protopapis cet. diatriba, Neapoli 1768, p. 220, (Ughelli It. sacr. IX. 325, Migne 200 p. 399). — „Sicut in humani".
„ 22.	Ostiae	„In festo S. Caeciliae". Bosonis card. Vita Alexandri p. 401.
„ 23.	Romam	ingreditur „IX. kal. Dec.". Vide duas epistolas 11240. 11242 et Bosonis card. Vitam Alexandri p. 401. (Falso igitur narrat Sigeberti Continuator Aquicinct. 1165 in MG. SS. VI. 411, papam in „festo S. Clementis papae" i. e. Nov. 23 missam in ecclesia S. Petri celebrasse. Aliter censet Reuter II. 241, qui ep. 11242 non novit.)

1165. *(Ind. 13, pont. a. 6. — 20. Sept. — 7. 1164. — 25. Mart. — 1165.)*

Nov. 24.	Laterani	11240 (7503) Henrico, archiepiscopo Remensi, eiusque suffraganeis significat, se „diversa maris pericula et graves hostium et iniquorum incursus evadentem, ad portum tandem salutis pervenisse et a senatoribus populoque Romano devotissime invitatum, IX. kal. Dec. (23. Nov.) Urbem intrasse". D'Achery Spic. III. 538, Martene Coll. II. 719, Bouquet Rec. XV. 847, Mansi XXI. 1042, Migne 200 p. 400. — „A nostra vel".
„ 25.	„	Vide epist. 11242.
„ 26.	„	Vide ibid.
„ 27.	„	Vide ibid.
„ 28.	„	Vide ibid.
„ 29.	in ecclesia b. Petri	Vide ibid. et supra notam ad 23. Nov.
Dec. 1.	Laterani	11241 Monasterium Vallumbrosanum „ad exemplar Paschalis et Hadriani" (tuendum suscipit eiusque possessiones et iura) confirmat, petente Iacobo abbate. (Pro „pont. XIII." lege „ind. XIII."; cetera temporis signa exciderunt.) Pflugk-Harttung Iter p. 265; cf. supra 6447. — „Desiderium quod".
„ 4.	„	11242 (Bernardo) praeposito et canonicis Magalonensibus ob summa erga se obsequia gratias agit uberrimas. Narrat, se „post diversa maris et insidiantium pericula ad salutis portum venisse, et a senatoribus et nobilibus civitatis, clero et populo Romano invitatum, VIIII. kal. Decembris (23. Nov.) Urbem intrasse; peractis vero septem diebus (Nov. 23—29), quibus in Lateranensi palatio in omni suavitate ac quiete moram habuerit, ad ecclesiam b. Petri sollempniter et cum maxima processione se perrexisse (29. Nov.)". Mém. de la soc. de Montpellier V. 522. — „Illa magnifica devotionis".
„ 10.	„	11243 (7504) Clericos in episcopatu Bangoriensi constitutos monet, ut episcopum eligant, quem (Thomas), archiepiscopus Cantuariensis, confirmet. De archidiaconatu addit. Epist. S. Thomae ed. Giles II. 91, Haddan and Stubbs Councils I. 367, Migne 200 p. 401. — „Si, quanta detrimenta".
„ 13?		11244 Bulla hoc die data exstat ap. Pesina Phosphorus septicornis III. 176, teste Tourtual Böhmens Antheil an d. Kämpfen Friedr. I. Bd. I. 327 n.; cf. Wenceslai Hagek a Liboczan Annal. Bohem. ed. Dobner ad a. 1165: „II. id. Dec.".
„ 18.	Romae	Conradum, electum Moguntinum, „in proximo (adde: sabbato ante) natale domini, in diebus quatuor temporum, id est in 15. kal. Ianuarii in presbyterum et archiepiscopum" consecrat. Annal. Reichersperg. 1166 in MG. SS. XVII. 472.
		11245 (7505) Priorem et fratres Cantuarienses hortatur, ut Thomae archiepiscopi exsulantis inopiae subveniant. Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 124, ed. Giles II. 38, Migne 200 p. 402. — „Super religione vestra".
		11246 (7506) Thomae, archiepiscopi Cantuariensis, „ecclesiasticam sententiam in Richardum de Ivelcestria et Iohannem de Oxenefordia et in omnes alios ecclesiae Dei perversores promulgatam", confirmat. Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 182, ed. Giles II. 11, Migne 200 p. 402. — „Quod iuxta officii".
		11247 (7507) (Henricum) episcopum Trecensem hortatur, ut quam praeposituram Willelmus, electus Carnotensis, in eius ecclesia tenuerit, eam magistro Herberto concedat, qui „quia (Thomae) Cantuariensi archiepiscopo exsulanti adhaeserit, propter indignationem principis fuerit spoliatus". Epist. S. Thomae ed. Giles II. 105, Migne 200 p. 402. — „Commissae tibi ecclesiae".
		11248 (7508) W(illelmo) electo Carnotensi respondet „de causis, quae infra terminum certum decidendae committantur: nisi dies ab apostolico praefixus de communi consensu partium prorogetur, eo transacto mandatum exspirare". App. conc. Lat. VII. 6, Coll. Lips. XXXV. 5, Coll. Cass. XLII. 5, Coll. Bamb. XXXIII. 5, Comp. I. L. 1. t. 21. c. 5, Decr. Greg. L. I. t. 29. c. 4. — „De causis, quae".

1165?

11249 (7509) Robertum, episcopum Herefordiensem, reprehendit, quod Thomae, archiepiscopo Cantuariensi, metropolitae suo, „in ecclesiae libertate tuenda minus, quam debuisset, adstitisse probetur". Monet, ut „eidem in negotiis ecclesiae viriliter et constanter assistens, mandata atque praecepta illius devote et fideliter exsequatur". Haec addit: „praecipimus, ut hoc, quousque memoratus frater noster cum Anglorum

1165?

rege pacem habeat, quod in proximo, domino auctore, continget, teneas omnino secretum". Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 62, ed. Giles II. 92, Migne 200 p. 403. — „Miramur plurimum, quod".

11250 (7510) Gilbertum, episcopum Londinensem, et ceteros episcopos vituperat, quod „in multis remissi et tepidi et negligentes etiam extiterint". Mandat, commoneant Henricum, Anglorum regem, „ut ecclesiastica et secularia negotia non confundat, ut (Thomam), archiepiscopum Cantuariensem, in amorem et gratiam suam recipiat et eum cum aliis expulsis ad sedem propriam reducat". Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 103, Gilberti Foliot. epist. II. 93, Migne 200 p. 404. — „Quoniam te virum".

11251 Iohanni, abbati Calcoensi, usum mitrae concedit. Liber S. Mariae de Calchou II. 359, Haddan and Stubbs Councils II. I. 236. (Cf. Chronica de Mailros 1165 ap. Fell Rer. Angl. SS. p. 170, ed. Stevenson p. 80.) — „Devocionis tue sinceritatem".

1159—1166.

11252 Iohanni, archiepiscopo Toletano, Hispaniae primati, pallii usum concedit. Mansi XX. 684. — „Per praesentis privilegii".

1165—1166.

Dec. 7. Laterani 11253 (7511) (Raimundo) episcopo Palentino praecipit, ut clericos de Portella et Pennafideli, qui contra interdictum (Iohannis) archiepiscopi Toletani sacra procuraverint, archiepiscopo satisfacere cogat. Pulgar Teatro clerical II. Prolusion num. V. — „Super discretione tua".

„ 12. „ 11254 (7512) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, canonicos Roienses sub interdicti poena hortetur, ut erepta ecclesiae Noviomensi restituant et illata damna resarciant. Martene Coll. II. 721, Bouquet Rec. XV. 848, Migne 200 p. 405. — „Cum in regno Francorum".

„ 24. „ 11255 Ecclesiae Oritanae iura ab archiepiscopo Brundisino laedi vetat. Pflugk-Harttung Iter p. 262. — „Venientes ad".

1166. *(Ind. 14, pont. a. 7. — 20. Sept. — 8.)*

Ian. 18. Laterani 11256 (7513) Henricum, archiepiscopum Remensem, monet, „ut ab eo, cuius nomine, cum in regno Francorum esset, sibi 150 libras, fratribus vero suis aliam summam obtulerit, 100 sibi marcas argenti, si ulla poterit fieri ratione, cum honestate tamem sua acquirat". Praeterea cupit „de ecclesiis episcopatus sibi honestam subventionem inveniri". „Tanta namque sunt" inquit „onera debitorum et creditorum instantia, ut nisi ecclesiae Dei a tua fuerit modo liberalitate subventum, vix aut numquam nobis statum urbis in ea pace, in qua nunc est, poterimus conservare". Martene Coll. II. 721, Bouquet Rec. XV. 849, Migne 200 p. 405. — „Integram fidem et".

„ 28. „ 11257 (7514) Rogero archiepiscopo Eboracensi et omnibus episcopis Angliae praecipit, ut „super iis, quae ad ecclesiae Cantuariensis iura, dignitates etiam, aut libertates spectare noscantur, se sine conscientia et assensu Thomae archiepiscopi intromittere nullatenus praesumant". Epist. S. Thomae ed. Giles II. 76, ed. Lupus p. 263, Mansi XXI. 881, Migne 200 p. 406, (Liverani Spicil. Liberian. p. 547, Pflugk-Harttung Acta II. 368). — „Tanquam ex iniuncto" „Quamquam ex iniuncto" „Eam quam ex iniuncto".

„ 29. „ 11258 (7515) Thomae, archiepiscopo Cantuariensi, mandat, hortetur clericos ecclesiae Bangoriensis, ut episcopum eligant; quod nisi fecerint, ipse intra tres menses faciat. Epist. S. Thomae ed. Giles II. 36, Haddan and Stubbs Councils I. 368, Migne 200 p. 407. — „Si, quanta detrimenta".

„ 30. „ 11259 (7516) Henrico, archiepiscopo Remensi, in (Thomam) archiepiscopum Cantuariensem officioso, gratias agit; eundem „nunc ope et consilio maxime opus habentem" commendat. Martene Coll. II. 723, Epist. S. Thomae ed. Giles II. 52, Bouquet Rec. XV. 849, Migne 200 p. 407. — „Inter ceteras divinae".

Febr. 9. „ 11260 (7517) Universum clerum et populum Bangoriensem iam iterum hortatur, ut episcopum eligant, a Thoma, archiepiscopo Cantuariensi, consecrandum. Epist. S. Thomae ed. Giles II. 90, Haddan and Stubbs Councils I. 369, Migne 200 p. 408. — „Quia ex defectu".

		1166. *(Ind. 14, pont. a. 7. — 20. Sept. — 8.)*
Febr. 12.	Romae ap. S. Petrum	11261 B(ernardo), ecclesiae Magalonensis praeposito, indulget, ut episcopus civitatis eiusdem sine capituli assensu excommunicationis aut suspensionis sententiam in eum non audeat promulgare. (Bernardus anno 1166 vita decessit.) Mém. de la soc. de Montpellier V. 524. — „Illius sincerissime devotionis".
„ 12.	„	11262 Canonicis Magalonensibus iura quaedam asserit. Mém. de la soc. de Montpellier V. 523. — „Devotionis et fidei".
„ 22.	Laterani	11263 (7518) Henrico, archiepiscopo Remensi, capellanos Laudunenses a (Galterio) episcopo indebite tractatos commendat. Martene Coll. II. 725, Bouquet Rec. XV. 850, Migne 200 p. 408. — „Decet fraternitatem tuam".
Febr.Mart.	(„)	11264 (7525) Thomae, archiepiscopo Cantuariensi, mandat, ut in eos, qui in possessionibus et bonis ecclesiae eius, ei aut hominibus eius etiam, violentiam vel iniuriam intulerint, si opportunitatem viderit, ecclesiasticam iustitiam non differat exercere". Haec addit: „Verum de persona regis speciale tibi mandatum non damus, nec tamen ius tibi pontificale, quod in ordinatione et consecratione tua suscepisti, adimimus". Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 182, ed. Giles II. 12, Migne 200 p. 413. (Aut mense Febr. exeunte aut Martio ineunte scriptam esse epistolam hanc, probat Reuter II. 591.) — „Quoniam ad omnem".
(„ „)	(„)	11265 (7526) Omnes episcopos Cantuariensis provinciae de superiore epistola certiores facit. Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 183, ed. Giles II. 41, Migne 200 p. 413. — „Quoniam ad omnem".
Mart. 18.	„	11266 (7519) Monasterium S. Clementis Piscariense tuendum suscipit et eius bona iuraque confirmat, petente Leonato abbate. Anecdota Ughelliana p. 409, Muratori R. It. SS. II. II. 901, Migne 200 p. 409. — „Religiosis votis".
Apr. 5.	„	11267 (7520) Rogero, archiepiscopo Eboracensi, et universis Angliae episcopis praecipit, „ne novo regi coronando, si forte hic casus emerserit, absque Thomae, Cantuariensis archiepiscopi, vel successorum et ecclesiae Cantuariensis conniventia manum apponere praesumant". Wilkins Conc. I. 459, Epist. S. Thomae ed. Giles II. 45, Migne 200 p. 411, (Rymer Foedera I. 25). — „Illius dignitatis et".
„ 8.	„	11268 (7521) Thomae, archiepiscopo Cantuariensi, et eius successoribus primatum Angliae asserit. (Signa chronologica sunt corrupta.) Wilkins Conc. I. 446, Radulf. de Diceto Imag. Hist. ap. Twysden H. A. SS. I. 546, ed. Stubbs I. 330. — „In apostolicae sedis" „Frater in" „Praedecessorum nostrorum".
„ 16.	„	11269 (7522) Ecclesiae S. Crucis (Romanae), quae dicitur: in Hierusalem, protectionem suscipit ac possessiones confirmat, petente Ubaldo presbytero cardinali. Cronica canon. ord. p. 56, Pennotti Ord. cleric. canon. hist. ed. Rom. p. 275, ed. Colon. p. 282, Bull. Lat. p. 42. — „Quoties illud a".
„ 24.	„	11270 (7523) Thomae, archiepiscopo Cantuariensi, „legationem totius Angliae, excepto episcopatu Eboracensi, concedit, ut ibi vice sua vitia exstirpet et virtutes in vinea Domini studeat complantare". (Pro „Datum Anagniae VII. id. Octobr.", quae verba sunt librarii ut videtur vitio apposita, legendum esse: „Dat. Laterani VIII. kal. Maii", docet ea, quae sequitur, epistola. Huic correctioni adsentit Reuter II. 591.) Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 179, ed. Giles II. 10, Mansi XXI. 878, Migne 200 p. 411. — „Sacrosancta Romana".
„ 24.	„	11271 (7524) Episcopis, abbatibus, et aliis ecclesiarum praelatis per totam Angliam extra episcopatum Eboracensem constitutis praecipit, ut Thomae, archiepiscopo Cantuariensi, apostolicae sedis legato constituto, obediant. Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 179, ed. Giles II. 80, Migne 200 p. 412: „VIII. kal. Maias", Duchesne Hist. Fr. SS. IV. 568 et Mansi XXI. 972: „nonas Martii". — „Ex iniuncto nobis".
Mai. 1.	„	11272 (7528) Henricum, archiepiscopum Remensem, hortatur, ut Robertum sacerdotem G(eraldo), episcopo Tornacensi, commendet. Martene Coll. II. 734, Migne 200 p. 415. — „Sicut tua prudentia".
„ 3.	„	11273 (7529) (Gilberto) Londinensi et omnibus episcopis Cantiae provinciae praecipit, ut „universos, qui Thomae, archiepiscopi Cantuariensis, clericorum beneficia de mandato regio perceperint, ad eorum integram restitutionem sub anathematis interminatione districtius compellant". Epist. S. Thomae ed. Giles II. 95, ed. Lupus p. 49, Migne 200 p. 415. — „Universis oppressis".
(„)	(„)	11274 (7530) Thomae, archiepiscopo Cantuariensi, respondet, se confirmasse interdicti

1166. *(Ind. 14, pont. a. 7. — 20. Sept. - 8.)*

sententiam ab eo prolatam in Iocelinum, episcopum Sarisberiensem, qui, „licet super hoc ad suam audientiam appellasset et dominicam: Ego sum pastor bonus proximo tunc venturam (8. Maii 1166) appellationi suae terminum praefixisset, eadem instante nec venerit, nec ad sese aliquem transmiserit". Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 245, ed. Giles II. 13, Mansi XXI. 880, Migne 200 p. 416. — „Ex litteris tuis".

(Mai.) (Laterani) 11275 (7531) Thomae, archiepiscopo Cantuariensi, scribit, se „concessionem decanatus, per (Iocelinum), episcopum Sarisberiensem, Iohanni de Oxeneford enormiter factam", rescidisse. Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 245, ed. Giles II. 13, Migne 200 p. 416. — „Ex rescripto litterarum".

„ 4. „ 11276 (7532) Episcopatus Mutinensis fines ecclesiaeque possessiones ac iura confirmat, bulla ad Henricum episcopum. Tiraboschi Mem. Cod. II. 93, Migne 200 p. 453, cf. Pflugk-Harttung Iter p. 266. — „Sicut iniusta poscentibus".

„ 14. „ 11277 (7533) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut quod (Geraldus) Tornacensis et (Milo) Morinensis episcopi de duabus electis abbatissis Dodoniensibus (Donionensibus dioec. Atrebat.) constituerint, observari iubeat. Martene Coll. II. 735, Migne 200 p. 416. — „Ex litteris fraternitatis".

„ 16. „ 11278 (7534) Thomam, archiepiscopum Cantuariensem, hortatur, ut cum (Iocelino), episcopo Sarisberiensi, qui „non sponte, sed coacte" videatur peccasse, „mitius agat". Epist. S. Thomae ed. Giles II. 12, (ed. Lupus p. 238), Migne 200 p. 417. — „Perlatum est ad".

„ 16. „ 11279 (7535) Rotrodo, archiepiscopo Rotomagensi, et eius suffraganeis scribit, de malis ab Henrico, Anglorum rege, ecclesiae illatis, qui „illi viro scelerato, perfido, et crudeli, et huius schismatis et erroris magistro, Reginaldo (archiepiscopo Coloniensi) communicans, per suos, quos ad Fredericum, dictum imperatorem, transmiserit, occasionem et materiam praestiterit, quod idem Fredericus inductus sit ad illud detestandum et profanum iuramentum, immo periurium faciendum". Mandat, hortentur regem, ut „Romanam ecclesiam consueta reverentia ac devotione cognoscat, et ecclesias et regni sui ecclesiasticas personas diligat, et Thomam, Cantuariensem archiepiscopum, revocet, iura quoque et bona eius manuteneat et conservet". Epist. S. Thomae ed. Giles II. 53, (ed. Lupus p. 139), Migne 200 p. 417. — „Quanta mala et".

(„) („) 11280 (7536) *(Bertrando), archiepiscopo Burdigalensi, et eius suffraganeis eadem, quae superiore epistola Rotrodo, mandat. Epist. S. Thomae ed. Giles II. 54, ed. Lupus p. 140. — („Quanta mala et".)

„ 31. „ 11281 (7537) Henrico, episcopo Remensi, mandat, compellat G(alterum), episcopum Laudunensem, ut et R. Belm. canonici matrimonium dirimat, et capellanis Laudunensibus quae abstulerit scripta privilegia apostolica reddat. Martene Coll. II. 737, Mansi XXI. 1075, Migne 200 p. 418. — „Suggestum est nobis".

„ 31. „ 11282 *Monasterii S. Crucis Burdigalensis tutelam suscipit possessionesque et privilegia confirmat. In bibl. nat. Paris. ms. lat. 12666. (Monasticon Benedictin. IX.) f. 154; in margine appositum est: 1166, ceterae temporis notae haud dubie neglegentia quadam omissae sunt.

Iun. 11. „ 11283 U(rso) abbati et fratribus monasterii Balantiarum (seu Valloriensi) bullam dat. Neues Archiv VII. 98. — „Ea quae".

„ 24. „ 11284 (7538) Henricum, archiepiscopum Remensem, hortatur, ut G., quem post appellationem ad ipsum factam, excommunicaverit, „a curia archiepiscopali, quam in parte suspectam habeat, minime iudicari permittat, sed ipse, (Balduino) Noviomensi episcopo ascito, iudicet". Martene Coll. II. 738, Migne 200 p. 419. — „Ex relatione G."

Iul. 7. „ 11285 (7539) Thomae, archiepiscopo Cantuariensi, et eius suffraganeis H. et W. comites de Vals., qui bona fratrum ecclesiae Pantun occupaverint, excommunicatos nunciat. Epist. S. Thomae ed. Giles II. 35, Migne 200 p. 420. — „Quoniam nobiles viri".

„ 20. „ 11286 (7540) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, compellat abbatem et fratres S. Petri de Monte, ut „quidquid ultra sortem de suscepto pignore deductis expensis habuerint" M. Hierosolyma reduci restituant. Martene Coll. II. 739, Migne 200 p. 420. — „Lator praesentium M."

Aug. 1. „ 11287 (7541) (Willelmo) episcopo Cenomanensi mandat, iudicet inter Philippum, nepotem Henrici, archiepiscopi Remensis, et Arn. clericum, de libris 50 litigantes. Martene Coll. II. 739, Bouquet Rec. XV. 854, Migne 200 p. 421. — „Venerabilis frater noster".

1166. *(Ind. 14, pont. a. 7. — 20. Sept. — 8.)*

Aug. 25. Laterani 11288 (7542) Philippi comitis et Elizabethae, filiae comitis Peronae, matrimonium, quod quidam „potius livore invidiae quam amore iustitiae“ impedire conantur, confirmat. Epist. S. Thomae ed. Giles II. 146, Migne 200 p. 422. — „Quod superna gratia“.

Sept. 7. „ 11289 I(ohanni) episcopo Pictaviensi scribit de priore ecclesiae S. Radegundis praefecto. Parthenonem S. Crucis in ea semper dominationem obtinere iubet. In bibl. nat. Paris. ms. lat. 12755. f. 464. — „Notum facimus dilectioni“.

c. Sept. („) 11290 (7527) Cisterciensem et Pontiniacensem abbates et universos fratres ordinis Cisterciensis hortatur, ne Thomam, archiepiscopum Cantuariensem, „a Pontiniacensi monasterio removeri“ patiantur. Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 123, ed. Giles II. 210, Migne 200 p. 414. (Capitulum Cisterciense die 14. Sept. inchoabat.) — „Licet vos eam“.

Oct. 11. „ 11291 Monasterii SS. Felicis et Fortunati Vincensis possessiones et iura confirmat, petente Arnulpho abbate. Pflugk-Harttung Iter p. 266. — „Religiosam vitam“.

„ 19. „ 11292 (7543) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, hortetur abbatem et monachos S. Remigii, ut recipiant Balduinum, qui „cum in quodam monasterio Teutonici regni habitum monasticum suscepisset, ibi propter schismaticorum perfidiam remanere non audeat“. Martene Coll. II. 740, Migne 200 p. 422. — „Lator praesentium Balduinus“.

Nov. 4. „ 11293 Canonicorum ecclesiae Caesenatis privilegia ab episcopis concessa confirmat. Zaccaria Ser. episc. Caesen. p. 35. — „Iustis petentium desideriis“.

„ 9. „ 11294 (7544) Henrico, archiepiscopo Remensi, L. priorem S. Remigii commendat. Martene Coll. II. 741, Migne 200 p. 422. — „Quos honestate morum“.

„ 11. „ 11295 (7545) Monasterium Pontiniacense tuendum suscipit, eiusque bona ac iura confirmat, petente Garino abbate. Martene Thes. III. 1235, Migne 200 p. 423. — „Regularem vitam eligentibus“.

„ 13. „ 11296 Monasterio Carrofensi asserit ecclesias quasdam a C(alone) quondam episcopo Pictaviensi in praesentia Petri, abbatis Cellensis, resignatas. (Fragmentum.) In bibl. nat. Paris. ms. lat. 18379. (Dom Fonteneau IV.) f. 51.

„ 29. „ 11297 Sororibus S. Mariae Burburgensibus indulget, ut „nulli episcopo, in cuius episcopatu ecclesias possideant, liceat, abbatissam ad synodum ex debito vel ex distractione vocare, nisi fuerit diocesanus episcopus vel metropolitanus“. In bibl. nat. Paris. Chartul. Broburg. ms. lat. 9921 sec. livre f. 15^{b}, ms. lat. 9126. f. 203. — „Inhonestis et pravis“.

„ 30. „ 11298 Parthenonis S. Mariae Burburgensis tutelam suscipit, ac possessiones confirmat, petente Claricia abbatissa. Decimas a sororibus exigi vetat. Ibid. ms. lat. 9921. fol. 7^{b}, ms. lat. 9126. f. 199^{b}. — „Piae postulatio voluntatis“.

Dec. 1. „ 11299 (7546) Episcopis Angliae, qui „propter gravamina, quae (Thomas), archiepiscopus Cantuariensis, Henrico Anglorum regi, ipsis quoque episcopis et regno intulisset, ad suam audientiam appellaverint et proximam adscensionis dominicam (21. Maii 1167) appellationi terminum praefixerint“, significat, se, „utriusque partis laboribus et expensis parcere cupientem, personas de latere suo ad eiusdem regis terram duxisse destinandas cum plenitudine potestatis causam istam et alias, quas expedire cognoverint, audiendi et canonice terminandi“. Haec addit: „Interim autem, si aliquam de personis, quas archiepiscopus excommunicationis sententia innodavit, metu mortis laborare contigerit, eundem ab aliquo vestrum, accepto iuramento, quod nostro super hoc, si convaluerit, debeat parere mandato, vel ab alio religioso et discreto viro absolvi concedimus“. Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 311, ed. Giles II. 77, Migne 200 p. 425. — „Ad aures nostras“.

„ 9. „ 11300 Sententiam inter Clariciam, abbatissam Burburgensem, et militem quendem de Graveninga super terra quadam a B(alduino), episcopo Noviomensi, latam confirmat. Chartul. Broburg. ms. lat. 9921 sec. livre f. 14^{b} in bibl. nat. Paris. — „Ex tenore litterarum“.

„ 11. „ 11301 Iohanni, archiepiscopo Toletano, primatum per regna Hispaniae confirmat. Pflugk-Harttung Iter p. 266. — „Sacrosancte Romane“.

„ 20. „ 11302 (7547) H(enrico), Anglorum regi, respondet, se, ut per Iohannem Cumin et magistrum Radulfum de Tamewrd rogaverit, mense Ianuario legatos missurum, qui „causas, quae inter eum et T(homam) Cantuariensem archiepiscopum vertantur, et illam, quae inter eundem archiepiscopum et episcopos regni super appellatione ad

1166. *(Ind. 14, pont. a. 7. — 20. Sept. — 7.)*

ipsum facta moveatur, iudicent". Nunciat, se archiepiscopo interdixisse, ne eum neve regnum turbet, „donec causae illae debitum sortiantur effectum"; „verum" inquit „si idem archiepiscopus in te interim aliquam sententiam tulerit, nos eam irritam esse censemus; ad indicium huius rei, litteras praesentes, si articulus ingruerit necessitatis, ostendas; alioquin rogamus, ut litteras ipsas, aut earum tenorem a nullo sciri permittas, sed eas habeas omnino secretas". Epist. S. Thomae ed. Giles II. 136, Rymer Foedera I. 25, Migne 200 p. 426, (Mansi XXI. 891). — „Magnificentiae tuae nuncios".

(Dec.) | (Laterani) | 11303 (7548) Thomae, archiepiscopo Cantuariensi, significat, se „receptis litteris et nunciis Henrici (Anglorum) regis, eum per litteras et nuncium suum iterum commonere proposuisse, ut eum sibi reconciliet". Hortatur, ut regem „quousque huius rei finem videat, patienter sustineat, nec contra ipsum, nec contra quoslibet regni aliquid statuat". „Postremo" inquit „nec tibi deerit auctoritas, si aliter revocari non poterit, tuum libere officium exercere; volumus autem, ut hoc habeas penes te secretum". Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 84. ed. Giles II. 8, Migne 200 p. 427. — „Receptis litteris et".

11304 (7549) Waldemarum, Danorum regem, hortatur, ut fratres ordinis Cisterciensis, in monasterio Wengensi a Suenone, electo Arusiensi, collocatos, tueatur. Monet, ut in devotione b. Petri perseveret et Eskillum, archiepiscopum Lundensem, apostolicae sedis legatum „ad ecclesiam suam devote et honorifice revocet". Langebek SS. R. Dan. V. 238, Migne 200 p. 428. — „Cum audimus, te".

11305 (7550) Absaloni Roschildensi, Tuconi Burglanensi episcopis, et Radulpho Ripensi ac Suenoni Arusiensi electis mandat, hortentur Waldemarum regem, ut et monasterio Wengensi faveat, et Eskillum, archiepiscopum Lundensem, „ad ecclesiam propriam revocet". Langebek SS. R. Dan. V. 239. Migne 200 p. 429. — „Ex litteris vestris".

1166?

11306 (7551) Gilbertum, episcopum Londinensem, hortatur, ut „talem se de cetero exhibeat, quod nulli ad ipsum sinistri referantur rumores et iustitia ecclesiastica non possit occassione eius quomodolibet deperire". Mandat, ut quae (Hilarius) Cicestriensis, et (Rogerus) Wigorniensis episcopi de ecclesia Hardentonensi statuerint, observanda curet, et „denarium b. Petri, qui sibi de Anglia debeatur, ad abbatem S. Bertini sub certo pondere et numero transmittat". Scribit, Bartholomaeum, episcopum Exoniensem, sibi significasse, se ei denarium de episcopatu suo numerasse; „unde miramur" inquit „quod eum non habuimus". Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 117, ed. Giles II. 100, Migne 200 p. 430. — „Saepe nobis a".

11307 (7552) Archiepiscopo Bituricensi respondet de „causis matrimoniorum". App. conc. Lat. L. 2. — „Relatum est et".

11308 (7553) (Archi)episcopo Strigoniensi respondet, ne simoniace impetratum pallium putet, propterea quod „cum Petrus tit. S. Laurentii in Damaso presbyter cardinalis, tunc vero S. Eustachii diaconus et apostolicae sedis legatus, ut pallium deferret, ad partes illas accederet, Alanus frater eius eidem cardinali equum unum transmiserit". App. conc. Lat. L. 1, Comp. I. L. 5. t. 2. c. 20, Decr. Greg. L. V. t. 3. c. 18. — „Etsi quaestiones tuas".

1159—1167.

11309 *Bullis ad Bettonem, abbatem S. Bavonis Gandavensis, „confirmat 24 altaria cum decimis et appendiciis in personatu S. Bavonis existentia et cum toto claustro praedicti coenobii". Thielrode Chron. de St.-Bav. à Gand p. 23.

1166—1167.

Ian. 5. | Laterani | 11310 Ecclesiae Vadi-Ulmi possessiones et privilegia quaedam confirmat, petente Iohanne priore. Ex chartul. S. Evurtii p. 532, ms. lat. 10089 in bibl. nat. Paris. Misit Delisle; in eiusdem bibl. Coll. Baluze t. 78. f. 75. — „Iustis petentium desideriis".

„ 18. | „ | 11311 (Hugoni) archiepiscopo Ianuensi mandat, commoneat consules eiusdem civitatis, ut Sardiniam insulam a Pisanorum impugnatione defendant, „ne in alterius (sc. Friderici imperatoris) dominium minime possit transferri", sed in fidelitate sedis apostolicae conservari. (Annum 1166 praefert Dove De Sard. insula p. 111.) Hist. Patr. Mon. Cod. dipl. Sard. I. 223. — „Statum et continentiam".

1166—1167.

Ian. 26. Laterani 11312 (7554) Iohanni, episcopo Magalonensi, mandat, ut „si correctio canonicorum ad capitulum pertineat, capitulum moneat, ut excessus infra triennium (lege: terminum) ab eo praefigendum corrigat; et alioquin ex tunc ipsos corrigere non postponat“. (Aliena manu additum est: „pont. nostri a. 2“). Gariel Ser. I. 205, Migne 200 p. 431. — „Tua nobis fraternitas“.

„ 26. „ 11313 (7555) (Iohanni), episcopo Magalonensi, permittit, ut de canonicis ecclesiae Magalonensis ordinis S. Augustini, qui „non solum infra, verum etiam extra dioecesim, non obtenta licentia nec petita, evagent“, poenas capiat. (Aliena manus ascripsit: „pontificatus nostri a. 2“.) Gariel Ser. I. 204, Migne 200 p. 431. — „Cum sicut exposita“.

„ 31. „ 11314 (7556) Bertrandum, archiepiscopum Burdigalensem, apostolicae sedis legatum, laudat, quod sententiam a Bertrando, abbate S. Crucis, in S. Macharii monachos „ob inobedientiam et rebellionem“ promulgatam, comprobaverit. Gall. Chr. II. 817, Bouquet Rec. XV. 850, Migne 200 p. 432. — „Sicut ex tuarum“.

Febr. 3. „ 11315 Cappellanorum Laudunensium libertatem, a (Galtero) episcopo impugnatam, corroborat. Autographum in Coll. Grenier t. 286. nr. 3 in bibl. nat. Paris. — „Cum Senonis olim“.

„ 10. „ 11316 (7557) Abbatem et fratres S. Remigii Remensis iam iterum hortatur, ut Willelmum, salva ordinis disciplina, recipiant et benigne tractent. Martene Coll. II. 723, Migne 200 p. 433. — „Pro Will(elmo) latore“.

„ 15. „ 11317 (7558) (Iohanni), episcopo Magalonensi, concedit, ut canonici ecclesiae Magalonensis ordinis S. Augustini „personatus, prioratus et administrationes, quas obtineant, in quibus non sint per electionem capituli instituti, saltem semel in anno in praesentia eius et capituli exhibere teneantur, et super his villicationis suae reddere rationem“. (Perperam additum est „Pont. nostri a. 2“.) Gariel Ser. I. 203, Migne 200 p. 433. — „Ex insinuatione tua“.

„ 18. „ 11318 (7559) Stephano, episcopo Meldensi, permittit, „ut, si quando monasterium aliquod eius iurisdictionis vacare contigerit, nec fratres vel sorores in personam poterint idoneam concordare, fas ei sit, personam illam in abbatem vel abbatissam confirmare, in quam maiorem et saniorem partem capituli noverit convenire“. Theodori Poenitentiale II. 611, Migne 200 p. 434. — „Pro dissensione fratrum“.

„ 20. „ 11319 (7560) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, iudicet inter canonicos Roienses et Robertum presbyterum, qui se queratur ab illis librarum 30 damno affectum esse. Martene Coll. II. 724, Migne 200 p. 434. — „Significat nobis Robertus“.

„ 20. „ 11320 (7561) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut Roberti sacerdotis et canonicorum Roiensium de libris 88 controversiam discernat. Martene Coll. II. 724, Migne 200 p. 435. — „Lator praesentium Robertus“.

„ 27. „ 11321 I(ohannis) episcopi Gratianopolitani feodum sine licentia eius „donari, vendi, pignorari, obligari, vel in aliquam personam religiosam vel pium locum conferri“ vetat. Chevalier Cartul. d'Aimoin de Chissé p. 60. — „Si quando postulatur“.

Mart. 1. „ 11322 (7562) Abbati et fratribus Cluniacensibus significat, electionem Raimundi, abbatis S. Benedicti Padilironensis, „propter itineris difficultatem et schismaticorum saevientium feritatem“ ab Ildebrando, presbytero card. basilicae XII apostolorum, aliisque confirmatam, a sese roboratam esse, salvis iuribus Cluniacensibus. Bull. Clun. p. 72, Migne 200 p. 435. — „Venerabilis frater noster“.

„ 3. „ 11323 (7563) Abbati S. Remigii Remensis mandat, ut iudicet inter abbatem S. Iohannis de Vineis et eum, quem deiecerit, presbyterum. Martene Coll. II. 725, Migne 200 p. 436. — „Ex transmissa conquestione“.

„ 6. „ 11324 (7564) Henrico, archiepiscopo Remensi, et eius suffraganeis mandat, ut Drogonem „illum schismaticum, Lugdunensis ecclesiae violentum et improbum occupatorem“ excommunicent. Guichardum, archiepiscopum Lugdunensem, commendat. Martene Coll. II. 726, Bouquet Rec. XV. 851, Migne 200 p. 437. — „Quam graviter et“.

„ 10. „ 11325 (7965) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut homines quosdam a (Guidone) episcopo Catalaunensi inique excommunicatos absolvat. Martene Coll. II. 727, Migne 200 p. 438. — „Suggestum nobis est“.

„ 13. „ 11326 (7566) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut controversiam Hugonis clerici et Hescelini clerici de Guisern., nisi M(ilo) episcopus Morinensis disceptaverit, ipse

1166—1167.

intra dies 40 diiudicet. Martene Coll. II. 728, Migne 200 p. 438. — „Ex relatione Hugonis".

Mart. 14. Laterani 11327 (7567) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, compellat G(alterum), episcopum Laudunensem, ut Iohannem, nepotem cantoris Duacensis, de praebenda quadam investiat. Martene Coll. II. 728, Migne 200 p. 439. — „Quoniam frater noster".

„ 14. „ 11328 (7568) Henricum, archiepiscopum Remensem, hortatur, ut cantori Duacensi „locum suum, quem in Atrebatensi ecclesia habuerit", restituat. Martene Coll. II. 729, Migne 200 p. 440. — „Cum discretio tua".

„ 16. „ 11329 (7569) Decano et canonicis ecclesiae Catalaunensis praecipit, ut „clericos omnes, qui in episcopatu aliis legere voluerint et eos scholasticis instruere disciplinis, id libere et sine omni contradictione efficere permittant". Martene Coll. II. 730, Bouquet Rec. XV. 851, Migne 200 p. 440. — „Pervenit ad nos, quod".

Apr. 18. „ 11330 (7570) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, commoneat canonicos ecclesiae S. Crucis, ut Galterio diacono „praebendam sum non differant integrare". Martene Coll. II. 731, Migne 200 p. 442. — „Veniens ad apostolicae".

„ 19. „ 11331 (7571) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, hortetur Badar. militem et Nicolaum et Adamum, ut G. huius epistolae latori oppigneratam haereditatem maternam, recepta sorte, restituant. Martene Coll. II. 732, Migne 200 p. 442. — „Significavit nobis G."

„ 29. „ 11332 (7572) Henrico, archiepiscopo Remensi, nunciat, relatum sibi esse, comitem Tolosanum, precibus et promissionibus Friderici imperatoris adductum, „disposuisse, quod omnes personas ecclesiasticas in terra sibi subiecta morantes, de regno etiam Ludovici Francorum regis, aut idolum adorare compelleret, aut proprias sedes relinquere et exsilium cogeret sustinere". Admoneri regem iubet, ut comitem ab hoc conatu avocet, et (Iohannem) expulsum episcopum Gratianopolitanum restituat. Martene Coll. II. 732, Bouquet Rec. XV. 852, Migne 200 p. 442. — „Quorumdam nobis relatione".

Mai. 7. „ 11333 Episcopis et abbatibus. Sic ap. Pflugk-Harttung Iter p. 267. — „Ex iniuncto".

„ 14. „ 11334 (7573) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut canonicos S. Petri Braguensis et priorem monasterii de Noviei subire iudicium (Galteri), episcopi Laudunensis, iubeat. Martene Coll. II. 735, Migne 200 p. 444. — „Causam, quae inter".

„ 15. „ 11335 (7574) Canonicis Pisanis mandat, ut B(enincasam, cf. ep. 11550) quondam canonicum, excommunicatum schismatis defensorem, vitent, sed tamen recipiant, si ad virtutem redierit. Ughelli It. sacr. III. 403, Migne 200 p. 445. — „Iniqua et detestanda".

„ 26. „ 11336 (7575) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, compellat Anch. de Waisciaco et Guiterum de Amboni-villa, et Manassem ac Teob., ut Iob. latori huius epistolae ablata restituant. Martene Coll. II. 736, Migne 200 p. 445. — „Ex conquestione Iob."

„ 28. „ 11337 (7576) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, iudicet inter G. civem Remensem et Simonem Deauratum super pecunia quadam litigantes. Martene Coll. II. 736, Migne 200 p. 446. — „Ex transmissa nobis".

11338 (7577) Electo Gaiacensi (Gaetano) mandat, ut de Petro Manconella presbytero iudicium faciat. (Ex registri libro VIII.) App. conc. Lat. L. 14, Comp. I. L. 5. t. 1. c. 12, Decr. Greg. L. V. t. 1. c. 10 et t. 34. c. 7. — „Cum Petrus" „Cum P. Manconella".

11339 (7578) Episcopo Norwicensi significat, se R. clericum itineris Hierosolymitani voto solvisse. (Ex registri libro VIII.) App. conc. Lat. L. 15, Coll. Cass. XXXIX. 3, Comp. I. L. 3. t. 29. c. 2, Decr. Greg. L. III. t. 34. c. 2. — „Venientis ad nos".

1167. *(Ind. 15. — 25. Sept. — 1. pont. a. 8. — 20. Sept. 9.)*

Ian. 5. Laterani 11340 (7582) Ecclesiam S. Salvatoris Venetam tuendam suscipit, eiusque privilegia confirmat, petente Viviano priore. Cornelii Eccl. Ven. XIV. 97, Migne 200 p. 449. — „Ad hoc universalis".

Mart. 17. „ 11341 (7583) Monasterii S. Savini protectionem suscipit ac possessiones confirmat, petente Deusdedit electo abbate. Gall. Christ. I. Instr. p. 193, Migne 200 p. 451, (Bulla integra exstat in bibl. nat. Paris. ms. lat. 12695. f. 345). — „Quotiens illud a".

1167. *(Ind. 15. — 25. Sept. — 1, pont. a. 8. — 20. Sept. — 9.)*

Mart. 17. Laterani 11342 (7584) Henrico, archiepiscopo Remensi, significat, se „in Urbe magnifice satis hucusque existere". Hortatur, „sibi celerius studeat et efficacius subvenire, . . . ut inimicis ecclesiae viriliter possit resistere et ecclesiam pristina libertate donare; quod nulla ratione opportunius effici posse, quam si Urbem in fidelitate b. Petri ac sua servare et contra voluntatem inimicorum ibidem poterit permanere". Rostram fratrem mittit. Martene Coll. II. 731, Bouquet Rec. XV. 852, Migne 200 p. 441. — „A memoria nostra".

(„) („) 11343 (7579) Thomae, archiepiscopo Cantuariensi, significat, Wilhelmum tit. S. Petri ad vincula presbyterum et Ottonem S. Nicolai in carcere Tulliano diaconum cardinalem ad Henricum, Anglorum regem, missos esse, „ut legatione in terra regis cismarina fungantur et specialiter inter eum et regem concordiam et pacem reforment". Hortatur, ut „si ei non omnia secundum beneplacitum succedant, ad praesens dissimulet", neve „pro verbo, quod ipse (Ludovico) Francorum regi secundum petitionem eius significet, se a pacis et concordiae bono quodammodo retardet". Mandat, moneat comitem Flandrensem, ut ipsi „in aliquo liberaliter studeat subvenire". (Quo mense scriptae sint haec et duae, quae sequuntur, epistolae, demonstrat Reuter II. 606.) Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 309, ed. Giles II. 15, Mansi XXI. 882, Migne 200 p. 446. — „Quod personam tuam".

(„) („) 11344 (7580) Henrico, Anglorum regi, commendat Wilhelmum et Ottonem cardinales „cum plenitudine potestatis causas in aliis litteris expressas, et alias, quas expedire videatur, cognoscendi, in terram regis cismarinam legatos destinatos, quibus vices suas in omnibus ita plene commiserit exsequendas, sicut illis vel aliis apostolicae sedis ecclesia Romana committere consueverit". (Hanc adduntur: „Hoc vero transscriptum nulli mortalium reveles, nisi soli magistro Gunterio, quia fidem meam super hoc magistro Galterio ita stricte, ut voluit, dedi"; quae verba Alexandro auctori non debentur, sed ab alieno quodam, qui epistolam in Thomae Cantuariensis usum occulte descripsit, addita sunt.) Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 310, ed. Giles II. 117, Mansi XXI. 883, Migne 200 p. 447. — „Magnificentiae tuae petitionibus".

(„) („) 11345 (7581) Ludovico, Francorum regi, de honoribus Thomae, archiepiscopo Cantuariensi, tributis gratias agit. Pacis inter eundem et Henricum Anglorum regem componendae causa Willelmum et Oddonem cardinales missos nunciat, qui in Henrici regis „terra cismarina causas emergentes audiant et cognoscant et ibidem apostolicae sedis legatione fungantur". Pax illa si non convenerit, „nobis" inquit „omnimodis complaceret, quodsi absque scandalo personarum regni tui fieri posset, ut nos Thomam archiepiscopum specialis honoris praerogativa inter ceteros donaremus et sibi vices nostras committeremus in illis partibus (Galliae) exsequendas". Qua de re quid ei videatur, audire cupit. Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 378, ed. Giles II. 139, Mansi XXI. 883, Migne 200 p. 448. — „Inter caetera magnificentiae".

Apr. 22. „ 11346 (7586) Thomae, archiepiscopo Cantuariensi, significat, se (Henrico) Wintoniensi et (Rogero) Wigorniensi episcopis mandasse, ut Hugonem comitem absolvant, sed si absolutus intra dies 40 et canonicis de Pantaneia et episcopis non restituerit ablata, iterum excommunicent. Epist. S. Thomae ed. Giles II. 23, ed. Lupus p. 521, Migne 200 p. 452. — „Ad tuae discretionis".

„ 30. „ 11347 (7587) Henrico, archiepiscopo Remensi, praecipit, ut quem „post appellationem et specialem prohibitionem ex parte sua factam" episcopum Tornacensem consecraverit, „ab officio pontificali faciat omnino cessare, donec ipse et qui eum elegerint, ad sese accedant". Martene Coll. II. 733, Bouquet Rec. XV. 853, Migne 200 p. 443. — „Cum sincerissimae".

Mai. 7. „ 11348 (7588) Willelmo (tit. S. Petri ad vincula presbytero) et Ottoni (S. Nicolai in carcere Tulliano diacono) cardinalibus scribit, post eorum discessum se audiisse, a Iohanne, decano Sarisberiensi, evulgatum esse, „quod ipse, cum episcopos et alias personas ecclesiasticas et saeculares de regno Anglorum a iurisdictione et potestate Thomae, Cantuariensis archiepiscopi, exemerit, iuxta beneplacitum regis et condemnationem (Thomae) intenderet"; quapropter archiepiscopum et Ludovicum, Francorum regem, vehementer commotos esse. Mandat, ut archiepiscopum per litteras consolentur, pacemque inter eum et regem „componere omnimodis intendant, ita quod Thomae et ecclesiae eius antiqua iura et libertates integre et illibate servent; neve

1167. *(Ind. 15. — 25. Sept. — 1, pont. a. 8. — 20. Sept. — 9.)*

		in terra regis aliquid, quod magnum sit, faciant, et in regnum eius nulla ratione intrent, nisi archiepiscopus illi primitus integre reconcilietur". Iohannem de Cumin, qui „omnia rescripta litterarum suarum Guidoni Cremensi monstraverit et illi secreta sua detexerit", puniri iubet. Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 338, Epist. Gilberti Foliot ed. Giles II. 54, Mansi XXI. 885, Migne 200 p. 455. — „Post discessum vestrum".
Mai. 10.	Laterani	11349 Parthenonis S. Mariae Santonensis tutelam suscipit, possessionesque et privilegia confirmat, petente Agnete abbatissa. Grasillier Cart. inéd. de la Saintonge II. 19. — „Cum omnium ecclesiarum".
„ 31.	Romae ap. S. Mariam novam	11350 (7589) Raimundo, episcopo Brixiano, et eius successoribus asserit ius ad dextram archiepiscopi Mediolanensis in synodis sedendi. Ughelli It. sacr. IV. 544, Migne 200 p. 456. — „Ex transmissa".
Iun. 1.	„	11351 (7590) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, iudicet inter abbatem S. Remigii et Si. mulierem. Martene Coll. II. 741, Migne 200 p. 456. — „Causam, quae inter".
„ 13.	„	11352 (7591) Galdino, archiepiscopo Mediolanensi, mandat, tollat privilegia quaedam a Robaldo, quondam archiepiscopo, canonicis Modoetiensibus in iniuriam parthenonis Cremellensis concessa. Giulini Mem. di Mil. VI. 535, Migne 200 p. 456. — „Suggestum est".
„ 17.	„	11353 (7592) (Rogero), archiepiscopo Eboracensi, mandat, ut ab Henrico, Anglorum rege, „requisitus, coronam Henrico, primogenito filio eius, imponat". („Dat. R. can. apud S. Mariam novam XV. kal. Iulii".) Coll. Cass. LV. 4¦, (Epist. S. Thomae ed. Giles II. 45, Migne 200 p. 457. Cf. Reuter II. 683). — „Quanto per carissimum".
„ 27.	„	11354 (7593) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, O. Rufum nisi (Guido) episcopus Catalaunensis compulerit, ipse cogat, ut Ersendi mulieri solidos 100 persolvat. Pag. sacerdotem et Guillelmum burgensem adigat ad explenda damna eidem mulieri illata. Martene Coll. II. 741, Migne 200 p. 457. — „Super negligentia".
„ 28.	„	11355 Iohanni, episcopo Vicentino, litem inter cruciarios Vicentinos et abbatissam S. Petri diiudicandam committit. Ex Istoria di Vicenza f. 255 in Musei Britann. ms. addit. 8602. Dedit Karolus Pertz.
„ 28.	„	11356 (7594) Henrico, archiepiscopo Remensi, scribit, litteras de Hersende muliere a sese per Milonem clericum olim missas nequaquam fucosas esse. Hortatur, ne Eustachio et Theobaldo, nisi mulieri illi satisfecerint, communionem reddat. Martene Coll. II. 742, Migne 200 p. 458. — „Ex narratione Milonis".
Iul. 1.	„	11357 (7595) Henrico, archiepiscopo Remensi, significat, „Urbem ex inscitia et inertia populi adversa sorte fuisse ab inimicis in parte depressam, in quo nimirum ecclesiae status non potuerit non gravari". „Verumtamen multo minus" inquit „quam fama feratur, damnum sustinuit, sicut ex relatione I. et P. clericorum (Iosci) Turonensis archiepiscopi et (Guillelmi) Carnotensis electi plene cognosces". Martene Coll. II. 743, Bouquet Rec. XV. 854, Migne 200 p. 459. — „Dum illam sincerissimam".
„ 10.	„	11358 Guarino abbati et fratribus Pontiniacensibus asserit ecclesiam Dalonensem, a canonicis eius, assensu episcopi Lemovicensis, sponte concessam. Henry Hist. de l'abb. de Pontigny p. 336. — „Iustis petentium desideriis".
„	in Cartularia	custoditur ab Oddone Frangipane. Marangonis Chron. Pisan. 1168 in Arch. stor. Ital. VI. II. 49, in MG. SS. XIX. 256; Cf. Romoaldi Salern. Annal. in MG. SS. XIX. 436.
Iul. Aug.	ad radicem	montis Circeii. Vide Bosonis card. Vitam Alexandri ap. Watterich II. 407.
„ „	Legulae	fluvium transit. Vide Bosonis card. Vitam Alexandri p. 407.
„ „	Terracinae	Vide Bosonis card. Vitam Alexandri p. 407.
„ „	Caietae	Vide Bosonis card. Vitam Alexandri p. 407, Romoald. Salern. Annal. l. l.
Aug. 22.	Beneventi	11359 (7596) Wilhelmo S. Petri ad vincula presbytero et Ottoni S. Nicolai in carcere Tulliano diacono cardinalibus, apostolicae sedis legatis, mandat, ut inter Ludovicum Francorum et Henricum, Anglorum regem, pacem componant; sed interdicit, „ne uterque eorum vel alter regnum Anglorum intrare vel in negotiis eiusdem regni tractare et praesertim de consecrationibus episcoporum aliquid unquam efficere, vel ordinare praesumat, nisi prius Thomas, Cantuariensis archiepiscopus, Anglorum regi ex integro reconcilietur". Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 364, Epist. Gilberti Foliot ed. Giles II. 57, Mansi XXI. 884 (et 1049), Migne 200 p. 460. — „Quanta universae Dei".

1167. *(Ind. 15. — 25. Sept. — 1, pont. a. 8. — 20. Sept. — 9.)*

(Aug.) (Beneventi) 11360 (7597) Wilhelmo tit. S. Petri ad vincula presbytero et Ottoni S. Nicolai in carcere Tulliano diacono cardinalibus, apostolicae sedis legatis, mandat, ut, quos Thomas, archiepiscopus Cantuariensis, excommunicaverit, si absoluti possessiones ecclesiae Cantuariensis non restituerint, eos „omni dilatione et appellatione cessante, in priorem excommunicationis sententiam reducant“. Epist. Gilberti Foliot ed. Giles II. 56, Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 468, Mansi XXI. 887, Migne 200 p. 460. — „Suggestum est nobis“.

„ 31. „ 11361 (7598) Alberto, presbytero cardinali tit. S. Laurentii in Lucina, legato apostolico, significat, se ex eius consilio de „liberando (Guoffridi) filio Bon(umiri) de Siponto“ litteras ad Lampridium, archiepiscopum Iaderensem, dedisse. Archiepiscopatum Spalatinum ei oblatum accipi vetat. Farlati Ill. sacr. III. 188, Mon. Hung. hist. I. xi. 108, Migne 200 p. 461. — „Litteras devotionis“.

Sept. 10. „ 11362 Ecclesiam S. Leonardi in Lamavolari tuendam suscipit, eiusque possessiones ac iura confirmat, petente Richardo priore. Pflugk-Harttung Iter p. 267. — „Religiosis votis“.

Nov. 24. „ 11363 (7599) Henrico, abbati Biburgensi, praecipit, ut abbatiam S. Petri Salzburgensem, a Conrado archiepiscopo monachisque oblatam, suscipiat. Nov. chron. mon. S. Petri Salisb. p. 241, Pez Thes. anecd. VI. i. 394. — „Dilecti filii nostri“.

„ 24. „ 11364 (7600) Monachis Biburgensibus praecipit, ut Heinricum abbatem monasterio S. Petri Salzburgensi concedant. Nov. chron. mon. S. Petri Salisb. p. 241, Pez Thes. anecd. VI. i. 394. — „Dilecti filii nostri“.

Dec. 26. „ 11365 (7675) Universis ecclesiasticis in terra ducis Welfonis, quae in Augustensi terra sita est, constitutis petente duce permittit, ut quamdiu in unitate catholica persistiterint et Augustensis dictus episcopus (Conradus) ecclesiam tenuerit, „ordinationes et consecrationes ecclesiarum et cetera ecclesiastica sacramenta a quocumque voluerint catholico episcopo suscipiant“. (Contra Conradum schismaticum directam esse hanc epistolam, probat Adler Herzog Welf VI. und sein Sohn p. 123, cf. Forsch. z. d. Gesch. XXII. 671; minime vero concedendum est, eam a. 1161 tribuendam et pro „VII. kal. Ian.“ legendum esse „VII. kal. Iun.“. Equidem potius puto, epistolam d. 26. Dec. a. 1167 scriptam esse, dum missi Welfonis ducis mortem episcopi, d. 22. Nov. huius anni defuncti, ignorantes Beneventi morabantur.) Mon. Boic. VI. 488, Migne 200 p. 525. — „Et communi fama“.

„ 29. „ 11366 (7601) Ecclesiam Ragusinam tuendam suscipit eiusque possessiones confirmat, petente Tribuno archiepiscopo. Farlati Ill. sacr. VI. 80, Mon. Hung. hist. I. xi. 109, Migne 200 p. 462. — „In eminenti“.

„ 29. „ 11367 (7602) Pullatensem, (Petrum) Suaciensem, (Martinum) Drivastensem episcopos iubet Tribuno, archiepiscopo Ragusino, obtemperare; alioquin eos dignitatibus privatum iri ostendit. Farlati Ill. sacr. VI. 81, Mon. Hung. hist. I. xi. 110, Migne 200 p. 462. — „Si quanta sit“.

„ 29. „ 11368 (7603) Clericis Dulchiniensis et Antibarensis episcopatuum praecipit, ne episcopis, a T(ribuno) archiepiscopo Ragusino excommunicatis, obtemperent. Farlati Ill. sacr. VI. 81, Mon. Hung. hist. I. xi. 111, Migne 200 p. 463. — „Sicut ex“.

11369 (7605) Hugonem, archiepiscopum Senonensem, reprehendit, quod „absque conscientia et mandato suo (Alani) episcopi Altissiodorensis abrenunciationem receperit“. Concedit tamen, ut W(illelmum) in eius locum consecret. Coll. Lips. XXXI. 2, Coll. Cass. XL. 2, Coll. Bamb. XXX. 2, Comp. I. L. 1. t. 5. c. 1, Bouquet Rec. XV. 854, Mansi XXI. 1083, Migne 200 p. 466. — „Quanta importunitate“ „Quanta opportunitate“.

11370 (7606) Henricum, archiepiscopum Remensem, vituperat, „quod canonicos suos dure nimis et graviter tractet et ad eorum gravamen Francorum regem, fratrem suum, provocaverit, in hoc minus, quam eum decuerit, libertati ecclesiasticae providens“. Martene Coll. II. 934, Marlot Metr. Rem. II. 393, Bouquet Rec. XV. 855, Migne 200 p. 466. — „Quanto maiori dignitate“.

11371 (7607) Ludovicum, Francorum regem, hortatur, ut canonicis ecclesiae Remensis et gratiam suam et ereptas possessiones reddat. Martene Coll. II. 935, Marlot Metr. Metr. Rem. II. 393, Bouquet Rec. XV. 856, Migne 200 p. 467. — „Inter alia pietatis“.

1167. *(Ind. 15. — 25. Sept. — 1, pont. a. 8. — 20. Sept. — 9.)*

11372 Philippum, comitem Flandrensem hortatur, ut monasterio S. Vedasti ablatas b. Iacobi reliquias restituat. Guimann Cart. de St.-Vaast d'Arras p. 133, Revue des soc. sav. V. sér. VII. 543. — „Quanto maiori potentia".

11373 Roberto, Ariensis ecclesiae praeposito, mandat, compellat (Philippum), Flandriae comitem, ut reliquias b. Iacobi ablatas monasterio S. Vedasti restituat. Guiman Cart. de St.-Vaast d'Arras p. 134, Revue des soc. sav. V. sér. VII. 543. — „Quoniam dilectum filium".

11374 Philippum, comitem Flandrensem, monet, ut sine mora S. Vedasti monasterio ablatum b. Iacobi caput aliasque reliquias restituat. Guimann Cart. de St.-Vaast d'Arras p. 135, Revue des soc. sav. V. sér. VII. 543. — „Quanto personam tuam".

11375 Roberto, praeposito Ariensi, mandat, compellat Philippum, comitem Flandrensem, ut monasterio S. Vedasti ablatas b. Iacobi reliquias restituat. Guimann Cart. de S.-Vaast d'Arras p. 136, Revue des soc. sav. V. sér. VII. 544. — „Quanto tua devotio".

1168. *(Ind. 1, pont. a. 9. — 20. Sept. — 10, 1167. — 25. Mart. — 1168.)*

Ian. 3. | Beneventi | 11376 (7608) „Abbatibus et ceteris Latinis, tam clericis quam laicis" Dyrrhachiensibus commendat T(ribunum), archiepiscopum Ragusinum, legatum ad eos missum, propterea quod cardinales, ad imperatorem Constantinopolitanum euntes, non diu morari apud eos possint. Praecipit, ut Antibarensis et Dulchiniensis episcoporum excommunicatorum aditum defugiant. Farlati Ill. sacr. VI. 81, Migne 200 p. 468. — „Ne cura".

„ 14. | „ | 11377 Monasterii omnium sanctorum, in loco Cuti in suburbio Barensi siti, possessiones et iura confirmat, petente Nicolao abbate. Pflugk-Harttung Iter p. 267. — „Religiosis desideriis".

„ 23. | „ | 11378 Monasterii S. Nicolai de Pratis (Ribomontensis) tutelam suscipit, possessionesque et privilegia confirmat, petente Ricardo abbate. Stein Cart. de St. Nicol. des Prés sous Ribem. p. 85. — „Religiosis desideriis dignum".

Febr. 8. | „ | 11379 (7609) Ecclesiae Hierosolymitanae possessiones et privilegia, petente Amalrico patriarcha, confirmat. Rozière Cartulaire du saint sépulcre p. 319, Migne 200 p. 469. — „Beneficia, quae in".

„ 11. | „ | 11380 (7816) Henrico, archiepiscopo Remensi, et Hugoni, episcopo Suessionensi, mandat, ut Ludovico regi Francorum et Henrico Anglorum pacem concordiamque assidue suadeant. Martene Coll. II. 783, Bouquet Rec. XV. 858, Migne 200 p. 630. — „Quoniam dilecti filii".

„ 15. | „ | 11381 (7610) P(etro) priori et fratribus S. Sepulcri Hierosolymitani scribit, A(malricum) patriarcham a sese per litteras admonitum esse, ut „de rebus vel obedientiis eorum, nisi ab iis fuerit requisitus, se intromittere nulla ratione praesumeret", atque „ut, cum aliquem in concanonicum voluissent recipere, iis in hoc favorem indulgeat, nec aliquem consortio eorum imponeret", neu in ecclesia eorum „iis invitis, diversis (personis) praebendas pro beneplacito suo assignaret". Rozière Cartulaire du saint sépulcre p. 283, Migne 200 p. 471. — „Sicut ex relatione".

„ 15. | „ | 11382 (7611) P(etro) priori et fratribus S. Sepulcri Hierosolymitani significat, se A(malrico) patriarchae praescripsisse, „ut ab iis nonnisi tertiam partem cerae, quae ad ecclesiam eorum deferretur, requireret", ut „si aliquam civitatum intravisset, et in eundo et redeundo ab expeditione ibidem moram fecisset, universas oblationes, quae ad eandem post secundum diem offerrentur, eos permitteret habere", neu vetaret aut „corpora defunctorum ante altaria eorum deferri", aut „cruces in die parasceve coram eisdem teneri". Hospitalarios quoque admonitos nunciat, ne „cum aliquam adversum eos querelam habuerint, decimas iis subtrahere attemptent". Rozière Cartulaire du saint sépulcre p. 284, Migne 200 p. 472. — „Dilectos filios nostros".

„ 15. | „ | 11383 (7612) P(etrum) priorem et fratres S. Sepulcri Hierosolymitani certiores facit, se litteras ad Hospitalarios dedisse, ne decimas iis denegent, ne „in civitate Ioppen ecclesiam absque consensu patriarchae et eorum de novo aedificare praesumant", neu „cum Ioppen supposita fuerit interdicto, in ecclesia sua, quae in corpore civitatis consistat, campanas pulsare, excommunicatos vel nominatim interdictos ad divina officia recipiant". Rozière Cartulaire du saint sépulcre p. 286, Migne 200 p. 473. — „Dilectos filios nostros".

1168. *(Ind. 1, pont. a. 9. — 20. Sept. — 10. 1167. — 25. Mart. — 1168.)*

(Febr.) (Beneventi) 11384 (7613) Patriarchae Hierosolymitano interdicit, „ne abbates, abbatissas, vel alias personas ecclesiasticas sine assensu et consilio prioris et canonicorum S. Sepulcri instituere, vel destituere praesumat". App. conc. Lat. L. 18, Comp. I. L. 3. t. 9. c. 4, Decr. Greg. L. III. t. 10. c. 4. — „Novit plenius".

Mart. 2. „ 11385 (7614) Ecclesiae S. Sepulcri Hierosolymitanae protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat, petente Petro priore. Rozière Cartulaire du saint sépulcre p. 278, Migne 200 p. 474. — „Quotiens illud a".

„ 21. „ 11386 (7615) Monasterio S. Walarici asserit ius parochiale castri S. Walarici, (Roberto) episcopo Ambianensi abiudicatum. Guiberti Opp. p. 571, Migne 200 p. 477. — „Dignum est et".

„ 22. „ 11387 Monasterium S. Walarici tuendum suscipit, possessionesque et privilegia confirmat, petente Asselino abbate. In bibl. nat. Paris. ms. lat. 12701. (Monast. Benedict. XLIV.) f. 174. — „Quotiens illud a".

Apr. 9. „ 11388 Iaquino, capicerio ecclesiae Senonensis, collatam ab H(ugone) archiepiscopo capiceriam confirmat. Quantin Cartul. gén. de l'Yonne II. 105. — „Iustis petentium desideriis".

„ 26. „ 11389 (7616) Parthenonis S. Victorini Beneventani patrocinium suscipit et bona, libertatem, privilegia confirmat, petente Fusca abbatissa. Ughelli It. sacr. VIII. 119, Migne 200 p. 479. — „Quotiens illud a".

„ 29. „ 11390 Monasterium S. Mariae Crispinense tuendum suscipit, eiusque bona ac privilegia confirmat. Wiener Sitzungsber. XCIV. 668. — „Religiosam vitam eligentibus".

(„) 11391 (7617) Henricum, Anglorum regem, de Thoma, archiepiscopo Cantuariensi, in gratiam recipiendo hortatur; „et Deus" inquit „cui te humiliaveris, personam tuam exaltabit, sicut tibi per (Anthelmum), Bellicensem episcopum, et (Basilium) priorem Carthusiensem, latores praesentium, significamus". Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 629, ed. Giles II. 126, Migne 200 p. 480. — „A regiae sublimitatis".

(Mai.) („) 11392 (7604) Henrico, Anglorum regi, significat, litteras eius a Clarembaldo electo S. Augustini, Reginaldo archidiacono Sarisberiensi, Simone de Carcere, Henrico de Northamtune redditas sibi esse. Thomae, archiepiscopo Cantuariensi, interdictum esse, „ne in regem aut in terram eius vel in personas regni eius, interdicti seu excommunicationis sententiam, donec rex eum in gratiam reciperet, proferre ulla ratione attentaret, aut in aliquo gravare praesumeret". „Et quoniam" inquit „litteras illas, quas anno praeterito per nuncios tuos ultimo destinavimus (ep. 11302 d. d. 20. Dec. 1166), viribus de cetero constat carere, si archiepiscopus interim te aut terram tuam vel personas regni in aliquo gravare praesumpserit, praesentes litteras poteris in argumentum nostrae voluntatis ostendere". Quam rex „in scriptis suis vel legatis varietatem invenerit", excusat. (Mense Maio a. 1168 datam esse epistolam hanc, probat Reuter II. 620 sq.) Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 630, ed. Giles II. 128, Migne 200 p. 464. — „Excellentiae tuae nuncios".

„ 11. „ 11393 (7618) Thomam, archiepiscopum Cantuariensem, hortatur, ut Iohannis (lege Iocelini), episcopi Sarisberiensis, „imbecillitati ac senectuti compatiens, usque ad discessum nunciorum suorum ad Henricum regem missorum, eum in nullo penitus gravet; quemadmodum" inquit „etiam de ipsius regis et aliorum eiusdem regni personis te interim volumus observare; ceterum si rex in sua duxerit obstinatione persistendum, ex tunc si in regnum et regni personas, tuae iurisdictioni aut metropolis aut legationis iure subditas, ultionis debitae severitatem duxeris exercendam, et tuas et ecclesiae tuae iniurias vindicabis". Iohanni de Oxeneford decanatum Sarisberiensem a sese assertum nunciat. (Epistolam hanc a. 1169 scriptam esse, censet Eyton Court, household and itinerary of Henry II. p. 121.) Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 317, ed. Giles II. 16, Migne 200 p. 481. — „Qualiter iam pridem".

„ 12. „ 11394 Monasterii S. Benedicti super Padum protectionem suscipit et possessiones confirmat, Rainerio abbate petente. In tabular. Mediolan. Ex schedis Iafféi; (Wiener Sitzungsber. XCIV. 668). — „Religiosam vitam eligentibus".

„ 15. „ 11395 Ecclesiae S. Germani privilegium dat, petente Viola archipresbytero. Pflugk-Harttung Iter p. 267. — „Quotiens illud a".

„ 16. „ 11396 (7713) Toti capitulo S. Trinitatis Cantuariensis praecipit, ut quem Thomas archiepiscopus iis praefecerit, priorem accipiant. Epist. S. Thomae ed. Giles II. 37, Migne 200 p. 543. De tempore cf. Reuter II. 437. — „Quoniam ecclesia vestra".

1168. *(Ind. 1, pont. a. 9. – 20. Sept. — 10, 1167. — 25. Mart. — 1168.)*

Mai. 19. | Beneventi | 11397 (7619) Thomae, archiepiscopo Cantuariensi, scribit, se quondam „timore perculsum, ne Henricus Anglorum rex, prout olim fecisset, illi tyranno et flagitioso inimico ecclesiae (Friderico imperatori) aliquo foedere societatis adiungeretur“, ei mandasse, „ut nec in ipsum nec in personas regni aut in regnum interdicti seu excommunicationis vel suspensionis sententiam deberet promulgare, nisi alias suas litteras reciperet“. Itaque nisi rex „usque ad initium proximae quadragesimae mandata sua effectui mancipaverit“, concedit, „ut tam in personas, quam etiam in regnum, et in ipsum regem facultatem liberam habeat debitum officii sui exercendi“. Epist. S. Thomae ed. Giles II. 24, Migne 200 p. 483, (ed. Lupus p. 651, Mansi XXI. 892, Liverani Spicil. Liber. p. 543). — „Ad discretionis tuae“ „Ad dilectionis tuae“.

„ 19. | „ | 11398 (7620) Universis episcopis Angliae mandat, cogant „universos illos, qui ecclesias, praebendas, vel alia ecclesiastica beneficia ubicumque per Angliam de manu laica et maxime huius turbationis tempore susceperint, ut ecclesias ipsas, praebendas, vel beneficia cum fructibus inde perceptis resignent“. Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 665, ed. Giles II. 78, Mansi XXI. 889, Migne 200 p. 484. — „Ad audientiam nostram“.

(„) | („) | 11399 (7621) Iohannem Cumin, proposita excommunicatione, monet, ut quem „laicali auctoritate sibi vendicare praesumpserit“, archidiaconatum Bathoniensem (Rogero) episcopo Wigorniensi restituat. Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 666, ed. Giles II. 147, Migne 200 p. 483. — „Mirabile gerimus“.

„ 20. | „ | 11400 (7622) Thomam, archiepiscopum Cantuariensem, monet, ut Girardum Puellam, „ad obedientiam et mandatum suum rediturum et schismaticae pravitati omnimodis renunciaturum, exhibito iuramento, recipiat, et ab ea, qua teneatur, sententia absolvat“. Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 300, ed. Giles II. 14, Migne 200 p. 485. – „Significatum est nobis“.

„ 20. | „ | 11401 (7623) Ludovicum, Francorum regem, hortatur, ut Girardum Puellam, errore deposito, in Galliam „venire permittat, et in regno suo, sicut consuesset, permanere“. Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 301, ed. Giles II. 138, Migne 200 p. 486. — „Significatum est nobis“.

„ 20. | „ | 11402 *Abbati S. Mariae Bibbonensi a sese consecrato bullam tribuit. Sarnelli Memorie de' vescovi di Benevento p. 98.

„ 20. | „ | 11403 Monasterii S. Mariae apud Mansium siti bona confirmat. Wiener Sitzungsber. XCIV. 668. — „Religiosam vitam eligentibus“.

„ 22. | „ | 11404 (7624) Henricum, Anglorum regem, dolet cum Thoma, archiepiscopo Cantuariensi, in gratiam nondum rediisse. Haec addit: „Duritiam tuam, sicut hactenus, contra iustitiam et salutem nostram, non duximus ulterius supportandam, nec praefato archiepiscopo os de cetero aliqua ratione claudemus, quin officii sui debitum libere prosequatur, et suam et ecclesiae suae iniuriam ecclesiasticae severitatis gladio ulciscatur“. Priorem de Monte-Dei et fratrem Bernardum de Corilo de sua voluntate latius exposituros. Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 632, ed. Giles II. 130, Migne 200 p. 486, (Mansi XXI. 890). — „Quam paterne et“.

„ 25. | „ | 11405 (7625) Simoni, priori de Monte-Dei, et Bernardo de Corilo mandat, ut ad Henricum, Anglorum regem „infra duos menses, si citra mare fuerit, insimul accedant, et eundem exhortentur, quod Thomam, archiepiscopum Cantuariensem, ad ecclesiam non differat revocare“, utque „litteras suas commonitorias eidem tradant“ (ep. 11404). Si rex audire eos noluerit „litteras suas comminatorias (— quae iam non exstant —) porrigi“ iubet, addique, se archiepiscopo „os de cetero nulla ratione clausurum, nisi rex ante initium proximae quadragesimae“ ad bonam frugem se receperit. Monet, ut haec „diligentius exsequantur, nisi (Anthelmus), Bellicensis episcopus, et prior Carthusiensis, ea, prout ipse illis mandaverit, exsequantur“. (Notas huius epistolae chronologicas contra Bouquetum XVI. 332 defendit Reuter II. 621 not. f., cf. ibid. p. 636 not. f. Epistola ap. Pflugk-Harttung Iter p. 808 eodem die locoque ac de eadem re ad eosdem data a nostra non diversa videtur, licet auctor Itineris expresse hoc contendat; cf. etiam Iter p. 60.) Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 627, ed. Giles II. 113, Migne 200 p. 487. — „Ad vestrae dilectionis“ („Perlatum est ad“).

(„) | „ | 11406 (7626) Rogerum, episcopum Wigorniensem, ad ecclesiam suam redire cupit. Addit de nunciis ad Henricum Anglorum regem missis; „quod si nos hac vice audire noluerit“ inquit „nos eum de cetero non sustinebimus, nec venerabili fratri nostro

1168. *(Ind. 1, pont. a. 9.—20. Sept.—10, 1167.—25. Mart.—1168.)*

		(Thomae, archiepiscopo Cantuariensi,) potestatem suam adimemus; quare constanter agas, schismaticus iam fere nullus remansit, in ipsius ecclesiae membris diu non poterunt scandala permanere". Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 667, ed. Giles II. 107, Migne 200 p. 488. — „Omnino nobis placeret".
Mai. 29.	Beneventi	11407 (7627) Offredo, electo Cremonensi, possessiones quasdam asserit. Sanclementii Ser. p. 296. — „Devotionis et fidei".
	(..)	11408 (7628) Thomae, archiepiscopo Cantuariensi, „commoto et turbato, quod rex Anglorum ei occasione litterarum, quas ipse illi transmiserit, incessanter insultet, et ab eius se glorietur iurisdictione subtractum", sic scribit, „si tenorem litterarum a principio usque ad finem legi fecisset, nihil profecto in eis reperiret, unde nobis aut tibi posset merito insultare". Addit haec: „regem nunciis et litteris a proposito suo paterne et benigne revocare volentes, quod tibi concessimus, nullatenus mutavimus, et in die tibi concessa potestatem tuam libere exercere tibi plenam concedimus facultatem". Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 652, ed. Giles II. 25, Migne 200 p. 489. — „Ex litteris tuis te".
	(..)	11409 (7629) Ludovico, Francorum regi, scribit eadem iisdem fere verbis, ut superiore ad Thomam archiepiscopum epistola. Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 693, ed. Giles II. 141, Migne 200 p. 490. — „Regiae serenitatis".
Iun. 5.	„	11410 Sententiam inter Hugonem abbatem fratresque S. Germani de Pratis Parisienses et Symonem de Aneto latam a Ludovico Francorum rege confirmat. Autogr. in tab. nat. Paris. L. 231. n. 32. (Ex chartular. S. Germani de Pratis f. 11 in tabular. nat. Paris. misit Delisle.) — „Iustis petentium desideriis".
„ 9.	„	11411 (7630) Monasterium Nonantulanum tuendum suscipit et eius bona ac privilegia, petente Alberto abbate, confirmat. Tiraboschi St. di Non. II. 284, Migne 200 p. 491. — „Apostolicae sedis".
„ 9.	„	11412 (7631) Monasterii Nonantulani libertatem confirmat. Tiraboschi St. di Non. II. 283, Migne 200 p. 493. — „Ea, quae auctoritate".
„ 12.	„	11413 (7632) Gand. Grat. Io. Hard. et ceteris monachis catholicis S. Prosperi Regini praecipit, ut Guidonem abbatem, qui „tectum monasterii, quod plumbeum erat, eruisse dicatur et in gulae voracitate illius precium dissipasse", qui praeterea „prius dampnate memorie Octaviano heresiarcho et demum Guidoni cremando (l. Cremensi) illud nefandissimum prestiterit iuramentum", removeant, aliumque abbatem eligant. Muratori Ant. It. VI. 225, Affarosi Mem. di S. Prosp. di Reggio I. 120, Migne 200 p. 495. — „(Ad noti)tiam nostram pervenit".
„ 19.	„	11414 Monasterii S. Felicis, iuxta castrum de Vada siti, possessiones et privilegia confirmat, bulla ad Bonum abbatem. Pflugk-Harttung Iter p. 267. — „Religiosam vitam".
Iul. 26.	„	11415 (7633) Iohannem episcopum et abbatem Catanensem consecrat pallioque ornat, et ecclesiae eius possessiones ac iura confirmat. Pirri Sic. sacr. I. 530, Acta SS. Febr. T. I. 656, Migne 200 p. 495. — „Sicut beatissimi".
Aug. 7.	„	11416 Ecclesiae S. Mariae de Urano protectionem suscipit et possessiones confirmat, petente P. procuratore ecclesiae. („Ex regesto noni anni Alex. III.") Mittarelli Ann. Cam. IV. app. p. 369, Horoy Med. aevi bibl. patr. II. Epist. Honor. III. p. 428. — „Susceptae dispensationis officium".
„ 27.	„	11417 (7634) (Hugoni) Suessionensi, (Roberto) Ambianensi et (Galtero) Laudunensi episcopis mandat, cogant Mathaeum, Philippi comitis fratrem, et M. quondam abbatissam, ut C(onstantiae) comitissae S. Egidii ablatum comitatum Boloniensem, quem ab Eustachio, quondam filio regis Stephani, „in dotalitium" acceperit, restituant. Nisi fecerint, excommunicari eos iubet. Martene Coll. II. 755, Bouquet Rec. XV. 867, Migne 200 p. 497. — „Dilecta in Christo".
„ 27.	„	11418 (7635) Henrico, archiepiscopo Remensi, se excusat, quod eius de (Andrea) episcopo Atrebatensi precibus non satisfecerit. Hortatur, ut suffraganeos benigne tractet, et b. Petri ecclesiarum libertatem servet. Significat, se de sorore eius Constantia, (comitissa S. Egidii) comitis Tolosani uxore, ad Suessionensem, Ambianensem, Laudunensem episcopos scripsisse. Paganum magistrum commendat. Baluzii Misc. III. 76, Martene Coll. II. 753, Bouquet Rec. XV. 866, Mansi XXI. 1066, Migne 200 p. 408. — „Cum significasses".

1168. *(Ind. 1, pont. a. 9. — 20. Sept. — 10, 1167. — 25. Mart. — 1168.)*

Sept. 12. Beneventi 11419 (7636) Monasterii SS. Felicis et Fortunati Vicentini bona et privilegia confirmat, petente Arnulpho abbate. Ughelli It. sacr. V. 1042, Margarini Bull. Cas. II. 183, Gloria Cod. dipl. Pad. II. 173, Migne 200 p. 499. — „Religiosam vitam".

Oct. 9. „ 11420 (7652) Henricum, Anglorum regem, hortatur, ne pergat „in Lincolniensi, Bathoniensi, Herefordensi episcopatibus vacantibus necnon in Bangoriensi et Lanelviensi (S. Asaph) liberam electionem prohibere". „Alioquin" inquit „manus b. Petri ac nostras a tuo non poterimus gravamine continere". Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 499, ed. Giles II. 124, Migne 200 p. 510, (Mansi XXI. 889, Haddan and Stubbs Councils I. 371). De tempore cf. Reuter II. 388. — „Quanto personam tuam" („Et quidem si").

Nov. 9. „ 11421 (7637) Monasterium S. Reparatae Marradinum tuendum suscipit eiusque bona et iura, petente Homodeo abbate, confirmat. Ughelli It. sacr. II. 499, Migne 200 p. 501. — „Quoties illud".

„ 29? „ 11422 *Ecclesiam S. Theodori tuendam suscipit, eiusque disciplinam secundum institutionem ordinis Mortariensis ac possessiones confirmat, bulla ad Bonifatium priorem. Pflugk-Harttung Iter p. 267.

Dec. 1. „ 11423 (7638) Ecclesiae Mortariensis tutelam suscipit, possessionesque et iura confirmat. Bull. Lat. p. 43. — „Quanto ecclesia".

„ 23. „ 11424 (7639) Ecclesiam SS. Hippolyti et Cassiani et S. Iohannis Baptistae Foscianensem tuendam suscipit, eiusque possessiones et privilegia confirmat, petente Iacobo plebano. Muratori Ant. It. VI. 423, Pacchi Ricerche ist. s. prov. d. Garfagnana App. p. 7, Migne 200 p. 502. — „Pia postulatio".

„ 30. „ 11425 (7640) Ecclesiam S. Petri Bononiensem tuendam suscipit et eius bona ac iura confirmat, Bonifacio archidiacono et Alberto archipresbytero petentibus. Savioli Ann. Bol. II. II. 7, Migne 200 p. 504. — „Effectum iusta postulantibus".

11426 Monasterium Cavense „eximit ab omni iugo et subiicit sedi Romanae". Ex cod. Vatic. 7927. Dedit b. m. Bethmann.

1168?

11427 (7641) Thomam, archiepiscopum Cantuariensem, hortatur, ut „quantum salvo honore officii sui et libertate ecclesiae fieri poterit, se ipsum Henrico Anglorum regi humiliet, et ad gratiam et amorem eius recuperandum modis omnibus enitatur, neque plus iusto de eo timeat, nec maiores, quam oporteat, securitates requirat". Epist. S. Thomae ed. Giles II. 19, ed. Lupus p. 455, Mansi XXI. 886, Migne 200 p. 505. — „Etsi adversitatum et".

11428 *Alberto archiepiscopo Salzburgensi mandat, ut Chun(radum) de Megilingen excommunicatum denuntiet. Vide Conradi Mog. ep. ap. Sudendorf II. 149.

1165—1169.

11429 (7642) Regi Scotiae Thomam, exsulantem archiepiscopum Cantuariensem, commendat. Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 89, ed. Giles II. 143, Migne 200 p. 506. — „Cum illius sincerissimae".

11430 (7643) Philippo, comiti Flandriae, Thomam, archiepiscopum Cantuariensem, commendat. Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 85, ed. Giles II. 145, Migne 200 p. 507. — „Quanto sincerissimae".

11431 (7644) Henrico comiti Thomam, archiepiscopum Cantuariensem, commendat. Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 90, ed. Giles II. 144, Migne 200 p. 507. — „Inter ceteras divinae".

11432 (7645) Iohanni, decano Aurelianensi, Ricardum, capellanum Thomae, archiepiscopi Cantuariensis, commendat. Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 90, ed. Giles II. 88. — „Dilectus filius noster".

11433 (7646) Abbati de Claro-Marisco commendat Thomae, archiepiscopi Cantuariensis, sororem et eius liberos. Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 91, ed. Giles II. 112, Migne 200 p. 508. — „Super beneficiis".

11434 (7647) (Stephano), episcopo Meldensi, et abbati S. Crispini mandat, hortentur Henricum, Anglorum regem, ut Thomae, archiepiscopo Cantuariensi, „et ecclesiae suae reditus et honores et possessiones ablatas postposita mora restituat et restitui

1165—1169.

faciat". Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 177, ed. Giles II. 102, Migne 200 p. 508. — „Devotionis ac sinceritatis".

11435 (7648) Cisterciensi et Pontiniacensi abbatibus et universis Cisterciensis ordinis fratribus interdicit, ne „R. fratri, quoniam (Thomas) Cantuariensis archiepiscopus eum in Angliam pro negotiis ecclesiae destinaverit, poenam infligant". Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 141, ed. Giles II. 111, Migne 200 p. 509. — „Ad audientiam nostram".

11436 (7649) Thomae, archiepiscopo Cantuariensi, respondet, (Henrici) episcopi Wintoniensis, ab Henrico Anglorum rege vexati, abdicationem irritam esse. Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 178, ed. Giles II. 10, Migne 200 p. 509. — „Curam et sollicitudinem".

1167—1169.

Sept. 10. Beneventi 11437 (7650) Abbati monachisque Vallis-laureae praecipit, ne archiepiscopo Tarraconensi, apostolicae sedis legato, neve episcopo Barcinonensi obediant, donec finium controversia disceptetur. Marca Marca Hisp. p. 1351, Aguirre Conc. V. 85, Mansi XXI. 1064, Villanueva Viage litter. XX. 253, Migne 200 p. 509. — „Quoniam super iure".

Oct. 5. „ 11438 (7651) Quibusdam mandat, ut controversiam inter Ricc. et abbatem S. Petri de Montibus, Morandum quoque et filium eius Girardum disceptent. Martene Coll. II. 760, Migne 200 p. 510. — „Causam, quae inter".

„ 9. „ 11439 Canonicorum Lingonensium ecclesias quasdam confirmat, petente Galtero episcopo. In bibl. nat. Paris. Cartular. Lingonensi ms. lat. 17100. s. XVIII. f. 7, (Neues Archiv VII. 98). — „Iustis petentium desideriis".

„ 9. „ 11440 C. abbatissam S. Mariae Theodotae (Papiensem) confirmat electam, postquam „D. a dampnate memorie Octaviano maledictam" G(aldinus) archiepiscopus Mediolanensis, ap. sed. legatus, deposuit. In tabular. Mediol. Ex schedis Iafféi: „VII. id. Oct.", (Wiener Sitzungsber. XCIV. 668: „VI. id. Oct."). — „Ex litteris".

„ 12. „ 11441 Amaurum, Hierosolymorum regem, „consideratione gratissimae devotionis et multiplicis obsequii, quod cives Ianuenses sibi in urgentis necessitatis articulo opportune satis et fideliter impenderint", hortatur, ut litteras aureas, Ianuensium in regno Hierosolymitano iura et consuetudines continentes, in temploque repositas, quas deleri iusserit, restituat, „ne occasione ista", inquit, „inter te et ipsos scandalum possit alicuius dissensionis emergere et tu eorum obsequium et devotionem amittas; quod tibi et regno tuo fore credimus valde damnosum". Hist. Patr. Mon. Lib. iur. Gen. I. 228. — „Dilecti filii nostri".

„ 13. „ 11442 Amauro, patriarchae Hierosolymitano, archiepiscopis, episcopis, abbatibus regni Hierosolymitani, magistro templi mandat, hortentur Amaurum regem de Ianuensium „litteris aureis reformandis et eorum iure et consuetudinibus conservandis". Hist. Patr. Mon. Lib. iur. Gen. I. 229. — „Dilecti filii nostri".

„ 28. „ 11443 Monasterii S. Benigni Divionensis parochianos ad officia quotidiana vel ad cimeterium templariorum, infra terminos parochiae commorantium, admitti vetat, nisi habitum eorum assumpserint. Pflugk-Harttung Acta I. 241. — „Quoniam dilecti filii".

„ 28. „ 11444 G(ualtero) episcopo Lingonensi bullam tribuit. Neues Archiv VII. 98. — „Ad commissi tibi".

Nov. 2. „ 11445 (7653) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, compellat clericum quemdam, ut quam „per violentiam laicalem" occupaverit, praebendam ecclesiae S. Germani de Montibus B. clerico restituat. Martene Coll. II. 760, Migne 200 p. 511. — „Veniens ad nos B."

„ 8. „ 11446 (7654) Rogero abbati et fratribus monasterii de Ibreio asserit decimas de Doching, ab Henrico, episcopo Wintoniensi, et Gilberto Londiniensi iis adiudicatas. Gilberti Foliot epist. ed. Giles II. 107, Migne 200 p. 512. — „Venerabiles fratres".

„ 9. „ 11447 (7655) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, compellat Giderum de Sarnai, ut occupatas ecclesiae Montis Falconis possessiones R(ichardo), electo Virdunensi, restituat. Martene Coll. II. 761, Bouquet Rec. XV. 869, Migne 200 p. 513. — „Et iniuncti nobis".

„ 11. „ 11448 (7656) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut Uldredi et Iohannis presbyterorum de ecclesia S. Mariae controversiam intra dies 15 decernat. Martene Coll. II. 761, Migne 200 p. 513. — „Significat nobis dilectus".

1167—1169.

Nov.	Beneventi	11449 Canonicorum S. Wilfridi Riponensium possessiones quasdam confirmat. (Dat.: „13. Id. Nov.") Memorials of Ripon I. 112, ubi perperam bulla Alexandro IV. ascribitur. — „Iustis petentium desideriis".
„ 12.	„	11450 (7657) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut Mainerium presbyterum ablatam Henrico paroeciam reddere cogat. Martene Coll. II. 762, Migne 200 p. 514. — „Lator praesentium Henricus".
„ 17.	„	11451 (7658) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, compellat (Guidonem), episcopum Catalaunensem, ut P. sacerdoti ablatam ecclesiam restituat. Martene Coll. II. 763, Migne 200 p. 515. — „Ex conquestione P."
„ 18.	„	11452 (7659) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, cogat S. Andreae de Castello et S. Sepulcri Cameracensis abbates et canonicos S. Gaugerici et Manassem de Ruminiaco, ut infirmis Cameracensibus ablatas decimas reddant. Martene Coll. II. 763, Bouquet Rec. XV. 869, Migne 200 p. 515. — „Etsi omnes teneamur".
„ 18.	„	11453 (7660) S. Andreae de Castello et S. Sepulcri abbatibus et canonicis S. Gaugerici de superiore epistola significat. Martene Coll. II. 764, Migne 200 p. 516. — „Conquesti sunt nobis".
„ 18.	„	11454 *Inter Bertrandum, archiepiscopum Burdigalensem, apost. sedis legatum, et Bertrandum abbatem S. Crucis factam super ecclesia Solacensi compositionem approbat. In bibl. nat. Paris. ms. lat. 13666. (Monast. Bened. IX.) fol. 154[b].
„ 19.	„	11455 (7661) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut Aegidium presbyterum de Monte Hunoldi, Hu. militem de Warch., alios, cum abbate et fratribus ecclesiae S. Martini Laudunensis litigantes, ad B(artholomaeum) Bellovacensem et (Balduinum) Noviomensem episcopos in ius adire cogat. Martene Coll. II. 765, Bouquet Rec. XV. 869, Migne 200 p. 517. — „In causis religiosorum".
„ 19.	„	11456 (7662) Henricum, archiepiscopum Remensem, hortatur, ut R. diaconum „ad aliquam ecclesiam intitulet". Martene Coll. II. 766, Migne 200 p. 517. — „Veniens ad nos R."
Dec. 1.	„	11457 (7663) Parthenoni Fontebraldensi asserit „donum quinquaginta librarum reditus super castrum Divionense, ab Eudone duce Burgundiae concessum". Vide Gall. Christ. II. 1319.
„ 3.	„	11458 Archiepiscopos et episcopos aliosque ecclesiarum praelatos hortatur, ut fratres militiae templi Hierosolymitani ab iniuriis parochianorum tueantur, qui oblationes seu elemosinas eis concessas auferre vel retinere praesumant. Prutz Malteser Urk. p. 40. — „Quantum ad defendendam".
„ 6.	„	11459 (7664) Universos archiepiscopos, episcopos, abbates, priores et alios ecclesiarum praelatos de tuendo monasterio Rivipullensi hortatur. Marca Marca Hisp. p. 1350, Aguirre Conc. V. 85, Mansi XXI. 1064, Migne 200 p. 518. — „Discretionis vestrae".
„ 6.	„	11460 (7665) Henrico, archiepiscopo Remensi, iam iterum mandat, compellat B. comitem de Henou, ut Amelio de Albiniaco ablatum feodum reddat. Martene Coll. II. 766, Bouquet Rec. XV. 870, Migne 200 p. 519. — „Per alia scripta".
„ 6.	„	11461 (7666) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, hortetur Iohannem de Machelcurt, ut conventionem cum Amelio factam exsequatur. Martene Coll. II. 767, Migne 200 p. 519; vide infra ep. 11483. — „Controversiam, quae inter".
„ 7.	„	11462 Fulcrando, praeposito Magalonensi, scribit, diiudicasse se controversiam inter eum et (Iohannem) eiusdem civitatis episcopum, de electione archidiaconi, ordinatione ecclesiarum aliisque ortam. Mém. de la soc. de Montpellier V. 527. — „Ex iniuncte nobis".
„ 7.	„	11463 (Iohanni) episcopo Magalonensi idem significat. („IIII. Id. Dec." mutavi in „VII. Id. Dec."; in duabus enim epistolis aut „IIII." aut „VII." legendum esse puto.) Mém. de la soc. de Montpellier V. 529. — „Ex iniuncte nobis".
„ 7.	„	11464 Guidoni S. Thomae, P. S. Mariae in Garda et R. S. Iohannis in Fontana sacerdotibus mandat, ut plebi de Medicina obediant. Pflugk-Harttung Iter p. 268. — „Dignum est et".
„ 8.	„	11465 (7667) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, nobilem virum Rainaldum de Roseto compellat, „ut Aegidio de Cimai dotalitium uxoris suae et cetera ablata restituat". Martene Coll. II. 767, Bouquet Rec. XV. 870, Migne 200 p. 520. — „Rediens Ierosolymis".

1167—1169.

Dec. 9. Beneventi 11466 Monasterii Rivipullensis honores, sine abbatis aut maiorum personarum assensu, vendi, dari vel pignori obligari vetat. In bibl. nat. Paris. Coll. Baluze t. 107. f. 200. — „Sicut officii nostri".

„ 10. „ 11467 (7668) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut excommunicationem a (Guidone), episcopo Catalaunensi, prolatam in Rolandum dissolvat, eiusdemque cum Ebruino litem decernat. Martene Coll. II. 768, Migne 200 p. 520. — „Latore praesentium".

„ 11. „ 11468 (7669) (Iohanni), episcopo Magalonensi, concedit, „ut si aliquis adversus praepositum, vel capitulum, seu quemlibet canonicum ecclesiae eius civilem causam habuerit, ad discretionis eius examen referatur, coram eo tractetur et definiatur; si vero de criminali quaestio mota fuerit, coram eis et capitulo ventiletur et debitum sortiatur effectum". Alia privilegia addit. In bibl. nat. Paris. ms. lat. 14688. f. 6^{b}, (Gariel Ser. I. 217, Migne 200 p. 521, ubi verba: „pontif. nostri a. 8" aliena manu addita sunt). — „Fratres et coepiscopos nostros" („Volentes tibi ius").

„ 11. „ 11469 Monasterio Tironiensi concessa ab Alano, filio quondam Iordani, Dolensis senescalci, locum et ecclesiam de Troncheto aliaque confirmat, petente Stephano abbate. Merlet Cart. de la Ste-Trin. de Tiron II. 90. — „Summi apostolatus officium".

„ 12. „ 11470 F(aramundum) episcopum, consules, clerum populumque Verulanum propter obsequium (Vitellio) diacono card. SS. Sergii et Bachi impensum laudat rogatque, ut eum, in Campaniam remissum, adiuvent. Pflugk-Harttung Acta II. 369. — „Licet in omnibus".

„ 13. „ 11471 F(ulcrando) praeposito et canonicis Magalonensibus de prioribus in eorum ecclesiis instituendis, de sigillo capituli aliisque scribit. Ceteras causas inter eos et (Iohannem) episcopum Magalonensem (Pontio) archiepiscopo Narbonensi terminandas se commisisse. Mém. de la soc. de Montpellier V. 529. — „Cum nuntii venerabilis".

„ 14. „ 11472 Concordiam inter capitulum Aurelianense et Rainaldum de Craciaco, mediante P(etro) archiepiscopo Bituricensi, factam confirmat. Loewenfeld Epistolae p. 139. — „Iniunctae nobis".

„ 14. „ 11473 (7670) Iohanni, episcopo Magalonensi, concedit, „ut ecclesia cum hospitali, noviter in Silva Galteri constructa, pure et absolute in eius dispositione consistat". (Perperam additum est „pont. nostri a. 8".) Gariel Ser. I. 216, Migne 200 p. 522, cf. Pflugk-Harttung Iter p. 82. — „Ad conservanda iura".

„ 16. „ 11474 (7671) Henrico, archiepiscopo Remensi, monasterium S. Dionysii commendat. Martene Coll. II. 769, Bouquet Rec. XV. 871, Migne 200 p. 522. — „Pontificalis officii debitum".

„ 19. „ 11475 (7672) Henrico, archiepiscopo Remensi, de disceptanda Iohannis et Uldredi presbyterorum controversia mandat. Martene Coll. II. 769, Migne 200 p. 523. — „Suggerente olim nobis".

„ 21. „ 11476 Canonicis Magalonensibus praecipit, ut (Fulcrando) ecclesiae praeposito obediant eique super temporalium administrationibus respondeant. Mém. de la soc. de Montpellier V. 533. — „Dignum est et".

„ 23. „ 11477 (7673) G(erardo) archiepiscopo Spalatino, legato apostolico, mandat, ut a Sebenicensibus ablata Guoffrido, Bonumiri Sipontini filio, bona restitui cogat. Farlati Ill. sacr. III. 190, Mon. Hung. hist. I. xi. 116, Migne 200 p. 524. Cf. etiam supra epist. 11361. — „E transmissa dilecti".

„ 23. „ 11478 (7674) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, compellat ducem de Louvain, ut fratribus hospitalis Hierosolymitani ablatam villam Benten restituat. Martene Coll. II. 771, Bouquet Rec. XV. 871, Migne 200 p. 524. — „Querelam fratrum hospitalis".

„ 23. „ 11479 Controversiam inter ecclesiam S. Stephani Divionensem et milites templi, qui in eorum fundo oratorium construxerant, diiudicat. Fyot Hist. de St.-Etienne de Dijon Pr. p. 300. — „Vobis coram nobis".

„ „ 11480 (7793) Iudicibus Velitrensibus praecipit, ut „cum aliqua causa super testamentis, ecclesiae relictis, ad eorum fuerit examen deducta, eam non secundum leges, sed secundum decretorum statuta tractent, et tribus aut duobus legitimis testibus sint contenti". (In Append. conc. Later. haec epistola ad primum registri librum perperam refertur.) Borgia Ist. di Velletri p. 240: „kal. Ian.", App. conc. Lat. L. 8, Comp. I. L. 3. t. 22. c. 10, Decr. Greg. L. III. t. 26. c. 11. Numerum vero ante

1167—1169.

„kal. Ian.“ positum fuisse, ex autographo docet Pflugk-Harttung Iter p. 161. — „Relatum est auribus“.

1168—1169.

Ian. 13.	Beneventi	11481 A D(esiderio) praeposito et canonicis Insulensibus factam institutionem, ut sacerdos quidam pro una praebenda ei collata missam de S. Maria quoque die celebret, confirmat. Pflugk-Harttung Acta I. 241. — „Significatum est nobis“.
Febr. 24.	„	11482 (7821) Thomae, archiepiscopo Cantuariensi, mandat, ut Owen, principem Walliae, qui suas „de consobrina, quam sicut uxorem tenere dicatur“, litteras non acceperit, et archidiaconum Bangor, qui scripta sua contempserit, ecclesiastica severitate puniat. Epist. S. Thomae ed. Giles II. 36, Haddan and Stubbs Councils I. 371, Migne 200 p. 633. — „Ad aures nostras pervenisse“.
„ 28.	„	11483 (7676) Henricum, archiepiscopum Remensem, hortatur, ne Iohanni de Malecicurt communionem reddat, donec Amelio de Albiniaco satisfecerit. Martene Coll. II. 786, Migne 200 p. 525; vide supra ep. 11461. — „Ex relatione Amelii“.
Mart. 7.	„	11484 (7677) Henricum, archiepiscopum Remensem, hortatur, ut Petro olim Iudaeo ablatam praebendam restituat. Martene Coll. II. 786, Migne 200 p. 526. — „Veniens ad nos Petrus“.
„ 9.	„	11485 (7680) Henrico, archiepiscopo Remensi, respondet, hortetur Drogonem, canonicum Hamensem, ut in monasterium revertatur; „licet enim“ inquit „regulares viros ad praelationes ecclesiasticas assumtos fuisse persaepe viderimus, numquam tamen legimus vel aliquando audivimus, quod de regulari canonico quisquam fuerit secularis effectus“. Martene Coll. II. 791, Migne 200 p. 528: „II. id. Mart.“, Marlot Metr. Rem. II. 396, Colliette Mém. du Vermand. II. 416, Bouquet Rec. XV. 859: „VII. id. Mart.“, id quod etiam legitur in chartul. cap. Noviom. in Arch. dép. de l'Oise in Beauvais, ut cum Iafféo communicavit Delisle. Fortasse vero sunt duo eiusdem epistolae exempla, quorum alterum ad 9. Mart., alterum ad 14. Mart. pertinet; vide infra. — „Devotionis et sinceritatis“.
„ 9.	„	11486 Drogonem, canonicum Hamensem, in monasterium redire iubet. Ex chartul. capit. Noviom. fol. 60 in Arch. dép. de l'Oise in Beauvais. Misit Delisle.
„ 9.	„	11487 Decano et canonicis Noviomensibus de Drogone, canonico Hamensi, scribit. Ex chartul. capit. Noviom. fol. 59 in Arch. dép. de l'Oise in Beauvais. Misit Delisle. — „Karissimus in Christo“.
„ 10.	„	11488 Monasterio S. Aegidii concessa a praedecessoribus suis privilegia confirmat. Addit, ut si quando comes Tolosanus aut terra eius interdicta fuerit, nulla ecclesiarum villae S. Aegidii a divinis officiis desistat, nisi forte comes vel milites eius praesentes fuerint. Goiffon Bull. de St.-Gilles p. 79. — „Dum diligenter“.
„ 12.	„	11489 (7678) Geraldo episcopo et consulibus et universo clero ac populo Tolosano significat, se, Ludovici Francorum regis precibus motum, Tolosam urbem ab interdicto liberasse. Catel Mém. du Languedoc p. 886, Bouquet Rec. XV. 860, Migne 200 p. 526. — „Dum fidei et“.
„ 12.	„	11490 (7679) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, iudicet inter militem quemdam et Hugonem servientem. Martene Coll. II. 788, Migne 200 p. 527. — „Significatum est nobis“.
„ 14.	„	11491 (7681) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, compellat W. de Carten., ut G. sacerdoti solidos 75 persolvat. Martene Coll. II. 791, Migne 200 p. 528. — „Conquestus est nobis“.
„ 14.	„	11492 Decano et canonicis Noviomensibus iterum de Drogone, canonico Hamensi, scribit. Ex chartul. capit. Noviom. fol. 173 in Arch. dép. de l'Oise in Beauvais. Misit Delisle. — „Karissimus in Christo“.
„ 15.	„	11493 Decanum et canonicos Noviomenses denuo de Drogone, canonico Hamensi, hortatur. Ex chartul. capit. Noviom. f. 173 in Arch. dép. de l'Oise in Beauvais. Misit Delisle. — „Sicut per alia“.
„ 15.	„	11494 (7683) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ne Iohannem clericum et ecclesiae Laudunensis canonicum privari hereditate patiatur. Martene Coll. II. 792, Migne 200 p. 529. — „Nihil est, quod“.
„ 17.	„	11495 (7684) Henricum, archiepiscopum Remensem, hortatur, ut Ha. sacerdoti beneficium impertiat. Martene Coll. II. 792, Migne 200 p. 529. — „Veniens ad nos H.“.

1168—1169.

Mart. 17. Beneventi 11496 (7685) (Miloni) episcopo Morinensi et abbati S. Quintini de Monte, mandat, ut R(icardo) S. Nicolai de Ribomonte et P. Humolariensem abbatem et abbatissam de Monasteriolo et G. militem de Brenoth in gratiam reconciliet. Martene Coll. II. 793, Migne 200 p. 530. — „Cum inter dilectos".

„ 20. „ 11497 (7686) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, hortetur E. sacerdotem de Monte Bunoldi et Hu. de Warch et G. de Chamelsi, cum fratribus S. Martini (Laudunensis) litigantes, ut (Roberti) Ambianensis et (Balduini) Noviomensis episcoporum iudicium subeant. Martene Coll. II. 795, Migne 200 p. 531. — „Ex parte dilectorum".

„ 21. „ 11498 Hugoni abbati et fratribus S. Vincentii Silvanectensibus asserit possessiones quasdam, a b. m. Hu(gone) archiepiscopo Rotomagensi et Rob(erto) quondam episcopo Atrebatensi donatas. In bibl. nat. Paris. Coll. Moreau t. 75. f. 88. — „Iustis petentium desideriis".

„ 22. „ 11499 (7687) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut Willelmo, decano Suessionensi, praebendam quandam, vel invito Hugone episcopo, assignet. Martene Coll. II. 795, Bouquet Rec. XV. 874, Migne 200 p. 531. — „Dilectus filius noster".

(„) („) 11500 (7688) (Hugonem), episcopum Suessionensem, de superiore epistola certiorem facit. Martene Coll. II. 796, Bouquet Rec. XV. 874, Migne 200 p. 532. — „Ex relatione dilecti".

„ 22. „ 11501 (7689) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, compellat presbyterum de Basauchis et Castellana ac filium eius Nicolaum, ut Alberto sacerdoti „de iniuriis irrogatis satisfaciant, et illata damna resarciant". Martene Coll. II. 797, Migne 200 p. 532. — „Lator praesentium Albertus".

„ 22. „ 11502 (7690) Alberto sacerdoti ecclesiam S. Remigii de Augeio cum capella de Cersolio asserit. Martene Coll. II. 798, Migne 200 p. 533. — „Iustis petentium desideriis".

„ 23. „ 11503 (7691) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, hortetur abbatem et fratres Branenses, ut B. presbytero libras 20 Proviniensium restituant. Martene Coll. II. 799, Migne 200 p. 533. — „Conquestus est nobis".

„ 23. „ 11504 I(ohanni) abbati et fratribus S. Iohannis de Vineis Suessionensis indulget, „ne quis parochianos eorum ad sepulturam recipiat, nisi salva iustitia illarum ecclesiarum, de quibus mortuorum corpora assumantur". Chartul. S. Iohannis de Vineis s. XIII. ms. lat. 11004. f. 12 in bibl. nat. Paris. — „Quoniam ex iniuncto".

„ 23. „ 11505 (7692) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, cogat G. et eius servientes, ut ecclesiam S. Iohannis de Vineis vexare desinant. Martene Coll. II. 799, Migne 200 p. 534. — „Ad audientiam nostram".

„ 28. „ 11506 (7693) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, compellat canonicos de Monte, ut Her. latori huius epistolae ablata restituat. Martene Coll. II. 800, Migne 200 p. 534. — „Lator praesentium Her.".

„ 29. „ 11507 (Guillelmo) episcopo Maurianensi praeposituram ecclesiae S. Iohannis asserit. Mém. de l'ac. imp. de Savoie, Docum. II. 27, teste Chevalier Doc. inéd. rel. au Dauphiné II. livr. III. 194 inter additamenta.

„ 31. „ 11508 (7694) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ne decanum et canonicos Suessionenses, quoniam sedem apostolicam adierint, ab (Hugone) episcopo affici iniuriis sinat. Martene Coll. II. 800, Bouquet Rec. XV. 875, Migne 200 p. 535. — „Cum universis in".

„ 31. „ 11509 (7695) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut R. praecentori ecclesiae Suessionensis altare, quod (Hugo) episcopus ei abstulerit, reddat. Martene Coll. II. 801, Bouquet Rec. XV. 875, Migne 200 p. 535. — „Cum dilectus filius".

„ 31. „ 11510 (7696) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, compellat Iosbertum de Monte et Petrum de Nantolio, ut erepta Radulpho de Cuphies restituant. Martene Coll. II. 802, Migne 200 p. 536. — „Conquestionem Radulphi".

„ 31. „ 11511 (7697) Abbatissae et sororibus Burburgensibus addicit capellaniam, Manassi presbytero abiudicatam. Martene Coll. II. 802, Migne 200 p. 537. — „Cum dilectus filius".

„ 31. „ 11512 (7698) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, hortetur abbatem fratresque Praemonstratenses, ut nobili viro A. de Villers ablatos agros restituant. Martene Coll. II. 805, Migne 200 p. 537. — „Ex transmissa nobis".

1168—1169.

Apr. 1. Beneventi 11513 (Stephano) episcopo Meldensi mandat, moneat Hu. de Vallecogrinosa et Simonem militem, ne monasterium Latiniacense super villa quadam et redditibus quibusdam iniuriis afficiant. Loewenfeld Epistolae p. 139. — „Dilectus filius noster".

„ 3. „ 11514 (7699) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, moneat canonicos Laudunenses, ut P. canonico „expensas necessarias, quas de mandato eorum ad sedem apostolicam veniendo fecerit, restaurent". Martene Coll. II. 805, Migne 200 p. 537. — „Aequum et rationabile".

„ 4. „ 11515 (7700) Statuit, „ut qui in ecclesia Carnotensi de cetero canonicandi fuerint et ibidem mansionarii non extiterint, XL solidos tantum de singulis annis percipiant". Theodori Poenitentiale II. 429, Lépinois et Merlet Cartul. I. 177, Migne 200 p. 538. — „Sicut scriptum".

„ 5. „ 11516 (7701) Canonicis Spalatinis permittit, ut canonicus quidam, ecclesia propria privatus quod propter capitis dolorem in ecclesia semel non legisset, in pristinum restituatur. Farlati Ill. sacr. III. 191, Mon. Hung. hist. I. xi. 118. — „Litteras, quas".

„ 5. „ 11517 Monasterii Quadragintensis, „propter gravissimam persecutionem basculorum et brabantionum vehementer attriti", possessiones pignori supponi vel quolibet titulo, nisi meliorandi causa, alienari vetat. Loewenfeld Epistolae p. 140. — „Cura et sollicitudo".

„ 5. „ 11518 (7702) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, compellat Gauses Mauceriensem et monachos de Novicis, ne canonicis Braguensibus reditum de March auferant. Martene Coll. II. 806, Migne 200 p. 538. — „Notum sit fraternitati".

„ 7. „ 11519 (7703) Abbatem S. Remigii Remensem hortatur, ut Walando clerico „in scholis Parisius liberaliter et honeste provideat et beneficium ipsum per duo convenientia tempora anni ei faciat commode assignari". Martene Coll. II. 807, Bouquet Rec. XV. 861, Migne 200 p. 539. — „Invitat nos et".

„ 11. „ 11520 (7704) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut abbatissam Burburgensem „canonica disciplina corripiat, quod iuvenes capellanos affectat habere". Martene Coll. II. 807, Migne 200 p. 539. — „Venit ad apostolicae".

„ 11. „ 11521 (7705) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, compellat decanum S. Laurentii de Roseto, „ut assiduam in ecclesia faciat mansionem, vel decanatum omnino dimittat". Martene Coll. II. 808, Migne 200 p. 540. — „Significatum est nobis".

„ 11. „ 11522 Guillelmo, episcopo Carnotensi, ecclesiam S. Mauritii asserit. Lépinois et Merlet Cartul. de N.-D. de Chartres I. 178. — „Ex tenore litterarum".

„ 12. „ 11523 In paroeciis ecclesiarum monasterii S. Germani de Pratis Parisiensis oratoria, capellas, ecclesias, coemeteria iniussu episcopi dioecesani monachorumque fieri vetat. Ex chartular. S. Germ. de Pr. s. XII. LL. 1024. f. 13 in tabul. nat. Paris. Misit Delisle. — „Cum illius".

„ 12. „ 11524 (7706) Petro abbati et fratribus Vallis-laureae permittit, si ante festum assumptionis (15. Aug.) archiepiscopi Tarraconensis et episcopi Barcinonensis de finibus controversia non dirimatur, in fundum ab episcopo Barcinonensi oblatum transmigrent. Marca Marca Hisp. p. 1351, Aguirre Conc. V. 85, Mansi XXI. 1063, Villanueva Viage litter. XX. 252, Migne 200 p. 540. — „Ex litteris dilecti".

„ 12. „ 11525 (7707) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut aut inter abbatem S. Petri Catalaunensis et Walterum clericum iudicium intra dies 30 faciat, aut episcopi Ambianensis arbitrio causam permittat. Martene Coll. II. 808, Migne 200 p. 541. — „Ex tenore quarumdam".

„ 23. „ 11526 (7708) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, compellat Hu. burgensem et M. uxorem eius, ut G. clerico ablatam domum reddant. Martene Coll. II. 809, Migne 200 p. 541. — „Querelam G."

„ 28. „ 11527 (7152) W(altero) episcopo Albanensi, vicario suo, (al. archiepiscopo Bituricensi) scribit de poenitentia N. clerico iniungenda, ac de „adolescente, qui mulierem cognoverit et filiam eius post sibi copulaverit". (In App. conc. Lat. haec epistola perperam ad Registri libr. II. refertur. Diem locumque ex cod. Friburgensi praebet Friedberg.) App. conc. Lat. L. 3. 4, Coll. Cass. XXIV. 6, Comp. I. L. 1. t. 6. c. 5, L. 4. t. 13. c. 4, Decr. Greg. L. I. t. 11. c. 4, Migne 200 p. 97. — „Ex tuarum litterarum" „Ex tenore tuarum" „De adolescente, qui" „De illo, qui mulierem".

„ 29. „ 11528 (7709) Henricum, archiepiscopum Remensem, constituit iudicem inter G. Siclinensis

		1168—1169.
		ecclesiae canonicum et Galterium magistrum. Martene Coll. II. 809. Migne 200 p. 542. — „Causam, quae inter".
Apr. 30.	Beneventi	11529 (7710) (Roberto) Ambianensi et (Stephano) Meldensi episcopis mandat, ut Henrici, filii Roberti comitis, fratris Ludovici Francorum regis, et Bald. canonici de Noviomensis ecclesiae cancellaria controversiam decernat. Martene Coll. II. 810, Bouquet Rec. XV. 861, Migne 200 p. 542. — „Ex parte Henrici".
Mai. 10.	„	11530 (7711) Monasterii S. Benedicti super Padum privilegia quaedam confirmat. Cornelii Eccl. Ven. X. IV. 203, Speronio Ser. Adr. ep. p. 76, (Gloria Cod. dipl. Padov. II. 169). — „Sicut ex quodam".
„ 10.	„	11531 Sententiam inter monasterium S. Petri de Villa-nova et Ugonem, archipresbyterum S. Bonifatii, latam a P(etro) Castellanensi ac G(erardo) Paduano episcopis et R(ainerio) abbate S. Benedicti super Padum, confirmat. Wiener Sitzungsber. XCIV. 669, Pflugk-Harttung Iter p. 268. — „Cum pro causa".
„ 11.	„	11532 (7712) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat de investigandis puniendisque iis, qui Garini Blanci in Apuliam profecti „domum de nocte intrantes uxorem et filium eius occiderint, et res ipsius et uxoris clam rapientes, domum incendio concremarint". Martene Coll. II. 810, Migne 200 p. 543. — „Horrendum et immensum".
„ 13.	„	11533 (Martino) abbati et fratribus S. Vedasti concedit, ne quis in eorum fundo ecclesiam construere praesumat. De capellanis addit. Guimann Cart. de S.-Vaast d'Arras p. 86 et 158. — „Ad commodum et".
„ 16.	„	11534 (Adelbertum) Nemausensem et (Bernardum) Biterrensem ac abbatem S. Aegidii iudices constituit inter (Fulcrandum) praepositum et priorem ecclesiae Magalonensis, de loci iurisdictione litigantes. Mém. de la soc. de Montpellier V. 533. — „Causam quae inter".
„ 16.	„	11535 (Iohanni) episcopo Magalonensi interdicit, ne ecclesiae suae praepositum excommunicare audeat, neu impediat sacristam Magalonensem, in ecclesia S. Mariae de Villanova chorum et antechorum cum volta aedificare volentem. Mém. de la soc. de Montpellier V. 524. — „Devotionis et fidei".
„ 16.	„	11536 F(ulcrando) praeposito et canonicis Magalonensibus de prioribus et dispensatoribus in eorum ecclesiis instituendis, de sigillo capituli aliisque scribit. Ceteras causas inter eos et (Iohannem) episcopum Magalonensem terminandas se commisisse (Adelberto) Nemausensi et (Bernardo) Biterrensi episcopis ac abbati S. Aegidii. (Pro „XVIII. kal. Iun." leg. „XVII. kal. Iun.".) Mém. de la soc. de Montpellier V. 529. — „Cum venerabilis fratris".
„ 19.	„	11537 Monasterio Gorgonensi donatam anno 1126 a Theobaldo, episcopo Marianensi, ecclesiam S. Mariae de Chiapella confirmat. Pflugk-Harttung Iter p. 268.
„ 19.	„	11538 Ecclesiae S. Leonardi in Lamavolari factam a Rainaldo de Nonanta concessionem confirmat. Pflugk-Harttung Iter p. 269. — „Officii nostri".
„ 25.	„	11539 Clericis Sipontinis scribit haec: „Quoniam ecclesia vestra et ecclesia Montis Gargani una sedes esse consuevit et eiusdem clerici curiam (Willelmi), illustris Siciliae regis, pro nuntianda pastoris sui morte adire disponunt, universitati vestre . . . mandamus, quatinus una cum eis ad iam dictam curiam accedatis et commune negotium communiter peragere studeatis. Indignum enim esset si utraque prescriptarum ecclesiarum proprium episcopum peteret aut alicuius inter vos scandali vel dissensionis scintilla comparere deberet". (Legitur super porta ecclesiae S. Michaelis in Monte Gargano. Suspectam habet tabulam Ughelli It. sacr. VII. 845; cui canonicorum controversiam apud Innoc. III. Epist. ed. Baluzius I. 632, ap. Migne 214 p. 1000 memoratam perscrutatus assentire nequeo.) Schulz Denkmäler I. 236. — „Quoniam ecclesia vestra".
„ 26.	„	11540 Gui(doni) episcopo et capitulo Catalaunensi mandat, ut parochianos ecclesiae S. Trinitatis, qui in ea sepulturam elegerint, sepeliri ibidem sinant. Pflugk-Harttung Acta I. 242. — „Decet vos universis".
„ 30.	„	11541 Ad canonicos S. Trinitatis Catalaunensis litteras dirigit. Neues Archiv VII. 99. — „Ex litteris".
„ 30.	„	11542 (7715) O. abbati Ursicampi et F. decano Remensi scribit de fratrum duorum, quorum uxores sint consanguineae, non dirimendis matrimoniis, „quoniam tolerabilius est" inquit „esse coniunctos contra hominum statuta, quam quod Deus coniunxit

1168—1169.

separare". Martene Coll. II. 812, Mansi XXI. 1076, Migne 200 p. 544. — „Ad audientiam nostram".

Iun. 1. Beneventi 11543 (7716) Chaialisio comiti ceterisque Phariensis insulae nobilibus sub excommunicationis poena imperat, ut Martinum episcopum, senectute confectum, iusto debitoque honore prosequantur. Farlati Ill. sacr. IV. 242, Migne 200 p. 545. — „Insinuatum nobis esse".

„ 2. „ 11544 (7717) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, compellat Angult. de Aiteio, ut Lod. de Buren, Hierosolymam ituro, de homine eius interfecto satisfaciat. Martene Coll. II. 813, Migne 200 p. 546. — „Ex relatione nobilis".

„ 2. „ 11545 Iohanni, episcopo Magalonensi, monasteria S. Genesii et S. Felicis disponenda tradit. In bibl. nat. Paris. ms. lat. 14688. f. 69. — „Officii nostri debitum".

„ 3. „ 11546 (7718) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, cogat Henricum de Magnoprato, ut quae Aprili de Manso Hierosolymam profecturo abstulerit, restituat. Martene Coll. II. 813, Bouquet Rec. XV. 862, Migne 200 p. 546. — „Ex relatione nobilis".

„ 3. „ 11547 (7719) Henrici, archiepiscopi Remensis, arbitrio causam Gaufridi clerici Ambianensis permittit. Martene Coll. II. 814, Migne 200 p. 547. — „Constitutus in praesentia".

„ 4. „ 11548 (7720) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ne ecclesiam Wistri a canonicis S. Symphoriani Berengario clerico concessam per abbatem auferri patiatur. Martene Coll. II. 815, Migne 200 p. 547. — „Ex parte canonicorum".

„ 7. „ 11549 (Fulcrando) praeposito et capitulo Magalonensi praecipit, ne canonicos, quibus licitum sit in causis ecclesiasticis, etiam in secularibus advocatione fungi patiantur. Mém. de la soc. de Montpellier V. 534. — „Ad audientiam nostram".

„ 12. „ 11550 (7721) Canonicis Pisanis significat, V. et M. presbyteros, qui „Malincasam" (i. e. Benincasam) reliquissent, excommunicatione solutos esse, sed Villano communionem non esse redditam. Ughelli It. sacr. III. 403, Mittarelli Ann. Cam. IV. app. p. 27, Migne 200 p. 548. De tempore vide Reuter II. 269. — „Ex litteris dilectorum".

„ 16. „ 11551 (7722) Henrico, archiepiscopo Remensi, scribit de Hugonis militis uxore, auctoribus falsis testibus dimissa, viro reddenda. Martene Coll. II. 815, Migne 200 p. 549. — „Ex tenore quarumdam".

„ 18. „ 11552 (7723) Roberto, ecclesiae Catalaunensis archidiacono, et abbati S. Memmii mandat, iudicent inter Milonem clericum et Herbertum ecclesiae S. Mariae custodem. Martene Coll. II. 816, Migne 200 p. 549. — „Significatum est nobis".

„ 22. „ 11553 (7724) Henrico, archiepiscopo Remensi, scribit, ut eos, qui ecclesiae Braguensis, fratribus Silvae-maioris subiectae, praeposituram praebendasque abstulerint, nisi commoniti ab episcopo Suessionensi et abbate S. Remigii ablata restituerint, excommunicet. Martene Coll. II. 818, Bouquet Rec. XV. 862, Migne 200 p. 550. — „Dilecti filii nostri".

„ 22. „ 11554 Monasterii Silvae-maioris possessiones quasdam confirmat. Annuaire-bullet. de la soc. de l'hist. de France 1867. II. Part. p. 12. — „Iustis petentium desideriis".

„ 27. „ 11555 Canonicis Morinensibus privilegium de decima Gravisculturae dat. (Huius bullae 16 lineae iam legi nequeunt.) Duchet et Giry Cart. de Térouane p. 32. — „Iustis petentium desideriis".

„ „ 11556 (Miloni episcopo Morinensi) de novalibus privilegium tribuit. (Bulla lacunam linearum 15 continet.) Duchet et Giry Cart. de Torouane p. 36. — „ . . . . . quis autem attemptare".

„ 30. „ 11557 Capituli Aurelianensis statutum, ut nullus canonicorum, nisi fuerit in ecclesiae servitio assiduus, de beneficiis ultra 25 solidos annuatim recipiat, confirmat. Loewenfeld Epistolae p. 141. — „Pro ecclesiarum".

Iul. 10. „ 11558 (7725) Compositionem inter Dominicum et Heimardum atque Theodericum et filium eius a Rod(ulpho) episcopo Ferentinensi factam confirmat. Martene Coll. II. 745, Migne 200 p. 551. — „Cum inter vos et".

„ 12. „ 11559 (7714) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, compellat canonicos Arienses, ut monasterio S. Vedasti, quod Philippus comes Flandrensis abstulerit, caput b. Iacobi restituant. Guimann Cart. de S.-Vaast d'Arras p. 136, Revue des soc. sav. V. sér. VII. 544: „IIII. Id. Iul.", Martene Coll. II. 811, Bouquet Rec. XV. 861, Migne 200 p. 544: „VII. kal. Iun.". — „Perlatum est ad".

„ 13. „ 11560 Roberto praeposito et canonicis Ariensibus praecipit, ut monasterio S. Vedasti,

1168—1169.

quod Philippus comes Flandrensis abstulerit, caput b. Iacobi restituant. Nisi fecerint, ab Henrico archiepiscopo Remensi excommunicatum iri. Guimann Cart. de S.-Vaast d'Arras p. 137, Revue des soc. sav. V. sér. VII. 544. — „Perlatum est ad".

Iul. 13.? | Beneventi | 11561 Philippum comitem Flandrensem hortatur, ut monasterio b. Vedasti ablatas S. Iacobi reliquias restituat. Nisi fecerit, mandasse se Henrico archiepiscopo Remensi, ut ecclesiam, in qua illae reliquiae reconditae sint, interdicat. Guimann Cart. de S.-Vaast d'Arras p. 138: „. . . id. Iul.", Revue des soc. sav. V. sér. VII. 545: „id. Iul.". — „Pervenit ad nos".

„ 14. | „ | 11562 (7726) Henrico, archiepiscopo Remensi, iam iterum praecipit, compellat canonicos Praemonstratenses „ad observandam sententiam, quam piae memoriae B(alduinus) quondam Noviomensis episcopus super controversia inter eos et canonicos Hamensis ecclesiae protulerit". Martene Coll. II. 746, Bouquet Rec. XV. 864, Migne 200 p. 552. — „Quia confidimus plurimum".

„ 15. | „ | 11563 (7727) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, hortetur Philippum, comitem Flandrensem, ut monasterio S. Vedasti ablatas S. Iacobi reliquias restituat. (Non est, cur hanc epistolam suspectam diiudicemus; id quod fecit Morand in Revue des soc. sav. V. sér. VII. 541.) Martene Coll. II. 747, Bouquet Rec. XV. 864, Migne 200 p. 553. — „Significatum nobis est".

„ 15. | „ | 11564 (Milonis) episcopi Morinensis, (ab Henrico Remensi) „levi de causa" (excommunicati?), patrocinium suscipit eumque a praedicto archiepiscopo sine consensu omnium suffraganeorum suspendi vel interdici aut excommunicari vetat. (Bulla mutila.) Duchet et Giry Cart. de Térouane p. 35. — „Manifestis rationibus".

„ 16. | „ | 11565 Rainaldo abbati et fratribus Hamensibus decimas villae Gunnocurt, a B(alduino) quondam episcopo Noviomensi concessas et ab Henrico archiepiscopo Remensi firmatas asserit. (Prima bullae verba, mendum continere videntur.) In bibl. nat. Paris. Coll. Moreau t. 76. f. 112. — „Iusta petentibus fidelibus".

„ 20. | „ | 11566 (7728) Decano et capitulo Parisiensi praecipit, ut Philippum, (Stephani) episcopi Meldensis nepotem, canonicum Parisiensem, de praebenda quadam investiant. Duchesne H. Fr. SS. IV. 758, Bouquet Rec. XV. 878, Mansi XXI. 1031, Migne 200 p. 553. — „Quantum venerabili fratri".

„ 30. | „ | 11567 (7729) Henricum, archiepiscopum Remensem, monet, ne Milonem de Thebio eiusque filium eleemosyna quadam privari sinat. Martene Coll. II. 751, Migne 200 p. 554. — „Ex transmissa nobis".

Aug. 5. | „ | 11568 (7730) P(etro) priori et universo ecclesiae Domini Sepulcri Hierosolymitani conventui scribit, A(malricum) patriarcham atque A(malricum) regem non debere impediri, quominus ecclesiae Ioppensi „dignitatem cathedralem et cetera, quae paganorum iamdudum violentia et occupatione perdiderat, oportunitate nunc habita, reddant". Attamen admonitum a sese patriarcham esse, ut „dignam honestamque iis recompensationem inveniat". Rozière Cartulaire du saint sépulcre p. 291, Migne 200 p. 554. — „Litteras devotionis".

„ 11. | „ | 11569 (7731) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, iudicet inter Fulconem de villa Aleran et Milonem super terra quadam certantes. Martene Coll. II. 752, Migne 200 p. 555. — „Causam, quae inter".

„ 12. | „ | 11570 Canonicis Patavinis nuntiat, sese controversiam eorum cum canonicis montis Silicani super decimis quibusdam episcopo Veronensi commisisse. Mandat, ut evocati eius praesentiam adeant. Gloria Cod. dipl. Padov. II. 171. — „Causam que inter".

„ 15. | „ | 11571 (7732) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, compellat ducem de Lovain, ut villam de Bechehem, ab Henrico, quondam episcopo Leodiensi, fratribus hospitalis Hierosolymitani assertam, quam iis abstulerit, reddat. Martene Coll. II. 752, Bouquet Rec. XV. 865, Migne 200 p. 556. — „Ex transmissa nobis".

„ 27. | „ | 11572 (7733) Canonicos Pisanos propter schismatis oppugnationem collaudat, monetque, studeant, ut „Malincasa" (Benincasa) expellatur, Villanusque archiepiscopus revocetur. Qui cum schismaticis communicent, eos ipsos schismaticos habendos esse. Dolet archiepiscopum de quibusdam lenius iudicasse. Ughelli It. sacr. III. 402, Migne 200 p. 556. — „Litteras devotionis".

„ 28. | „ | 11573 (7734) Ugoni, archiepiscopo Ianuensi, monasterium Gallinariae insulae concedit. Ughelli It. sacr. IV. 871, Migne 200 p. 557. — „Nulli amplius".

1168—1169.

„ 19.	„	11896 Alfano, archiepiscopo Capuano, in perpetuum subiicit parthenonem S. Mariae Capuanum, cuius abbatissam, nomine Mathiam (?), scribit falsis Zachariae Leonisque paparum bullis probare libertatem suam tentasse. Iannelli Chiesa di Capua

1171. *(Ind. 4. — 25. Sept. — 5, pont. a. 12. — 20. Sept. — 13, 1170. — 25. Mart. — 1171.)*

		p. 311: „XIII. kal. Iul.“, Granata Stor. sacr. di Capua II. 138: „III. kal. Iul.“, (Epist. Innocentii III. ed. Baluzius II. 197, ed. Migne 215 p. 1410). — „Officii nostri debito“.
Iun. 24.	Tusculani	11897 (7956) Herberto (de Boseham) magistro significat, se Alberto tit. S. Laurentii in Lucina et Theodwino tit. S. Vitalis presbyteris cardinalibus, apostolicae sedis legatis, mandasse, ut ei „et aliis clericis ac laicis Thomae, quondam archiepiscopi Cantuariensis, gratiam et pacem Henrici regis Anglorum acquirant, et eos faciant reduci“. Hereberti de Boseham Opp. ed. Giles II. 303, Migne 200 p. 730. — „Devotionis tuae litteras“.
Iul. 15.	„	11898 (7957) Archidiaconum, decanum, et clericos de Notinghamsyre hortatur, ut ecclesiae Southwellensis iura conservent. Mon. Anglic. III. app. p. 11, nov. ed. VIII. 1314, Migne 200 p. 731. — „Cum suscepti regiminis“.
„ 28.	„	11899 (7958) Ecclesiae S. Mariae Southwellensis protectionem suscipit, bonaque ac privilegia confirmat. Monast. Anglic. III. app. p. 10, nov. ed. VIII. 1313, Migne 200 p. 732. — „Ad hoc sumus“.
„ 28.	„	11900 (7959) Monasterium S. Mariae Morimundense tuendum suscipit et eius bona ac iura, petente Iacobo abbate, confirmat. Ughelli It. sacr. IV. 146, Migne 200 p. 734. — „Religiosam vitam“.
Aug. 20.	„	11901 (7960) Robertum episcopum et abbatem Catanensem pallio ornat, ecclesiaeque iura confirmat. Acta SS. Febr. T. I. 656, (Pirri Sic. sacr. I. 531). — „Sicut beatissimi“.
„ 29.	„	11902 (8139) Monachis Corbeiensibus (d. Ambian.) mandat, ut legatos mittant, qui monasterii libertatem contra archiepiscopum Remensem defendant. Gall. Chr. X. Instr. p. 318, Bouquet Rec. XV. 926, Migne 200 p. 847. — „Cum bonae“.
Sept. 6.	„	11903 Monasterii S. Petri Corbeiensis protectionem suscipit, possessionesque et privilegia, rogatu Iohannis abbatis, confirmat, imposito fratribus unciae auri censu annuo. In bibl. nat. Paris. Cartul. noir de Corbie ms. lat. 17758. s. XIII. f. 226^b, Cartul. blanc ms. lat. 17759. s. XIII—XIV. f. 13^b. — „Apostolicae sedis auctoritate“.
„ 7.	„	11904 Fratribus Corbeiensibus indulget, ut si quis propter monasterii libertatem quaestionem in eos moverit, nulli nisi Romano pontifici vel legato eius respondere teneantur. In bibl. nat. Paris. Cart. noir. l. l. f. 229, Cart. blanc l. l. f. 32^b, Coll. Grenier t. 53. f. 94. — „Illa loca“.
„ 7.	„	11905 Fratribus de Clerfay (Clerfagetum) praecipit, ne in fundo monasterii Corbeiensis edificium construant, utque fratribus ablatam decimam restituant. In bibl. nat. Paris. Cart. de Corbie ms. lat. 17761. s. XV. f. 29. — „Ex transmissa conquestione“.
„ 11.	„	11906 (8148) Monachis Corbeiensibus significat, se Henrico, archiepiscopo Remensi, praecepisse, ut iniuriis in monasterium desisteret. Gall. Chr. X. Instr. p. 318, Bouquet Rec. XV. 927, Migne 200 p. 861. — „Illis ecclesiis“.
Oct. 22.	„	11907 (7961) Canonicis ecclesiae Pratensis capellam S. Iacobi asserit. Ughelli It. sacr. III. 333. — „Quemadmodum aequitatis“.
„ 23.	„	11908 (7962) (Rotrodo), archiepiscopo Rotomagensi, et (Theobaldo), episcopo Ambianensi, mandat, ut „in confinio terrae regis Francorum et regis Angliae, in marchia videlicet, Rogerum, archiepiscopum Eboracensem, (cui Fredericus, dictus imperator et persecutor ecclesiae noluerit, quod ad ipsum posset venire, securitatem praestare) convocent, qui iuret, quod pravas illas consuetudines nec iuramento, nec fide data, seu scripto firmaverit, neque regem provocaverit propter quod Thomas archiepiscopus Cantuariensis occisus fuerit, neque litteras, quibus, ne filio regis coronam imponeret, praecipiebatur, receperit“. Haec iuratum archiepiscopum restitui in integrum iubet. Epist. S. Thomae ed. Giles II. 65, ed. Lupus p. 868, Migne 200 p. 735. — „Et ipsa loci vicinitas“.
(„)	(„)	11909 (7963) Rotrodo, archiepiscopo Rotomagensi, et (Theobaldo), episcopo Ambinianensi, scribit, „nolle se, ut alias Eboracensis archiepiscopus, licet aliter a se debere fieri postulaverit, innocentiam demonstret, quam ut ei, si hoc fecerit in cismarinis partibus, liceat officium suum exercere“. Epist. S. Thomae ed. Giles II. 67, ed. Lupus p. 870, Migne 200 p. 737. — „Quia nonnunquam evenit“.
Nov. 19.	„	11910 (7964) Ecclesiam SS. quadraginta martyrum Tarvisinam tuendam suscipit eiusque possessiones et privilegia confirmat. Bull. Lat. p. 46. — „Religiosam vitam“.
„ 28.	„	11911 (7965) Monasterii Camberonensis protectionem suscipit, bonaque ac privilegia confirmat, petente Daniele abbate. Miraei Opp. dipl. II. 1176, De Smet Cart. de Cambron p. 7. — „Piae postulatio voluntatis“.

1171. *(Ind. 4. — 25. Sept. — 5, pont. a. 12. — 20. Sept. — 13, 1170. — 25. Mart. — 1171.)*

Nov. 28. Tusculani — 11912 Alelmo abbati Valcellensi bullam dat. („Ind. V, a. inc. MCLXXII, p. a. XIII.“) Neues Archiv VII. 101. — „Religiosam vitam“.

Dec. 24. „ — 11913 Monasterium S. Salvatoris in Insula (Senensi) tuendum suscipit, eiusque possessiones ac iura confirmat. Wiener Sitzungsber. XCIV. 669.

„ 29. „ — 11914 Ecclesiae S. Mariae Volaterranae protectionem suscipit, possessionesque et iura confirmat, imposita ei sex denariorum Lucensium pensione annua. Leoncini Illustr. s. cat. di Volt. p. 312, Pflugk-Harttung Iter p. 273. — „Piae postulatio voluntatis“.

11915 (7966) Henrico, regi Angliae, commendat D(avid) magistrum, ortu Anglum, qui, studiis Bononiae transactis, inter nuntios eius ad sedem apostolicam pervenerit, ac tam bonae indolis virum se ostenderit, ut ipse eum proxime vacaturae in dioecesi Lincolnensi praebendae canonicum designaverit. Savioli Ann. Bol. I. II. 268, Migne 200 p. 737. — „Inter ceteros“.

11916 (7967) Henrico, regi Angliae, R(eginaldum) archidiaconum Sarisberiensem et Ricardum Bar et magistrum D(avid) commendat, qui non modo ante alterius legationis adventum, verum etiam cum novi legati nuntium, superiore laetiorem, attulissent, summo studio regis commodo servierint. Savioli Ann. Bol. I. II. 269, Liverani Spicil. Liber. p. 544. — „Antequam secundi“.

11917 Magistrum David ecclesiae Lincolnensis canonicum instituit eique asserit primam praebendam, quam vacare in ea contigerit. Liverani Spicil. Liber. p. 547. — „Litteraturam, honestatem et“.

11918 Decano et capitulo Lincolnensi significat, sese magistrum David, „virum non solum canonicatui, sed episcopali idoneum dignitati“, canonicum in eorum ecclesia constituisse. Mandat, ut, cum ad ipsos venerit, locum in choro et capitulo ei assignent, eumque de praebenda proxime vacatura investiant, interim vero aliquo beneficio annuo honorent. Liverani Spicil. Liber. p. 545. — „Quoniam ad nostrum“.

11919 *Monasterio de Melsa bona et privilegia quaedam asserit. Chronica mon. de Melsa I. 178.

11920 (7969) A(rnonis) praepositi Reicherspergensis erga Romanam ecclesiam studium et constantiam laudat eumque hortatur, ut a communione „scismaticorum, qui nominatim sint excommunicati, vel a capite scismatis ordines susceperint“, abstineat. „Principibus vero“, inquit, „quoniam nullum ex nomine de his, qui supersunt, preter F(ridericum) caput huius maliciae et O(ctavianum) excommunicavimus, indubitanter poteris communicare. Sane incendiariis (de quibus, sicut credimus, decreta ut excommunicentur precipiunt, etsi ecclesia faciat ipsos, tanquam excommunicatos ad terrorem, absolvi,) si quando necessitate cogente communicaveris, apud Deum non poteris exinde damnationis iudicium formidare“. Jaffé Reg. Pont. Rom. ed. I. num. 7969, Chron. Magni presb. 1171 in MG. SS. XVII. 496, (Migne 200 p. 738). — „Dilectionis tuae litteris“.

1170—1172.

Oct. 17. Tusculani — 11921 Episcopo Ebroicensi praecipit, ne, cum praebendae ecclesiae eius tenues sint, canonicos praeter voluntatem decani et capituli ad recipiendos vicarios cogat. (Cf. infra ep. 11926.) Cart. du chap. d'Evreux s. XIII—XIV. f. 4[b] in Arch. dép. de l'Eure in Evreux. — „Cum olim nobis“.

„ 20. „ — 11922 (7970) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, hortetur (Hugonem), episcopum Suessionensem, ut Waltero sacerdoti, „qui, relicto propter perfidiam schismaticorum episcopatu Tullensi, ad Remenses partes se contulerit“, ecclesiam quandam concedat. Martene Coll. II. 851, Bouquet Rec. XV. 891, Migne 200 p. 739. — „Non excidit a“.

„ 20. „ — 11923 (7971) Henricum, archiepiscopum Remensem, monet, ne fratres de Mari vexari a Iohanne presbytero patiatur. Martene Coll. II. 852, Migne 200 p. 740. — Querelam abbatis et“.

„ 20. „ — 11924 (7972) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut fratribus de Mari ablatam vineam reddi iubeat. Martene Coll. II. 852, Migne 200 p. 740. — „Ex parte dilectorum“.

„ 20. „ — 11925 (7973) Episcopis per regnum Francorum constitutis praecipit, curent, ne „illi, qui nomen magisterii scholarum et dignitatem in ecclesiis eorum assumpserint, pro praestanda licentia docendi alios ab aliquo quidquam amodo exigere audeant vel

1170—1172.

extorquere" sed „ut quicumque viri idonei et litterati voluerint studia regere litterarum, eos sine molestia scholas regere patiantur". Martene Coll. II. 853, Bouquet Rec. XV. 890, Migne 200 p. 741, (App. conc. Lat. II. 18, Coll. Lips. III. 2, Coll. Cass. XV. 2, Coll. Bamb. II. 5, Comp. I. L. 5. t. 4. c. 3, Decr. Greg. L. V. t. 5. c. 3). — „Quanto Gallicana".

Oct. 21. Tusculani 11926 Roberto decano et capitulo Ebroicensi significat, se episcopo eorum iteratis scriptis mandasse, „ut praeter voluntatem et assensum decani et aliarum personarum et maioris partis capituli eos de recipiendis vicariis non compellat". Cart. du chap. d'Evreux s. XIII—XIV. f. 4b in Arch. dép. de l'Eure in Evreux. — „Licet olim venerabili".

„ 23. „ 11927 (7974) (Petro), abbati S. Remigii, et B., archidiacono Remensi, mandat, ut inter Warinum de Wimericurt et sororem uxoris eius iudicent. Sirmondi Opp. III. 875, Mansi XXI. 947, Migne 200 p. 742. — „Causam, quae".

„ 27. „ 11928 (7975) Henrico, archiepiscopo Remensi, et T(heobaldo), episcopo Ambianensi, mandat, ut R. mulieri ablata reddi iubeant. Martene Coll. II. 854, Migne 200 p. 742. — „Ex conquestione R."

„ 27. „ 11929 (7976) Henrico, archiepiscopo Remensi, et (Theobaldo), episcopo Ambianensi, mandat, compellant ministeriales Ph(ilippi), comitis Flandrensis, ut R. mulieri quae abstulerint reddant. Martene Coll. II. 855, Migne 200 p. 743. — „Quia nobis R."

„ 29. „ 11930 (7977) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut cum (Theobaldo) episcopo Ambianensi simoniacos quosdam mores in episcopatu Tornacensi aboleat. Martene Coll. II. 855, Bouquet Rec. XV. 891, Migne 200 p. 743. — „Cum in ecclesia".

„ 31. „ 11931 (7978) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, compellat (Theobaldum), episcopum Ambianensem, ut quem contra iura b. Petri „sibi obedientiam praestare coegerit", abbatem S. Richarii „ab obedientia sua absolvat". Martene Coll. II. 856, Bouquet Rec. XV. 892, Migne 200 p. 744. — „Quia te novimus".

Nov. 4. „ 11932 (7979) Henrico, archiepiscopo Remensi, scribit de Rogeri, hominis fratrum Hierosolymitani hospitalis, et Guiardi soceri controversia decernenda. Martene Coll. II. 857, Migne 200 p. 744. — „Accepimus ex transmissa".

„ 7. „ 11933 (7980) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat de P., presbytero villae Curtismunt, removendo. Martene Coll. II. 858, Migne 200 p. 745. — „Parochiani de".

„ 8. „ 11934 (7981) Petro, abbati S. Remigii, et Fulconi, decano Remensi, mandat, „dure et aspere puniant" I. presbyterum de burgo S. Remigii, qui, cum „in die dominico coram clericis et laicis, postposita modestia clericali, choreas duceret", a scholaribus burgi S. Remigii increpatus et irrisus, „ostium et fenestras scholarum ausu temerario fregerit, et in quosdam ex ipsis scholaribus violentas manus iniecerit, et in ipsos excommunicationis sententiam promulgaverit". Omnibus interdici iubet, „ne praefatos scholares contra libertatem eorum in aliquo molestare audeant vel gravare, quamdiu coram magistro suo parati sint iustitiae stare". Sirmondi Opp. III. 884, Bouquet Rec. XV. 892, Mansi XXI. 956, Migne 200 p. 746. — „Audivimus ex".

„ 9. „ 11935 (7982) (Petro), abbati S. Remigii, et decano Remensi mandat, cogant monachos de Gardo et abbatissam S. Michaelis Vurlensis, ut damna A., abbati ecclesiae Aquicinensis, illata reparent; praecipiantque abbatissae et monialibus, ne excommunicatos recipiant, „et si quos excommunicationis vinculo innodatos sepelierint, eos detumulare et de coemiterio eiicere non postponat". Sirmondi Opp. III. 878, Mansi XXI. 950, Migne 200 p. 747. — „Dilectus filius noster".

„ 9. „ 11936 Rogero abbati et fratribus S. Mariae de Driburgh ecclesias quasdam in Scotia et ecclesiam de Askeby in Westmerland sitas asserit. Liber S. Mariae de Drib. p. 203. — „Iustis petentium desideriis".

„ 16. „ 11937 (7983) (Petro), abbati S. Remigii, et Fulconi, decano Remensi, mandat, ut Agnetis, filiae Balduini de Aigne, et Girardi de Landas controversias discernant. Sirmondi Opp. III. 883, Mansi XXI. 955, Migne 200 p. 747. — „Ex litteris, quas".

„ 23. „ 11938 (7984) (Petro), abbati S. Remigii Remensis, et priori S. Martini de Campis mandat, ut G(irardi) abbatis Gardensis et (Eustachii) abbatis S. Petri Selincurtensis litem discernant. Sirmondi Opp. III. 879, Mansi XXI. 950, Migne 200 p. 748. — „Ex transmissa conquestione".

„ 24. „ 11939 (7985) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut Rainerium et Galterium fratres, qui „in presbyterum calore iracundiae succensi violentas manus iniecerint

1170—1172.

		et, eo non laeso, capitulo Cameracensi et sacerdoti satisfecerint", absolvat. Martene Coll. II. 858, Migne 200 p. 749. — „Ex transmissa relatione".
Nov. 24.	Tusculani	11940 (7986) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, compellat Ric. canonicum, ut G. clerico debita solvat ac de illatis damnis satisfaciat. Martene Coll. II. 859, Migne 200 p. 750. — „Conquerente nobis G."
„ 24.	„	11941 Conventus Branensis procurationem in festo S. Vincentii ac redditus quosdam confirmat. In tabul. nat. Paris. Cartul. de St. Yved de Braine s. XIII. LL. 1583. f. 21. — „Quotiens super his".
„ 26.	„	11942 (7987) Manfredi, S. Georgii ad velum aureum diaconi cardinalis, legati apostolici, sententiam confirmat, qua Lovoleti locus, ab episcopo Mutinensi occupatus, monachis Nonantulanis adiudicatur. Tiraboschi St. di Non. II. 276, Migne 200 p. 750. — „Ea, que auctoritate".
„ 27.	„	11943 (7988) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut G. diacono, a Gerone „illo schismatico et superimposito Alberstadensi" ordinato, ecclesiam suo rogatu a (Desiderio) episcopo Morinensi collatam adimat. Martene Coll. II. 860, Schmidt Urk. d. Hochst. Halberstadt I. 235, Migne 200 p. 751. — „Significavit nobis venerabilis".
„ 27.	„	11944 (7989) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, sacerdotem S. Manehildis excommunicatione cogat, ut fratribus Maurimontensibus de illatis iniuriis satisfaciat. Martene Coll. II. 861, Migne 200 p. 752. — „Ex parte dilectorum".
„ 29.	„	11945 (7990) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, compellat abbates S. Andreae de Castello et S. Sepulcri atque canonicos S. Gaugerici et Phil. militem de Ruminiaco, ut ab infirmis Cameracensibus „de novalibus et nutrimentis animalium decimas exigere" desinant. Martene Coll. II. 861, Bouquet Rec. XV. 893, Migne 200 p. 752. — „Iteratam querelam".
„ 30.	„	11946 (7991) (Henrico), episcopo Silvanectensi, et (Petro), abbati S. Remigii Remensis, mandat, moneant monachos S. Remigii Branenses, ne „comitis vel comitissae familiam, vel milites castri, aut supervenientes, sive uxores eorum aut liberos, vel familias suas" a frequentanda S. Mariae ecclesia prohibeant. Sirmondi Opp. III. 873, (Mansi XXI. 944, Migne 200 p. 754). — „Ad audientiam".
„ 30.	„	11947 (7992) (Henrico), episcopo Silvanectiensi, et (Petro), abbati S. Remigii Remensis, negotium dat, ut monasterio S. Mariae Branensi decumas quasdam a monachis Corbeiensibus et a monachis S. Leodegarii (Suessionensibus) restitui cogant. Sirmondi Opp. III. 873, Mansi XXI. 944, Migne 200 p. 753. — „Dilecti filii".
„ 30.	„	11948 (7993) Abbati et fratribus Corbeiensibus praecipit, ut aut monasterio S. Mariae Branensi ablatam decimam restituant, aut episcopi Silvanectensis et abbatis S. Remigii Remensis iudicium subeant. Sirmondi Opp. III. 875, Mansi XXI. 946, Migne 200 p. 755. — „Dilecti filii".
„ 30.	„	11949 (7994) (Theobaldo) Ambianensi et Tornacensi episcopis et (Petro) abbati S. Remigii Remensis, mandat, ut abbatis Branensis et Iohannis militis de Hostel controversiam disceptent. Sirmondi Opp. III. 874, Mansi XXI. 945, Migne 200 p. 755. — „Ex transmissa conquestione".
Dec. 2.	„	11950 (7995) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ne fratres S. Medardi a Godoini heredibus de pecunia quadam, ipsi Godoino iam restituta, vexari sinat. Martene Coll. II. 862, Migne 200 p. 756. — „Significantibus nobis".
„ 2.	„	11951 (7996) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, compellat Milonem Arrivatum, ut fratribus Maurimontensibus quadraginta sextarios annonae restituat. Martene Coll. II. 863, Migne 200 p. 757. — „Ex parte abbatis".
„ 8.	„	11952 (7997) Universos fideles per regnum Franciae constitutos hortatur, ut nuncios canonicorum ecclesiae Nazarenae benigne recipiant et „eis caritatis solatia et subventionis auxilium porrigant". Martene Coll. II. 863, Bouquet Rec. XV. 893, Migne 200 p. 757. — „Civitatum, castellorum".
„ 9.	„	11953 (7998) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, iudicet inter Theobaldum et eius fideiussores de Appia. Martene Coll. II. 865, Migne 200 p. 758. — „Insinuante nobis".
„ 9.	„	11954 (7999) Henrico, archiepiscopo Remensi, monasterium Corbeiense commendat. Martene Coll. II. 869, Bouquet Rec. XV. 894, Migne 200 p. 758. — „Comperto nobis".
„ 9.	„	11955 Droconi praeposito, Fulconi decano, Gregorio cantori et capitulo Remensis ecclesiae significat, confirmare se ad petitionem Henrici archiepiscopi ea, quae b. m.

1170—1172.

Sanson de residentia canonicorum statuerit. Ex bibl. nat. Paris. Coll. Baluze t. 385. n. 236. Misit Delisle. — „Quae a praelatis".

Dec. 10. Tusculani 11956 (8000) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut M. viduam a G(uidonis) episcopi Catalaunensis iniuriis defendat. Martene Coll. II. 869, Migne 200 p. 759. — „Nullus esset".

„ 11. „ 11957 (8001) (Petro), abbati S. Remigii Remensis, praecipit, ne Robertum et Martinum monasterii sui homines ideo vexet, quod „de alterius dominio uxores duxerint". Sirmondi Opp. III. 856, Bouquet Rec. XV. 894, Mansi XXI. 926, Migne 200 p. 759. — „Perlatum est ad".

„ 11. „ 11958 (8002) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, iudicet inter Lambertum et Bartholomaeum super ecclesia de Octava certantes. Martene Coll. II. 870, Migne 200 p. 760. — „Cum Lambertus".

„ 12. „ 11959 (8003) B(arbedauri) decani et capituli Parisiensis de canonicis forinsecis constitutionem probat. Baluzii Misc. III. 21, Mansi XXI. 1067, Migne 200 p. 760, (Collection des Cartulaires IV. 227). — „Ea, quae ad" („Ex litteris autem").

„ 18. „ 11960 (8004) (Petro), abbati S. Remigii, et Fulconi, decano Remensi, mandat, compellant abbatem Hamensem, ut abbati Humulariensi hominem quemdam restituat. Sirmondi Opp. III. 857, Mansi XXI. 927, Migne 200 p. 761. — „Dilectus filius".

„ 18. „ 11961 (8005) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut Gerardum de Ioecort ab iniquis Bernardi leprosi postulationibus tueatur. Martene Coll. II. 870, Migne 200 p. 761. — „Ex transmissa conquestione".

„ 18. „ 11962 (8006) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut Albertum excommunicatum absolvat, eique ecclesiam de Angeio et Cersolio restituat. Martene Coll. II. 871, Migne 200 p. 762. — „Ad apostolicae sedis".

„ 18. „ 11963 (8007) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, compellat Drogonem, cancellarium Noviomensem, ut suscepta poenitentia in monasterium revertatur, et P(etrum) „dictum electum" Cameracensem, ut vexare ecclesiam Maricolensem desinat. Martene Coll. II. 872, Bouquet Rec. XV. 895, Migne 200 p. 763. — „Cum gravia sint".

(„) „ 11964 (8008) Philippo, comiti Flandrorum, mandat, inducat (Petrum) „dictum electum" Cameracensem, ut archiepiscopo (Remensi) obediat, neve ecclesiae Maricolensi iniurias inferat. Martene Coll. II. 873, Bouquet Rec. XV. 895, Migne 200 p. 764. — „Relatum est nobis".

„ 18. „ 11965 (8009) Abbati Hamensi mandat, ut Drogonem canonicum, excommunicatione proposita, in monasterium revocet. Martene Coll. II. 874, Bouquet Rec. XV. 896, Migne 200 p. 764. — „Cum scriptum sit".

„ 21. „ 11966 (8010) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut Odonem macellarium Richerio reddere libras 17 cogat. Martene Coll. II. 874, Migne 200 p. 765. — „Ex transmissa relatione".

11967 (8011) Petro, abbati S. Remigii, et Fulconi, canonico Remensi, mandat, ut pupillis quibusdam a Io. Suessionensi reddi terram quamdam iubeant. Sirmondi Opp. III. 852, Mansi XXI. 922, Migne 200 p. 765. — „Ad audientiam nostram".

11968 (8012) Petro, abbati S. Remigii Remensis, mandat, ut pupillorum quorumdam et God. Suessionensis viduae de domo quadam controversiam dirimat. Sirmondi Opp. III. 852, Mansi XXI. 922, Migne 200 p. 766. — „Recepta conquestione".

1171—1172.

Ian. 20. Tusculani 11969 (8013) Henrico, archiepiscopo Remensi, scribit de Willardo presbytero, si fornicationi obnoxius sit, removendo. Martene Coll. II. 878, Migne 200 p. 766. — „Significavit nobis venerabilis".

„ 21. „ 11970 (8014) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut V. et I. presbyterorum de ecclesia S. Mariae controversiam intra dies 15 ipse decernat. Martene Coll. II. 879, Migne 200 p. 767. — „Significante nobis".

„ 23. „ 11971 (8015) Henrico, archiepiscopo Remensi, (Guidoni), episcopo Catalaunensi, et (Arnulfo) electo Virdunensi, mandat, cogant castellanum Vitriaci, ut monasterio Caladino de illatis damnis iniuriisque satisfaciat. Calmet Hist. de Lorr. II. Pr. p. 358, Martene Coll. II. 881, Bouquet Rec. XV. 896, Migne 200 p. 768. — „Religiosos viros".

		1171—1172.
Ian. 27.	Tusculani	11972 (8016) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, curet ut lata inter monachos Silvae-maioris et clericos Braguenses sententia custodiatur. Martene Coll. II. 882, Bouquet Rec. XV. 897, Migne 200 p. 769. — „Cum dilecti filii".
„ 31.	„	11973 (8020) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, compellat G. et R. Gozo, ut fratribus militiae templi, quae abstulerint, restituant. Martene Coll. II. 883, Migne 200 p. 771. — „Insinuatum est".
Febr. 1.	„	11974 (8021) W(illelmo), archiepiscopo Senonensi, apostolicae sedis legato, et S(tephano), episcopo Meldensi, et abbati Vallis-secretae mandat, ut monasterii S. Victoris Parisiensis disciplinam, vitio abbatis corruptam, corrigant. Duchesne Hist. Fr. SS. IV. 602, Martene Coll. VI. 250, Bouquet Rec. XV. 898, Mansi XXI. 993, Migne 200 p. 771. — „Crebra iamdudum".
„ 1.	„	11975 (8022) Abbatem et canonicos S. Victoris Parisiensis de superioribus litteris certiores facit. Duchesne Hist. Fr. SS. IV. 603, Martene Coll. VI. 251, Bouquet Rec. XV. 899, Mansi XXI. 994, Migne 200 p. 772. — „Iamdudum ad nos".
„ 1.	„	11976 (8023) Ludovico, Francorum regi, de corrigenda disciplina monasterii S. Victoris Parisiensis quid mandaverit, nunciat. Martene Coll. VI. 249, Bouquet Rec. XV. 897, Migne 200 p. 773, (Duchesne Hist. Fr. SS. IV. 602). — „Considerantibus nobis".
„ 2.	„	11977 (8024) Henrico, archiepiscopo Remensi, milites templi Hierosolymitani commendat praecipitque, ut quae Guitterius parochianus abstulerit, eis reddi faciat. Martene Coll. II. 883, Bouquet Rec. XV. 899, Migne 200 p. 774. — „Milites Templi".
„ 3.	„	11978 (8025) (Petro), abbati S. Remigii, et B. archidiacono Remensi mandat, admoneant episcopum Suessionensem, ut O. subdiaconum, ab abbate S. Petri Catalaunensi praesentatum, de ecclesia S. Medardi investiat; quod si recusaverit, ipsi eum investiant. Sirmondi Opp. III. 877, Mansi XXI. 948, Migne 200 p. 775. — „Constitutus in".
„ 5.	„	11979 (8026) Presbyteris et aliis clericis parochialium ecclesiarum, ad monasterium S. Petri de Montibus pertinentium, mandat de mortuis non in ecclesiis sed in monasterio sepeliendis. Sirmondi Opp. III. 885, Mansi XXI. 957, Migne 200 p. 775. — „Pervenit ad nos".
„ 8.	„	11980 (8027) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut Araldo presbytero ablatam ecclesiam S. Remigii de Masdeio restituat. Martene Coll. II. 884, Migne 200 p. 776. — „Insinuavit nobis".
„ 9.	„	11981 (8028) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ne monasterium Virtuense vexari a Laudato cive Catalaunensi sinat. Martene Coll. II. 885, Migne 200 p. 776. — „Paci et quieti".
„ 9.	„	11982 Alexandro abbati et fratribus Cisterciensibus indulget, ne quis de agris, vineis, nutrimentisque animalium decimas ab eis exigat. Pflugk-Harttung Acta I. 249. — „Religiosorum desideriis".
„ 12.	„	11983 (8029) (Petro), abbati S. Remigii, et Fulconi, decano Remensi, mandat, ut inter abbatem S. Theoderici et Helisendim eiusque virum iudicent. Sirmondi Opp. III. 856, Mansi XXI. 926, Migne 200 p. 777. — „Dilectus filius".
„ 13.	„	11984 (8030) Henrico, archiepiscopo Remensi, F. archidiaconum Ostrevandensem commendat. Martene Coll. II. 885, Bouquet Rec. XV. 900, Migne 200 p. 777. — „Eos, quos honestate".
„ 20.	„	11985 (8031) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, compellat canonicos ecclesiae Catalaunensis, ut Stephano clerico „terras ad dotem altaris de Cortoismunt pertinentes" restituant. Martene Coll. II. 886, Migne 200 p. 778. — „Cum olim conquestione".
„ 21.	„	11986 (8032) Guidoni abbati S. Nicasii et M. Radulfo, canonico Remensi, mandat, cogant homines quosdam, ut illata monasterio S. Remigii damna expleant. Sirmondi Opp. III. 871, Mansi XXI. 942, Migne 200 p. 778. — „Suggestum est auribus".
„ 21.	„	11987 G(uidoni) abbati et fratribus Ursicampi asserit bona quaedam, a B(alduino) Noviomensi et b. m. O(done) Tusculanensi episcopis aliisque concessa. (Huius bullae, perperam Alexandro IV. tributae, quae sint prima verba, nobiscum communicavit Delisle.) Peigné-Delacourt Cart. d'Ourscamp p. 302. n. 483. — „Iustis petentium".
„ 22.	„	11988 (8033) Monasterio S. Remigii Remensi concessam ab Henrico archiepiscopo frescengiarum remissionem ratam habet. Sirmondi Opp. III. 872, Mansi XXI. 943, Migne 200 p. 780: „VIII. kal. Mart.", (Neues Archiv VII. 107: „IX. kal. Mart."). — „Rationabiles et".

1171—1172.

Febr. 22. Tusculani 11989 (8034) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut canonicorum S. Nicolai Catalaunensis et abbatis Dervensis de ecclesia Campi-Auberti controversiam disceptet. Martene Coll. II. 887, Migne 200 p. 780. — „Perlatum est ad“.

„ 22. „ 11990 (8035) (Stephanum) archiepiscopum Bituricensem et (Theobaldum) episcopum Ambianensem hortatur, ut inter R. de Guisa et S. uxorem eius iudicium faciant. Martene Coll. II. 887, Bouquet Rec. XV. 900, Migne 200 p. 781. — „Quoniam certo experimento“.

„ 26. „ 11991 (8036) G(aldino), archiepiscopo Mediolanensi, mandat, moneat proceres et uaruassores de Sexto, ut O(berto), subdiacono suo, ecclesiae Modoetiensis archipresbytero, decimas exhibeant. Frisi Mem. di Monza II. 67, Migne 200 p. 782. — „Dilectus filius“.

„ 27. „ 11992 (8037) Henrico, archiepiscopo Remensi, affirmat, abbati Cheminonensi id privilegii nequaquam concessum esse, „ut quoscumque de Remensi vellet archiepiscopatu impetere, eos ante Willelmum, Senonensem archiepiscopum, apostolicae sedis legatum, posset, remoto appellationis obstaculo, convenire“. Martene Coll. II. 888, Bouquet Rec. XV. 901, Migne 200 p. 782. — „Relatum est nobis“.

„ 27. „ 11993 (8038) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut Leonem abbatem S. Gisleni a schismaticis eiectum, in cuius locum „Cameracensis dictus electus“ alium substituerit, in integrum restituat. Martene Coll. II. 889, Bouquet Rec. XV. 901, Migne 200 p. 783. — „Perlatum est ad“.

Mart. 1. „ 11994 (8040) (Gualtero), episcopo Tornacensi, praecipit, ut Danieli presbytero S. Iohannis Gandavensis ablatum beneficium officiumque restituat. Martene Coll. II. 890, Migne 200 p. 784. — „Ex insinuatione Danielis“.

„ 4. „ 11995 (8041) (Stephano) Meldensi et (Theobaldo) Ambianensi episcopis mandat, cognoscant, num filiae Roberti comitis cum Hugone de Brois, cui eam pater in matrimonium daturus sit, cognatio intercedat. Martene Coll. II. 891, Bouquet Rec. XV. 902, Migne 200 p. 784. — „Suggestum est nobis“.

„ 4. „ 11996 (8042) Henrico, archiepiscopo Remensi, nunciat, S. magistrum de D. fratrem militiae templi, nuncium eius, a sese benigne receptum esse. Hortatur, ut „ex quo (Petrus) episcopus Cameracensis se in conspectu eius humiliaverit, et ab eo misericordiam et veniam expetierit, ei rancorem et indignationem remittat“. Martene Coll. II. 892, Bouquet Rec. XV. 902, Migne 200 p. 785. — „Dilectos filios nostros“.

„ 4. „ 11997 (8043) Henrico, archiepiscopo Remensi, et P(etro), abbati S. Remigii, mandat, compellant G. clericum Gandavensem, ut Richardo clerico ablatam ecclesiae S. Pharaildis praebendam restituat. Martene Coll. II. 893, Migne 200 p. 786. — „Ex transmissa conquestione“.

„ 4. „ 11998 (8044) Henrico, archiepiscopo Remensi, significat, se R(oberti) episcopi Atrebatensis electionem confirmasse, eidemque petente Philippo comite Flandrensi concessisse, „ut a proximo festo pentecostes usque ad annum revolutum ad recipiendos ordines non debeat cogi“. Martene Coll. II. 893, Bouquet Rec. XV. 903, Migne 200 p. 787. — „Sicut ex litteris“.

„ 5. „ 11999 (8045) Henrico, archiepiscopo Remensi, et G(ualtero), episcopo Tornacensi, de abolendo pravo quodam more mandat. Martene Coll. II. 894, Bouquet Rec. XV. 904, Mansi XXI. 1078, Migne 200 p. 787. — „Relatum est auribus“.

„ 6. „ 12000 (8046) Henrico, archiepiscopo Remensi, et G(altero), episcopo Laudunensi, mandat, iudicent inter canonicos Brugenses et R. presbyterum ecclesiae Dudasselensis. Martene Coll. II. 895, Migne 200 p. 788. — „Cum dilectus filius“.

„ 6. „ 12001 (8047) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, diiudicet causam mulieris, parochianum ecclesiae S. Mariae Brugensis in matrimonium petentis. Martene Coll. II. 896, Migne 200 p. 789. — „Significavit nobis dilectus“.

„ 6. „ 12002 Sententiam inter Offredum, episcopum Cremonensem, et priorem S. Iacobi Pontidensem ab episcopo Brixiensi latam confirmat. Repert. dipl. Cremon. I. 47, Pflugk-Harttung Iter p. 273. — „Ea que compositione“.

„ 7. „ 12003 (8048) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, cogat Rain. comitem et Henricum de Magnoprato, ut erepta P. presbytero reddant. Martene Coll. II. 897, Migne 200 p. 790. — „Querelam P.“

„ 7. „ 12004 (8049) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, hortetur et, „si cum assensu et pace L(udovici) Francorum regis fieri possit, districte compellat“ (Hugonem) episcopum

1171–1172.

		Suessionensem, ut cancellariam deponat, totumque se episcopali muneri tradat. Martene Coll. II. 897, Bouquet Rec. XV. 904, Migne 200 p. 790. — „His, quae pertinent".
Mart. 10.	Tusculani	12005 (8050) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut Iac. presbyteri et abbatis S. Salvatoris Virtuensis controversiam decernat. Martene Coll. II. 898, Migne 200 p. 791. — „Constitutus in praesentia".
„ 11.	„	12006 (8051) Henrico, archiepiscopo Remensi, et G(altero) episcopo Laudunensi de controversia canonicorum S. Donatiani Brugensis et R. presbyteri Dudasselensis iterum scribit. Martene Coll. II. 899, Migne 200 p. 791. — „Licet in litteris".
„ 13.	„	12007 (8052) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut Rogerum Tokellum et Guidonem, filium Senescalli, qui „in thesaurarium ecclesiae Catalaunensis et clericos violentas manus iniecerint", excommunicet. Martene Coll. II. 900, Migne 200 p. 792. — „Ex parte Catalaunensis".
„ 13.	„	12008 (8053) Henricum, archiepiscopum Remensem, monet, ut P., quem ignorans filium esse sacerdotis ordinaverit, ecclesiae cuidam praeesse sinat. Martene Coll. II. 900, Migne 200 p. 792. — „Quoniam scriptum est".
„ 13.	„	12009 (8054) Henrico, archiepiscopo Remensi, significat, se receptis nunciis eius, (Henrico) episcopo Silvanectensi, qui contra decretum suum praebendam cum archidiacono diviserit, ius tribuendi praebendas ademisse. Hortatur, ut eidem episcopo gratiam suam restituat. Martene Coll. II. 901, Bouquet Rec. XV. 905, Migne 200 p. 793. — „Constituto in praesentia".
„ 14.	„	12010 (8055) Henrico, archiepiscopo Remensi, magistrum Gerardum excommunicatione, qua eum affecerat, absolutum remittit. Martene Coll. II. 902, Migne 200 p. 794. — „Constitutis in praesentia".
„ 16.	„	12011 (8056) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut D. diacono ecclesiam de Masdeio, vel invito (Guidone) episcopo Catalaunensi, attribuat. Martene Coll. II. 903, Migne 200 p. 795. — „Veniens ad apostolicae".
„ 17.	„	12012 (8057) Abbatibus S. Remigii et S. Dionysii Remensis mandat, ut iudicent inter G. Remensem et A. mulierem. Sirmondi Opp. III. 885, Mansi XXI. 957, Migne 200 p. 795. — „Causam, quae".
„ 17.	„	12013 (8058) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut Guidonem), episcopum Catalaunensem, qui mulieri excommunicatae contra praeceptum suum „cupiditate pecuniae absolutionis beneficium denegaverit, ab officii pontificalis exsecutione suspendat". Martene Coll. II. 904, Migne 200 p. 796. — „Relatum est auribns".
„ 17.	„	12014 (8059) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut Iohannem Brieter et Erlewinum canonicos, qui M. diaconum contumeliis conviciisque affecerint et violentas manus in eum iniecerint, excommunicet. Martene Coll. II. 904, Migne 200 p. 796. — „Quotiens a viris".
„ 17.	„	12015 (8060) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, compellat canonicos Laudunenses, ut sororibus S. Petri Remensis illata damna sarciant. Martene Coll. II. 905, Migne 200 p. 797. — „Ex parte abbatissae".
„ 17.	„	12016 (8061) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, compellat Iohannem Aculensem et eius sororem, ut Elisendi viduae libras 12 restituant. Martene Coll. II. 906, Migne 200 p. 797. — „Relatum est auribus".
„ 21.	„	12017 (8062) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut homines S. Remigii ab iniuriis canonicorum Suessionensium et Nicolai de Bazochis defendat. Martene Coll. II. 906, Bouquet Rec. XV. 906, Migne 200 p. 798. — „Ad apostolicae sedis".
„ 22.	„	12018 (8063) (Ioscio) archiepiscopo Turonensi et (Stephano) episcopo Augustodunensi praescribit, excommunicationis sententiam ab Henrico, archiepiscopo Remensi, in Henricum comitem prolatam quibus conditionibus suo nomine aut confirment, aut dissolvant. Martene Coll. II. 907, Bouquet Rec. XV. 909, Migne 200 p. 798. — „Cum dilecti filii".
„ 22.	„	12019 (8064) Henricum, archiepiscopum Remensem, hortatur, ut „suffraganeos suos et maxime (Bartholomaeum) Bellovacensem episcopum ultra metam a SS. patribus praefixam non gravet", utque cum Henrico comite in gratiam revertatur. Martene Coll. II. 909, Bouquet Rec. XV. 906, Migne 200 p. 800. — „Illum sinceritatis et".

		1171—1172.
Mart. 22.	Tusculani	12020 (8065) Henrico, archiepiscopo Remensi, de appellationibus consulenti, respondet. Martene Coll. II. 911, Bouquet Rec. XV. 908, Mansi XXI. 1079, Migne 200 p. 802, (App. conc. Lat. X. 6. 7. 15, Coll. Lips. XLVII. 5. 6. 7, Coll. Cass. LI. 5. 6. 8, Coll. Bamb. XLII. 4. 5. 7, Comp. I. L. 2. t. 20. c. 5. 6. 7, Decr. Greg. L. II. t. 28. c. 5. 6. 7). — „Cum sacrosancta Romana" „Cum sit Romana" „Ad haec si in" „Si in una" „Si duobus coram".
„ 22.	„	12021 (8066) (Ludovicum), Francorum regem, hortatur, ut Henricum, archiepiscopum Remensem, et Henricum comitem in gratiam reconciliet. Martene Coll. II. 912, Bouquet Rec. XV. 910, Migne 200 p. 803. — „Constitutis in praesentia".
„ 22.	„	12022 (8067) (Bartholomaeum), episcopum Bellovacensem, hortatur, ut (Henrico), archiepiscopo Remensi, obediat. Martene Coll. II. 913, Migne 200 p. 804. — „Clerici et nuncii".
„ 22.	„	12023 (8068) (Willelmum, archiepiscopum Senonensem) hortatur, ut nepoti (Henrici), archiepiscopi Remensis, promissum archidiaconatum concedat. Martene Coll. II. 914, Bouquet Rec. XV. 907, Migne 200 p. 804. — „Venerabilis frater noster".
„ 23.	„	12024 Iohanni abbati et fratribus S. Iohannis de Vineis Suessionensibus asserit ecclesiam S. Martini de Monte Mirelli et alia quaedam a capitulo Suessionensi donata. In bibl. nat. Paris. Chartul. S. Iohannis de Vineis ms. lat. 11004. s. XIII. f. 11^{b}. — „Iustis petentium desideriis".
„ 24.	„	12025 (8069) (Petro) abbati S. Remigii et Fulconi decano Remensi mandat, ut civium burgensiumque quorumdam Remensium controversiam disceptent. Sirmondi Opp. III. 855, Mansi XXI. 925, Migne 200 p. 805. — „Cum olim ex".
„ 25.	„	12026 (8070) (Petro) abbati S. Remigii et Fulconi, decano Remensi, negotium dat, ut R. et M. mulierum de quadam pauperum Vitriacensium domo controversiam diiudicent. Sirmondi Opp. III. 877, Mansi XXI. 949, Migne 200 p. 805. — „Ex transmissa conquestione".
„ 25.	„	12027 (8071) (Andream), episcopum Atrebatensem, denuo hortatur, ut R. nepoti Roberti Bug. vacantem praebendam tribuat. Martene Coll. II. 914, Bouquet Rec. XV. 911, Migne 200 p. 806. — „Non excidit a".
„ 30.	„	12028 (8072) Petro abbati S. Remigii Remensis mandat, compellat Gerardum de Roscio, ut quam invaserit, O. civis Remensis, Hierosolymam profecti, terram restituat. Sirmondi Opp. III. 853, Mansi XXI. 923, Migne 200 p. 807. — „Relatum est nobis".
Apr. 3.	„	12029 (8073) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut R. presbyterum ecclesiae de Bonnis, fratribus S. Iohannis de Vineis subiectae, removeat. Martene Coll. II. 915, Migne 200 p. 807. — „Ex parte abbatis".
„ 3.	„	12030 (8074) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, iudicet inter Helvidim de Sonunt, nobilem mulierem, et Aaliz feneratricem. Martene Coll. II. 916, Migne 200 p. 807. — „Ex transmissa conquestione".
„ 3.	„	12031 Inter fratres S. Iohannis de Vineis et S. Medardi Suessionenses compositionem super grangia de Suciaco factam approbat. Decumam de Cervenai illis asserit. Chartul. S. Iohannis de Vineis ms. lat. 11004. s. XIII. f. 12 in bibl. nat. Paris. — „Ea quae iudicio".
„ 4.	„	12032 (8075) (Petrum), abbatem S. Remigii, et Fulconem, decanum Remensem, iudices constituit inter abbatem fratresque Dervenses et ecclesiae S. Nicolai Catalaunensis clericos. Sirmondi Opp. III. 876, Mansi XXI. 947, Migne 200 p. 808. — „Significaverunt nobis".
„ 6.	„	12033 (8076) Henricum, archiepiscopum Remensem, rogat, ut D. et G. clericis, e Tullensi episcopatu ortis, in dioecesi vel provincia Remensi munera deferat. Martene Coll. II. 916, Bouquet Rec. XV. 911, Calmet Hist. de Lorr. II. Pr. p. 358, Migne 200 p. 809. — „Preces, quae caritatis".
„ 7.	„	12034 (8077) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut „illum, qui dicitur Cameracensis electus", (Petrum), quod abbatem Mareolensem „de equo praecipitari praeceperit et turpiter et inhumane tractari, ab ingressu ecclesiarum coerceat". Martene Coll. II. 917, Bouquet Rec. XV. 912, Migne 200 p. 809. — „Insinuatum est nobis".
„ 8.	„	12035 (8078) Leges quasdam ecclesiae Carnotensis, a Willelmo, archiepiscopo Senonensi, apostolicae sedis legato, scriptas, confirmat. Theodori Poenitentiale II. 429, Lépinois et Merlet Cartul. I. 188, Migne 200 p. 810. — „Pontificalis auctoritatis".

1171—1172.

Apr. 8.	Tusculani	12036 (8079) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut G. presbytero ecclesiam a monachis S. Petri Catalaunensis inique ablatam reddat. Martene Coll. II. 918, Migne 200 p. 811. — „Veniens ad nos G.“
„ 9.	„	12037 (8080) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, cogat Aicardum presbyterum, ut B. presbytero ablatam ecclesiae de Suast vicariam restituat. Martene Coll. II. 918, Migne 200 p. 812. — „Apostolica sedes tamquam“.
„ 10.	„	12038 (8081) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, compellat Robertum de Bove, ut A. canonico S. Petri Laudunensis vaccas bovesque abductos reddat. Martene Coll. II. 919, Bouquet Rec. XV. 912, Migne 200 p. 812. — „Ex conquestione dilecti“.
„ 10.	„	12039 (8082) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, cogat Hugonem de Iuncheri, ut fratribus S. Medardi Suessionensis contracta damna reconcinnet. Martene Coll. II. 920, Bouquet Rec. XV. 912, Migne 200 p. 813. — „Dilecti filii nostri“.
„ 11.	„	12040 (8083) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, iudicet inter fratres S. Iohannis de Vineis presbyterumque de Espier atque I. abbatem S. Medardi Suessionensis. Martene Coll. II. 920, Migne 200 p. 813. — „Quoniam abbas et“.
„ 14.	„	12041 (8084) (Petro), abbati S. Remigii, et Fulconi, decano Remensi, mandat, compellant priorem de Abbatis-villa, ut decano Ambianensi pecuniam quamdam restituat. Mansi, XXI. 948, Sirmondi Opp. III. 876, Migne 200 p. 814. — „Ex parte decani“.
„ 17.	„	12042 (8085) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ne fratres S. Iohannis de Vineis, a Gilone milite vexari de decima quadam patiatur. Martene Coll. II. 921, Migne 200 p. 814. — „Ex parte dilectorum“.
„ 17.	„	12043 (8086) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, compellat Adamum de Corbeia, ut Iohanni clerico marcas argenti tres restituat. Martene Coll. II. 922, Migne 200 p. 815. — „Conquestus est nobis“.
„ 17.	„	12044 (8087) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut Mariam, civem Catalaunensem, a Radulfi burgensis iniuriis defendat. Martene Coll. II. 922, Migne 200 p. 815. — „Ex transmissa conquestione“.
„ 17.	„	12045 (8088) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, canonicos ecclesiae Laudunensis compellat, ut canonicis S. Petri allodium de Vallibus restituant. Martene Coll. II. 923, Migne 200 p. 816. — „Ex transmissa conquestione“.
„ 20.	„	12046 (8089) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, compellat provisorem S. Stephani, ut canonicos S. Trinitatis „coemeterium suum libere habere et ibi parrochianos suos sepelire permittat“. Martene Coll. II. 923, Migne 200 p. 816. — „Ex parte clericorum“.
„ 20.	„	12047 (8090) Canonicis ecclesiae Laudunensis significat, decano eorum quid mandaverit. Martene Coll. II. 924, Migne 200 p. 817. — „Licet olim per“.
„ 26.	„	12048 (8091) (Petro), abbati S. Remigii, et B., archidiacono Remensi, mandat, compellant I. de Hospitio, ut I. clerico libras sex restituat. Sirmondi Opp. III. 878, Mansi XXI. 949, Migne 200 p. 817. — „Querelam I. clerici“.
„ 26.	„	12049 Ecclesiae S. Iohannis de Vineis Suessionensis iura quaedam statuit; interdicit, ne „si ab aliquo canonicorum per archidiaconum pro eo, quod ipsum locat in stallo, palefredus exactus fuerit, eum sine aliqua ratione dare praesumat, ne uterque, dans videlicet et recipiens, propter simoniae vitium divina ultione plectatur“. In bibl. nat. Paris. Chartul. S. Ioh. de Vineis ms. lat. 11004. s. XIII. f. 10, (Louen Hist. de St. Jean des Vignes p. 295). — „Ordo exigit ecclesiasticae“.
„ 29.	„	12050 (8092) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, compellat canonicos Suessionenses et fratres Praemonstratenses ac sacerdotes de Troisli, ut A. canonico S. Iohannis de Vineis ablata restituant. Martene Coll. II. 925, Migne 200 p. 818. — „Veniens ad praesentiam“.
Mai. 1.	„	12051 (8093) Petrum, abbatem S. Remigii, et Fulconem, decanum Remensem, iudices constituit inter abbatem ecclesiae omnium sanctorum de insula Catalaunensi et canonicos S. Trinitatis. Sirmondi Opp. III. 854, Mansi XXI. 924, Migne 200 p. 819. — „Causam, quae“.
„ 1.	„	12052 (8094) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, cogat canonicos Atrebatenses, ut G. sacerdoti ablatam ecclesiam S. Mauritii infra 40 dies restituant. Martene Coll. II. 927, Migne 200 p. 819. — „Ex parte G.“

1171—1172.

Mai. 4. Tusculani 12053 (8095) Bartholomaeo, episcopo Bellovacensi, et Petro, abbati S. Remigii Remensis, mandat, ut monasterium Flaviacense abbatis vitio labefactum reforment. Sirmondi Opp. III. 851, Bouquet Rec. XV. 917, Mansi XXI. 921, Migne 200 p. 820. — „Perlatum est".

„ 4. „ 12054 (8096) (Petro), abbati S. Remigii, et Fulconi, decano Remensi, mandat, compellant G., canonicum Ambianensem, ut reditus quosdam filiastrae R. militis de Vilario restituat. Sirmondi Opp. III. 883, Mansi XXI. 954, Migne 200 p. 821. — „Ex parte cuiusdam".

„ 4. „ 12055 (8097) (Petrum), abbatem S. Remigii, et Fulconem, decanum Remensem, iudices constituit inter R. de Vilers et Amilium militem de Becloi. Sirmondi Opp. III. 883, (Mansi XXI. 955, Migne 200 p. 821). — „Causam, quae".

„ 4. „ 12056 (8098) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut Hilardum presbyterum a T(heobaldo) episcopo Ambianensi deiectum et excommunicatum in integrum restituat. Martene Coll. II. 927, Migne 200 p. 822. — „Constitutus in praesentia".

„ 7. „ 12057 S(tephano) abbati et fratribus Viconiensibus asserit parochiam villae Aubruis, ab Andrea, episcopo Atrebatensi, concessam. In bibl. nat. Paris. Coll. Moreau t. 70. f. 244, (Neues Archiv VII. 100). — „Iustis petentium desideriis".

„ 9. „ 12058 (8099) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, compellat Savem et Hugonem Vitulum, canonicos Atrebatenses, ut Wibaudo clerico ablatam ecclesiam S. Mauritii infra 40 dies reddant. Martene Coll. II. 928, Migne 200 p. 822. — „Conquestus in praesentia".

„ 10. „ 12059 (8100) Canonicis Praemonstratensibus se decrevisse nunciat, ut quem mortuo Philippo abbate, „neglecto ordinis instituto" elegerint, abbas Belli-loci ad monasterium suum revertatur. Mandat, ut, adhibito G. abbate S. Martini (Laudunensi), ad novam electionem aggrediantur. Martene Coll. II. 929, Bouquet Rec. XV. 917, Migne 200 p. 823. — „Credibile fuerat".

„ 12. „ 12060 (8101) (Petro) abbati S. Remigii Remensis mandat, ut Uberto magistro ecclesiae S. Timothei praebendam tribuat. Sirmondi Opp. III. 854, Mansi XXI. 924, Migne 200 p. 824. — „Viris litteratis".

„ 12. „ 12061 (8102) (Henrico) episcopo Silvanectensi et abbati S. Medardi praecipit, ut apportata monasterio S. Remigii Remensi damna sarciant. Sirmondi Opp. III. 854, Mansi XXI. 924, Migne 200 p. 824. — „Ex parte dilecti".

„ 12. „ 12062 (8103) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut C. abbatissam Melbodiensem, irrogata monialibus, quae eam eiecerint, poena, in integrum restituat. Martene Coll. II. 931, Migne 200 p. 825. — „Culpae maculam".

„ 12. „ 12063 Petro abbati et fratribus S. Remigii Remensis litteras dat. Neues Archiv VII. 100. — „Religiosorum votis".

„ 13. „ 12064 Stephano, abbati Viconiensi, bullam dat. Neues Archiv VII. 100. — „Iustis petentium".

„ 17. „ 12065 (8104) Petro, abbati S. Remigii, et Fulconi, decano Remensi, mandat, ut Willermi et civis cuiusdam Remensis litem discernant. Sirmondi Opp. III. 859, Mansi XXI. 929, Migne 200 p. 826. — „Ex insinuatione".

„ 17. „ 12066 (8105) Henricum, archiepiscopum Remensem, reprehendit, quod „suffraganeos suos tamquam simplices clericos gravet et eorum ecclesias et clericos tamquam suos proprios pertractet". Martene Coll. II. 931, Bouquet Rec. XV. 918, Migne 200 p. 826. — „Quanto personam tuam".

„ 17. „ 12067 (8106) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut Iordanem civem iubeat a (Theobaldo), episcopo Ambianensi, pro absoluto haberi; „quia" inquit „in sacris canonibus expressum habetur, quod pro forisfacto dominorum, eorum familiae excommunicari non debeant". Martene Coll. II. 932, Migne 200 p. 827. — „Ad audientiam nostram".

„ 18. „ 12068 Privilegium, quo capellam S. Stephani precibus Henrici comitis „usque ad septennium" a potestate episcopi Trecensis exemerat, cassat. Pflugk-Harttung Acta I. 250. — „Venientes olim ad".

„ 20. „ 12069 Decanum et canonicos S. Stephani Trecenses de privilegii cassatione (vide 12068) certiores facit mandatque, ut Mathaeo episcopo debitam obedientiam praestent. Pflugk-Harttung Acta I. 251. — „Quoniam ex parte".

		1171—1172.
Mai. 20.	Tusculani	12070 (8107) (Petro) S. Remigii et (Guidoni) S. Nicasii Remensis abbatibus mandat, ut E. mulieris et G. litem super 55 solidis discernant. Sirmondi Opp. III. 888, Mansi XXI. 958, Migne 200 p. 827. — „Ex transmissa relatione".
„ 21.	„	12071 R(olando) episcopo Grossetano mandat, ut, loco a comite Ildebrandino monialibus Montis Cellensis assignato, ubi ecclesiam in honorem S. Angeli aedificare possent, „lapidem, cum ab eis requisitus fuerit, tradat" iuraque ecclesiae constructae observari faciat. Cappelletti Chiese d'It. XVII. 648. — „Dilectum filium nostrum".
„ 23.	„	12072 (8108) Henrico, archiepiscopo Remensi, scribit, ut Robertum clericum, qui coactus homicidio interfuerit, poenitentiamque ob eam rem peregerit, „absolutum animadversa eius litteratura ad sacros ordines promoveat". Martene Coll. II. 933, Migne 200 p. 828. — „Ex transmissa relatione".
„ 26.	„	12073 (8109) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, iudicet inter Odierium burgensem Laudunensem et Mauritium clericum. Martene Coll. II. 936, Migne 200 p. 828. — „Causam, quae inter".
„ 28.	„	12074 (8110) Claraevallensi et S. Remigii Remensis abbatibus mandat, ut inclinatas res monasterii Dervensis restituant. Sirmondi Opp. III. 881, Bouquet Rec. XV. 919, Mansi XXI. 952, Migne 200 p. 829. — „Cum dilectum filium".
Iun. 4.	„	12075 (8111) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, compellat G(uidonem), episcopum Catalaunensem, ut Viviano presbytero ecclesiam S. Memmii de Cosantia restituat. Martene Coll. II. 937, Migne 200 p. 830. — „Veniens ad apostolicae".
„ 7.	„	12076 (8112) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut leprosis Sparnacensibus „capellanum concedat et coemeterium benedicat". Martene Coll. II. 937, Migne 200 p. 830. — „Humanum est".
„ 9.	„	12077 (8113) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut Lamberto presbytero ablatam ecclesiam S. Memmii de Cosantia restitui a (Guidone) episcopo Catalaunensi iubeat. Martene Coll. II. 938, Migne 200 p. 830. — „Constitutus in praesentia".
„ 11.	„	12078 (8114) Praeposito et decano Remensi mandat, cogant Radulfum Traditorem, ut decimas quasdam Stephano de Roi restituat. Sirmondi Opp. III. 879, Mansi XXI. 951, Migne 200 p. 831. — „Ex transmissa conquestione".
„ 11.	„	12079 (8115) Henricum, archiepiscopum Remensem, monet, ne capituli b. Mauritii Turonensis iura laedi a parochianis suis sinat. Martene Coll. II. 939, Migne 200 p. 831. — „Si pontificalis officium".
„ 11.	„	12080 Agneti abbatissae et sororibus S. Mariae Santonensibus concessam ab Ademaro, eiusdem urbis episcopo, ecclesiam S. Mariae de Arpes confirmat. Grasillier Cart. inéd. de la Saintonge II. 129. — „Iustis petentium desideriis".
„ 16.	„	12081 (8116) Henricum, archiepiscopum Remensem, hortatur, ut importata fratribus S. Basoli detrimenta reconcinnet. Martene Coll. II. 939, Bouquet Rec. XV. 920, Migne 200 p. 832. — „Et generositas sanguinis".
„ 16.	„	12082 (8117) Henrico, archiepiscopo Remensi, B. et R. clericos absolutos excommunicatione commendat. Martene Coll. II. 941, Migne 200 p. 833. — „B. et R."
„ 18.	„	12083 (8118) Henrico, archiepiscopo Remensi, concedit, ut Arnulfum de Landast, „qui pro violenta manuum iniectione in presbyterum sententiam excommunicationis incurrerit", absolvat. Martene Coll. II. 941, Bouquet Rec. XV. 921, Migne 200 p. 834. — „Cum tibi sicut".
„ 20.	„	12084 (Geraldo) episcopo et canonicis S. Stephani Lemovicensibus praecipit, ut populum episcopatus non solum ecclesiam cathedralem sed etiam, iuxta antiquam consuetudinem, monasterium S. Martialis annuatim visitare cogant. S(tephanum) archiepiscopum Bituricensem de mandato suo certiorem factum esse scribit. Loewenfeld Epistolae p. 142. — „Conquerentibus nobis".
„ 23.	„	12085 (8119) W(illelmo) Autissiodorensi et M(atthaeo) Trecensi episcopis mandat, iudicent inter (Stephanum), episcopum Eduensem, et Seguinum, abbatem S. Potentiani Castri-Censorii. Bouquet Rec. XV. 921, Charmasse Cart. de l'év. d'Autun p. 249, Migne 200 p. 834. — „Cum dilecti filii".
(„)	(„)	12086 (8120) (Stephano), episcopo Eduensi, praecipit, „quatenus canonicis S. Potentiani de Castro-Censorii auctoritatem suam nequaquam opponat, quominus electionem eorum canonice factam ratam habeat". Bouquet Rec. XV. 923, Charmasse Cart. de l'év. d'Autun p. 251. — „Quanto arctius".

1171—1172.

Iun. 25. Tusculani 12087 (8121) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut „de reditibus, quos abbas Caladiensis, schismatica contagione respersus, habeat in provincia eius, abbatissae S. Petri Remensis damna illata resarciri“ iubeat. Martene Coll. II. 942, Migne 200 p. 836. — „Ex transmissa relatione“.

„ 26. „ 12088 (8122) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, cogat milites quosdam dioecesis Suessionensis, ut fratribus S. Iohannis de Vineis ablatam decimam de Cervenai restituant. Martene Coll. II. 942, Migne 200 p. 837. — „Conquesti sunt nobis“.

„ 29. „ 12089 (8799) Capitulum ecclesiae Bremensis docet, laicos ad eligendum archiepiscopum non esse admittendos, „licet in electione pontificis favor principis debeat assensusque requiri“. Lappenberg Hamb. Urk. I. 215, Migne 200 p. 1270. De tempore vide Below Die Entstehung des ausschl. Wahlr. der Domkapitel p. 49, ubi epistola non satis accurate a. 1171 ascribitur. — „Relatum est“.

Iul. 6. „ 12090 Capitulo Mediolanensi confirmat „consuetudines et traditiones, quemadmodum in autentico scripto Galdini archiepiscopi continentur“. Pflugk-Harttung Iter p. 273. — „Iustis petentium“.

„ 8. „ 12091 R(aimundo) abbati et fratribus S. Ruffi indulget, ut chrisma, oleum sanctum, consecrationes altarium seu basilicarum, ordinationes clericorum ab episcopo dioecesano suscipiant, si catholicus fuerit et gratis ea facere voluerit, alioquin eis alium antistitem adire liceat. Codex dipl. ord. S. Ruffi, quem composuit et possidet Ulyses Chevalier Romanensis, f. 15. — „Quotiens a nobis“.

„ 8. „ 12092 (8123) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, compellat abbatem Compendiensem et Petrum de Tornella et R. filium eius, ut villas Prunastr., Fabarol. et Mesvilers, quas violentis vexaverint exactionibus, „in ea libertate et immunitate, in qua tempore canonicorum fuisse noscantur, dimittant“. Martene Coll. II. 943, Bouquet Rec. XV. 923, Migne 200 p. 837. — „Homines trium“.

„ 11. „ 12093 (8124) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut Wermundum militem importata G. canonico Catalaunensi damna sarcire cogat. Martene Coll. II. 944, Migne 200 p. 838. — „Conquerente nobis G.“

„ 14. „ 12094 (8125) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ne Sebertum civem a Calvino et eius uxore vexari de domo quadam sinat. Martene Coll. II. 946, Migne 200 p. 839. — „Querelam Seberti“.

„ 14. „ 12095 (8126) Henrico, archiepiscopo Remensi, Iohannem Multonem commendat. Martene Coll. II. 946, Migne 200 p. 839. — „Cum dilectus filius“.

„ 15. „ 12096 (8127) (Henrico), archiepiscopo Remensi, significat, allatum sibi esse, „magistrum scholarum Catalaunensis ecclesiae in terra abbatis S. Petri de Montibus sibi scholarum magisterium vindicare, et nullum per abbatem ibi regere scholas permittere“. Mandat, praecipiat tam abbati quam magistro scholarum, „ne aliquem probum et et litteratum virum regere scholas in civitate vel suburbiis, ubi voluerit, prohibeant“. Sirmondi Opp. III. 880, Bouquet Rec. XV. 924, Mansi XXI. 952, Migne 200 p. 840. — „Dilectus filius noster“.

„ 16. „ 12097 (8128) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ne T. clerici ecclesiam de Acciticuria vexari a Guidone, episcopo Catalaunensi, patiatur, utque A. de Possessa, nobilem virum, illata eidem clerico damna sarcire cogat. Martene Coll. II. 947, Migne 200 p. 840. — „Ex conquestione T.“

„ 25. „ 12098 (8129) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat petente P(hilippo) comite Flandrensi, ut Drogonem „circa (Petrum) Cameracensem electum manere permittat“. Martene Coll. II. 948, Bouquet Rec. XV. 924, Migne 200 p. 841. — „Auditis gravibus et“.

„ 26. „ 12099 (8130) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut Odonis de S. Dionysio et Pagani Anglici et uxoris eius, quondam filiae Genovefae de S. Germano, „super quadam fenestra, quae est super pontem magnum primum“ (Parisiensem), controversiam decernat. Martene Coll. II. 948, Migne 200 p. 842. — „Causam, quae inter“.

„ 26. „ 12100 (8131) Henricum, archiepiscopum Remensem, monet, ut canonicos Compendienses tueatur. Martene Coll. II. 949, Bouquet Rec. XV. 925, Migne 200 p. 842. — „Illos speciali“.

„ 27. „ 12101 Praeposito Magalonensi concedit, ne in ecclesias ad eius ordinationem pertinentes episcopus Magalonensis interdicti sententiam promulgare audeat. Mém. de la soc. de Montpellier V. 525. — „Si quando postulatur“.

		1171—1172.
Iul. 29.	Tusculani	12102 R(adulpho) decano et capitulo Ambianensi bullam tribuit. Neues Archiv VII. 101. — „In his quae“.
Aug. 3.	„	12103 (8132) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, persuadeat Ludovico, Francorum regi, ut filium suum coronandum curet. „Nam“ inquit „illustris imperator Constantinopolitanus (Manuel) providere cupiens, ne imperium suum aliqua posset mutatione turbari, filium, cum vix sit triennis, iam fecit coronari et ei totum imperium iuramento fidelitatis astringi, et hoc idem alias sublimes personas fecisse vidimus“. Martene Coll. II. 950, Bouquet Rec. XV. 925, Migne 200 p. 843. — „Dum attendimus et“.
„ 5.	„	12104 (8133) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, hortetur B. clericum et R. socium eius, ut canonico S. Iohannis de Burgo Laudunensi de illatis iniuriis satisfaciant. Martene Coll. II. 951, Migne 200 p. 844. — „Ex litteris venerabilis“.
„ 8.	„	12105 (8134) (Petro abbati S. Remigii Remensis?) mandat, cogat Rolandum, ut Euronio, excommunicatione soluto, res ablatas restituat. Sirmondi Opp. III. 883, Mansi XXI. 954, Migne 200 p. 844. — „Ex transmissa conquestione“.
„ 9.	„	12106 (8135) Petro, abbati S. Remigii Remensis, mandat, ut Guidonis orphani haereditatem contra N. eiusque nepotes tueatur. Sirmondi Opp. III. 860, Mansi XXI. 930, Migne 200 p. 845. — „Ex parte Guidonis“.
„ 9.	„	12107 (8136) (Petro) abbati et capitulo S. Remigii Remensis commendat M. clericum, cui beneficium ecclesiasticum tribuant. Sirmondi Opp. III. 880, Mansi XXI. 951, Migne 200 p. 845. — „Pastoralis cura“.
„ 15.	„	12108 Quae abbates Corbeienses (d. Ambian.) de mense sua conventui Corbeiensi contulerint, ea confirmat. (Bulla Iohanni abbati directa est.) In bibl. nat. Paris. Cart. de Corbie ms. lat. 17759. s. XIII—XIV. f. 36. — „Relatum est nobis“.
„ 22.	„	12109 (8137) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut R. et Willelmum, ecclesiae S. Donatiani Brugensis canonicos, excommunicet, quod R. presbyterum ignominiose expulerint, utque presbyterum in integrum restituat. Sirmondi Opp. III. 859, Mansi XXI. 930, Migne 200 p. 846. — „Constitutus in“.
„ 27.	„	12110 (8138) (Petro), abbati S. Remigii, et Fulconi, decano Remensi, mandat, iudicent inter Constantium subdiaconum et G. de Poegni. Sirmondi Opp. III. 882, Mansi XXI. 953, Migne 200 p. 847. — „Constitutus in“.
Sept. 7.	„	12111 (8140) Ecclesiam Strengnesensem tuendam suscipit, eiusque possessiones „et specialiter Neeric, sicut a rege et ab Eskilo, Lundensi archiepiscopo, confirmata est“, corroborat, petente Guillelmo episcopo. Sirmondi Opp. III. 869, Liljegren Dipl. Suec. I. 86, Örnhjälm Hist. Sueon. p. 538, Mansi XXI. 940, Migne 200 p. 848. — „Fratres et coepiscopos“.
„ 8.	„	12112 (8141) Colonem, episcopum Lincopiensem, approbat, quem memorat creatum esse, cum Stenar. episcopus „claustralem quietem episcopali honori praeposuisset et pontificalem dignitatem (licet absque auctoritate Romani pontificis) in manu Eskili Lundensis archiepiscopi, apostolicae sedis legati, et regalia coram rege et primatibus regni libere et spontanee resignasset“. Sirmondi Opp. III. 868, Liljegren Dipl. Suec. I. 85, Ornhjälm Hist. Sueon. p. 535, Mansi XXI. 939, Migne 200 p. 849. — „Ex dispensatione“.
„ 9.	„	12113 (8142) (Stephano) archiepiscopo Upsaliensi eiusque suffraganeis scribit, accepisse se, apud eos „quasdam mulieres prolis suae procurare interitum, earumque corruptores tam horrendo et detestando facinori non solum consentire, verum etiam illud persuadere; alios incestuosa coniunctione, plerosque cum iumentis abominanda se pollutione commaculare; quosdam sacerdotes cum sicca faece vini vel cum micis panis, vino intinctis, missam celebrare; fideles laicos absque sacerdotali benedictione et missa matrimonium contrahere“. Quae scelera exstirpari iubet. Sirmondi Opp. III. 866, Liljegren Dipl. Suec. I. 83, Örnhjälm Hist. Sueon. p. 507, Mansi XXI. 937, Migne 200 p. 850. — „Vice beati Petri“.
„ 9.	„	12114 (8143) (Stephanum) archiepiscopum Upsaliensem eiusque suffraganeos et Guthermum ducem hortatur, ne amplius Finnis (qui „semper, imminente sibi exercitu inimicorum, fidem servare christianam promittant, et praedicatores et eruditores christianae legis desideranter requirant, et recedente exercitu, fidem abnegent, praedicatores contemnant et graviter persequantur“) auxilium ferant, „nisi“ inquit „munitiones,

1171—1172.

si quas habent, vobis tenendas assignent, aut alias adeo sufficientem cautionem exhibeant et securitatem, quod amodo nullatenus pedes retrahere valeant". Sirmondi Opp. III. 870, Liljegren Dipl. Suec. I. 87, Örnhjälm Hist. Sueon. p. 491, Rydberg Sverg. Trakt. I. 84, Mansi XXI. 940, Migne 200 p. 852. — „Gravis admodum".

Sept. 9. Tusculani 12115 (8144) (Augustinum) archiepiscopum Trundensem et A(mundum) quondam episcopum Stavengriensem hortatur, ut Fulconi, Estonum episcopo, „qui ad convertendam gentem illam ministerium praedicationis et laborem proponat assumere, Nicolaum monachum, de gente illa oriundum, in socium concedant". Sirmondi Opp. III. 870, Liljegren Dipl. Suec. I. 88, Örnhjälm Hist. Sueon. p. 492, Bunge Livl. Urkundenb. I. 5, Mansi XXI. 941, Migne 200 p. 852. Cf. Reuter III. 776. — „Lex divina et".

„ 9. „ 12116 (8145) (Theobaldo), episcopo Ambianensi, et Petro, abbati S. Remigii Remensis, mandat, iudicent inter (Gualterum) episcopum Tornacensem et Danielem presbyterum, ab episcopo ecclesia privatum. Sirmondi Opp. III. 857, Mansi XXI. 927, Migne 200 p. 853. — „Cum olim Daniel".

„ 10. „ 12117 (8146) (Stephanum) archiepiscopum Upsaliensem et universos suffraganeos eius tam in Suetia, quam in Gothia constitutos ad abolendas pravas quasdam consuetudines hortatur: ne ecclesiae beneficiaque ecclesiastica a laicis concedantur, neu clerici subire laicorum iudicia cogantur. Sirmondi Opp. III. 860, Liljegren Dipl. Suec. I. 77, Örnhjälm Hist. Sueon. p. 500, Rydberg Sverg. Trakt. I. 86, Mansi XXI. 931, Migne 200 p. 854. — „Constituti a domino".

„ 11. „ 12118 (8147) Reges et principes et alios Christi fideles per regna Danorum, Norwegensium, Guetomorum (Sueorum?) et Gothorum constitutos hortatur, ut Estones et „alios paganos illarum partium, adversus Dei fideles et christianae fidei cultores gravius insurgentes", bello persequantur; iisque eandem peccatorum veniam proponit, qua „sepulcrum dominicum visitantes" fruantur. Sirmondi Opp. III. 866, Liljegren Dipl. Suec. I. 82, Rydberg Sverg. Trakt. I. 93, Bunge Livl. Urkundenb. I. 5, Mansi XXI. 936, Migne 200 p. 860. — „Non parum animus".

„ 16. „ 12119 (8149) (Theobaldo), episcopo Ambianensi, et Petro, abbati S. Remigii Remensis, mandat, cognoscant de causa (Gualteri), episcopi Tornacensis, a Daniele, presbytero S. Iohannis Gandavensis, violentae exactionis accusati. Sirmondi Opp. III. 858, Mansi XXI. 929, Migne 200 p. 862. — „Cum ex insinuatione".

„ 17. „ 12120 (8150) Universos Dei fideles per Daciam constitutos hortatur, ut Fulconis, Estonum episcopi „ad convertendam gentem illam totis viribus elaborantis", inopiam sublevent. Sirmondi Opp. III. 865, Bunge Livl. Urkundenb. I. 7, Mansi XXI. 936, Migne 200 p. 862. — „Omnes, qui pie".

(„) „ 12121 *Fulconi, episcopo Estonum, ecclesias dedicare clericosque ordinare permittit. Celse Appar. ad hist. Sueo-Gothicam p. 36 (cum hac nota: „Habetur in bull. ms. Peringskioldensi ad a. 1161"); cf. Bunge Livländ. Urk.-Regest. p. 3 (ad a. 1171?).

„ 17. „ 12122 (8151) Universos tam clericos quam laicos Lincopiensis episcopatus hortatur, ut C(oloni) episcopo, „sicut bonae memoriae Giloni praedecessori illius fecerint", obediant. Sirmondi Opp. III. 871, Liljegren Dipl. Suec. I. 88, Örnhjälm Hist. Sueon. p. 536, Mansi XXI. 941, Migne 200 p. 863. — „Decet universitatem".

„ 29. „ 12123 (8152) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, compellat abbates et fratres S. Pauli Virdunensis ecclesiaeque Regiae-vallis ac Trium-fontium, ut Hodeardi de Maderiis et filiis eius debitam pecuniam persolvant. Martene Coll. II. 952, Migne 200 p. 864. — „Ex transmissa nobis".

„ 29. „ 12124 (8153) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut abbates fratresque S. Benedicti de Vepria et de Villario ac S. Leonis Tullensis debita Hodeardi de Maderiis et filiis eius solvere cogat. Martene Coll. II. 952, Migne 200 p. 864. — „Ex parte Hodeardis".

„ 29. „ 12125 (8154) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, cogat abbates et fratres de Insula et de Prisneio, ut debitam Hodeardi de Maderiis et filiis eius pecuniam exsolvant. Martene Coll. II. 953, Migne 200 p. 865. — „Ex parte Hodeardis".

Oct. 4. „ 12126 (8155) Marsicano, Pennensi, Valvensi episcopis et clericis Teatinis ac Furconiensibus mandat, ut excommunicationem, quam Leonas abbas Piscariensis in Berardum Gentilem eiusque fratres et in Rogerium filium Riccardi eiusque fratres edixerit, observent, utque schismaticos monasterii Farfensis clericos, qui in terra Sansonesca

1171—1172.

contra Leonatis interdictum sacra procuraverint, excommunicatos declarent. Muratori R. It. SS. II. II. 909, Migne 200 p. 865. — „Varias et".

Oct. 4. Tusculani 12127 (8156) Leonati, abbati Piscariensi, significat, se Berardum Gentilem eiusque fratres et Rogerium filium Ricardi eiusque fratres cohortatum esse, ut damna ei illata intra dies 15 sarcirent; quod nisi fecerint, eos excommunicet. Muratori R. It. SS. II. II. 908, Migne 200 p. 866. — „Nuntium et".

Dec. 15. „ 12128 (8157) Nonantulanis significat, se I(ldebrando), basilicae XII. apostolorum presbytero cardinali, legato apostolico, dedisse negotium, in monasterium se conferret, ut eorum aes alienum levaret, disciplinamque emendaret. Tiraboschi St. di Non. II. 274, Migne 200 p. 867. — „Attendentes onera".

12129 (8158) Ubaldo, episcopo Ostiensi, et archipresbytero et canonicis Velitrensibus concedit, ut testamenta, „quae parochiani eorum coram presbytero suo et tribus vel duobus aliis idoneis personis in extrema voluntate fecerint, firma permaneant". (Ex registri libro XIII.) App. conc. Lat. L. 20, Comp. I. L. 3. t. 22. c. 9, Decr. Greg. L. III. t. 26. c. 10, Borgia Ist. di Velletri p. 240. — „Cum esses frater".

1172. *(Ind. 5. — 25. Sept. — 6, pont. a. 13. — 20. Sept. — 14, 1171. — 25. Mart. — 1172.)*

Ian. 6. Tusculani Dominicum abbatem Casinensem consecrat „in epiphania". Annal. Casinenses 1172 in MG. SS. XIX. 312.

„ 13. „ 12130 Parthenonis S. Mariae Warivillensis tutelam suscipit, possessionesque confirmat. In bibl. nat. Paris. Coll. Grenier t. 257. f. 240. — „Prudentibus virginibus".

„ 22. „ 12131 (8159) Ecclesiam Caesaraugustanam tuendam suscipit eiusque possessiones ac privilegia confirmat, petente Petro episcopo. Arruego Cat. ep. p. 674, Migne 200 p. 867. — „In apostolicae sedis".

„ 25. „ 12132 (Henrico), episcopo Gurcensi, et Salzburgensi et Gurcensi praepositis ac canonicis Salzburgensibus ita scribit: „Sane super eo, quod de regimine et provisione ipsius ecclesiae nobis vestris litteris significastis, ante rei exitum, qui maxime debet attendi, non potuimus, sicut non debuimus, aliquatenus dispensare, nec vos decet a nobis dispensationem re imperfecta exigere". Promittit, se pro ecclesiae eorum utilitate, „salva honestate, dispensative acturum esse". Meiller Reg. arch. Salisb. p. 483. n. 16 (epistolam hanc a. 1171 tribui vult; puto vero eam non multo ante ep. 12153 scriptam esse). — „Gravamina, onera et".

„ 25. „ 12133 *Comitibus Urgellensibus ceterisque provinciae Tarraconensis magnatibus praecipit, ut G(uillelmo) archiepiscopo, a sese consecrato, obediant. In bibl. nat. Paris. Coll. Baluze t. 238. f. 173.

„ 26. „ 12134 Ecclesiae Tarraconensi factas a Raimundo, quondam comite Barcinonensi, donationes, petente Willelmo archiepiscopo confirmat. Villanueva Viage literario XIX. 293. — „Ad hoc in".

„ 26. „ 12135 (8160) Ildefonsum, regem Aragonensem, laudat, quod Robertum et Berengarium, eorumque matrem atque heredes ob interfectum Hugonem, archiepiscopum Tarraconensem, edicto regio proscripserit. Sub interdicto et excommunicatione praecipit, ut illos in omne tempus e regno eiiciat, dimidiamque possessionum partem ecclesiae Tarraconensi tribuat. Marca Marca Hisp. p. 1357, Aguirre Conc. V. 89, Mansi XXI. 1070, Migne 200 p. 870. — „Suggesto nobis, quod".

„ 28. „ 12136 Archidiacono, primicerio, decano et capitulo Barcinonensi scribit, statuisse se consilio Willelmi, archiepiscopi Tarraconensis, quondam eorum episcopi, ut cum in duobus tantum altaribus, sex aliis praetermissis, divina officia celebrarentur, unumquodque proprium semper habeat sacerdotem, ad divina obsequia deputatum. Martene Thes. IV. 600. — „Ea quae ad".

„ 28. „ 12137 (8017) C(onradum), archiepiscopum Moguntinum, apostolicae sedis legatum, monet, ne inter monasterium S. Zenonis Veronense et cives Ferrarienses de castro Ostiliensi diiudicatam ab Oberto ab Orto controversiam redintegret. Opus enim sibi esse „inter civitates Lombardiae et eorum cives hoc tempore praecipue pacem et concordiam ponere et ad eorum unitatem intendere. Jaffé Bibl. III. 407, (Ughelli It. sacra V. 794, Migne 200 p. 770. — „Dilecti filii".

„ 29. „ 12138 Monasterium S. Nicolai Furnense, „in locum campestrem (Buttenburg) trans-

1172. *(Ind. 5. — 25. Sept. — 6, pont. a. 13. — 20. Sept. — 14. 1171. — 25. Mart. — 1172.)*

latum", tuendum suscipit, possessionesque et iura confirmat, petente Hugone abbate. Chronicon et cartul. S. Nicol. Furnens. p. 68. — „Commisse nobis dignitatis".

Febr. 15. Tusculani 12139 (8161) Ecclesiam Tarantasiensem, petente Petro archiepiscopo, tuendam suscipit, et eius bona ac iura confirmat. Besson Mém. p. l'hist. eccl. de Génève p. 365, Gall. Chr. XII. Instr. p. 385, Migne 200 p. 870. — „In apostolicae sedis".

„ 17. „ 12140 Monasterii Vadi Ulmi tutelam suscipit ac disciplinam, possessiones, privilegia confirmat. Ex chartul. S. Evurtii p. 503 ms. lat. 10089 in bibl. nat. Paris. misit Delisle; Coll. Baluze t. 78. f. 72bis in eadem bibl. — „Religiosam vitam".

„ 21. „ 12141 (8162) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, iudicet inter abbatem S. Urbani et abbatem Dervensem. Martene Coll. II. 886, Migne 200 p. 779. — „Causam, quae inter".

„ 26. „ 12142 Galando abbati S. Auberti Cameracensis privilegium dat. Neues Archiv VII. 101. — „Officii nostri".

„ 28. „ 12143 (8163) (Rotrodo), archiepiscopo Rotomagensi, et (Theobaldo), episcopo Ambianensi, mandat, ut Gilbertum, episcopum Londinensem „in confinium regis Francorum et regis Angliae, in marchiam videlicet, convocent ante se, et si cum sexta manu iuraverit, quod nec scripto nec verbo vel facto regem scienter provocaverit, propter quod Thomas, archiepiscopus Cantuariensis, occisus fuerit, ei officii plenitudinem restituant". Epist. S. Thomae ed. Giles II. 68, Migne 200 p. 872. — „Fraternitati vestrae non".

„ 29. „ 12144 Heriberto abbati S. Theoderici Remensis bullam tribuit. Neues Archiv VII. 101. — „Desiderium quod".

Mart. 15. „ 12145 (8164) Ecclesiae S. Salvatoris Fratensis protectionem suscipit, bonaque confirmat, petente Ippolito priore. Mittarelli Ann. Cam. IV. app. p. 35, Gloria Cod. dipl. Pad. II. 222. — „Quoties id a" „Quotiens illud a".

„ 17. „ 12146 (8165) Parthenonem S. Cosmae Taliacotiensem tuendum suscipit, eiusque possessiones ac iura confirmat, petente Advisa abbatissa. Gattulae Hist. Cas. p. 802. — „Quotiens illud a".

„ 25. „ 12147 (8166) Galdino, archiepiscopo Mediolanensi, apostolicae sedis legato, de eligendo primicerio scribit. Saxii Arch. Med. ser. p. 574, Migne 200 p. 874. — „Ex litteris tuis".

Apr. 7. „ 12148 *Monasterio S. Edmundi privilegia concedit. Vide Chronica Iocelini de Brakelonda ed. Rokewode p. 107, Battely Antiqu. S. Edm. p. 79.

„ 11. „ 12149 (8167) Canonicis ecclesiae S. Victoris Parisiensis gratulatur, quod eorum ecclesia a (Stephano) Bituricensi et (Willelmo) Senonensi archiepiscopis in pristinum statum restituta sit, et quod, cum Ero(isius) abbas praesentibus A(lberto) tit. S. Laurentii in Lucina et T(heodino) tit. S. Vitalis presbyteris cardinalibus, legatis suis, abdicasset, honestum successorem elegerint. Duchesne Hist. Fr. SS. IV. 605, Martene Coll. VI. 254, Bouquet Rec. XV. 913, Mansi XXI. 995, Migne 200 p. 876. — „Quanto ecclesia vestra".

„ 11. „ 12150 (8168) Guarinum, novum ecclesiae S. Victoris Parisiensis abbatem, fungi officio iubet. Martene Coll. VI. 255, Duchesne Hist. Fr. SS. IV. 606, Bouquet Rec. XV. 913, Mansi XXI. 995, Migne 200 p. 877. — „Intellecto et cognito".

„ 20. „ 12151 Monasterii Marcianensis tutelam suscipit, eiusque bona ac iura confirmat, petente Iohanne abbate. In bibl. nat. Paris. Cartul. de Marchiennes, nouv. acquis. lat. 1204. s. XIX ex. f. 199, (Neues Archiv VII. 101). — „Religiosam vitam eligentibus".

Mai. 9. „ 12152 Ecclesiae Toletanae eiusque archiepiscopo Celebruno monasterium S. Servandi cum omnibus possessionibus sub censu annuo concedit. Neues Archiv VI. 299. — „Devotionis et fidei".

Iun. 12. („) 12153 (8496) Salzburgensi et Gurcensi praepositis respondet, se dolere molestias eorum ecclesiae (i. e. Salzburgensis); ad quam H(ildebrandum) basilicae XII apostolorum presbyterum cardinalem, apostolicae sedis legatum, non accessisse, tum quod, cum Tarvisium venisset, a quibus deduceretur, non reperisset, tum quod „rectores Marchiae", inquit „dubitantes et timentes, ne sine ipsis cum F(riderico) dicto imperatore pacem componeremus, eidem cardinali prohibuerunt, ne ultra progrederetur". Reprehendit, quod testibus nuntiis A(delberti), archiepiscopi Salzburgensis, nec litteras suas eidem archiepiscopo tradiderint, et „per Bavariam, Poloniam et Bohemiam, Germaniam et Ungariam publice fecerint praedicari", ipsum archiepiscopi deiectionem

1172. *(Ind. 5. — 25. Sept. — 6, pont. a. 13. — 20. Sept. — 14, 1171. — 25. Mart. — 1172.)*

intendere. Nuncios sibi retulisse, archiepiscopum „litteras, quas pater eius (rex Bohemiae) ab imperatore obtinuisset, recipere noluisse, sed omnino earum abhorruisse adimplere tenorem, volentem in fide catholica firmiter permanere"; eosdemque negasse, „archiepiscopum ornamenta ecclesiae cuidam sortilegae et incantatrici delegasse". Haec addit: „nos ei (archiepiscopo) non possumus nec debemus nostrum denegare auditum, vel causam illius aliis iudicibus committere". Pez Thes. anecd. VI. I. 389, Migne 200 p. 1120. De tempore cf. Fechner in Arch. f. K. österr. Gesch.-Qu. XXI. 308, Reuter III. 82, Meiller Reg. arch. Salisb. p. 123. — „Cum toties replicetis".

Iun. 16. | Tusculani | 12154 Henrico, episcopo Gurcensi, fines episcopatus ac vicariatum ecclesiae Salzburgensis confirmat. Reg. in Arch. f. Kunde österr. Gesch. XIV. 158. — „Fratres nostros".

„ 24. | „ | 12155 (8169) Monasterium S. Mariae de Monte-laeto tuendum suscipit, eiusque possessiones ac privilegia confirmat, petente Vibiano abbate. Yepes Coronica general III. app. p. 33, Aguirre Conc. V. 90, Migne 200 p. 878. — „Immaculata Dei".

„ 24. | „ | 12156 (8170) *Monasterii S. Mariae Hiraxensis privilegia confirmat. Oihenarti Not. utr. Vasc. p. 97.

„ 28. | „ | 12157 (8171) Rainaldo, archiepiscopo Barensi et Canusino, bullam tribuit. (Fragmentum). Baronii Annal. ed. Mansi XIX. 397. — „In apostolicae sedis".

Iul. 18. | „ | 12158 Monasterii S. Mariae Bandusiani possessiones confirmat, bulla ad Damianum abbatem. Pflugk-Harttung Iter p. 273. — „Officii nostri".

„ 25. | „ | 12159 (8172) Monasterii S. Mariae Tremitensis protectionem suscipit possessionesque ac privilegia confirmat, petente Anastasio abbate. Muratori Ant. It. V. 441, Migne 200 p. 880. — „Apostolicae sedis auctoritate".

„ 29. | „ | 12160 Monasterii S. Richarii tutelam suscipit, possessionesque et privilegia confirmat, petente Richero abbate. In bibl. nat. Paris. Coll. Moreau t. 77. f. 187, Coll. Grenier t. 257. f. 236. — „Ideo sumus licet".

Sept. 12. | „ | 12161 (8173) Compositionem factam inter D(ominicum) abbatem Casinensem et (Iohannem) episcopum Fundanum confirmat. Gattulae Hist. Cas. p. 262, Migne 200 p. 882: „II. id. Sept."; Tosti St. di Montec. II. 208: „XI. kal. Sept.". — „Ea, quae iudicio".

„ 20. | „ | 12162 (8174) H(enrico), Anglorum regi, reportatam de gente Hibernica victoriam gratulatur. Monet, ut Hibernos ad veram fidem revocet. Haec addit: „Et quia Romana ecclesia aliud ius habet in insula, quam in terra magna et continua, nos eam spem tenentes, quod iura ipsius ecclesiae non solum conservare velis, sed etiam ampliare, et ubi nullum ius habet, id debeas sibi conferre, rogamus: ut in praescripta terra iura beati Petri nobis studeas sollicite conservare, et si etiam ibi non habet, tua magnitudo eidem ecclesiae eadem iura constituat et assignet". Rymer Foedera I. 45, Liber munerum public. Hibern. IV. 54, Migne 200 p. 883. — „Celebri fama".

„ 20. | „ | 12163 (8175) Reges et principes Hiberniae hortatur, ut „fidelitatem, quam Henrico Anglorum regi sub iuramenti religione fecerint, cum debita subiectione firmam et inconcussam servare curent". Rymer Foedera I. 45, Liber munerum public. Hibern. IV. 54, Migne 200 p. 884. — „Ubi communi fama".

„ 20. | „ | 12164 (8176) Christiano, episcopo Lesmorensi, apostolicae sedis legato, et Gel(alio) Armachensi, Donato Cassiliensi, Lawr(entio) Dublinensi et Catholico Tuamensi archiepiscopis et eorum suffraganeis mandat, ut Henrico Anglorum regi „ad manutenendam et conservandam terram Hibernicam et ad extirpandam inde tantae abhominationis spurcitiam, quantum poterint, diligenter et viriliter assistant". Rymer Foedera I. 45, Liber munerum public. Hibern. IV. 54, Migne 200 p. 885. — „Quantis vitiorum enormitatibus".

Oct. 10. | „ | 12165 (8177) Ecclesiam Patavinam tuendam suscipit, canonicorumque bona confirmat, petente Wilfredo archipresbytero. Orsato Hist. di Pad. p. 333, Gloria Cod. dipl. Pad. II. 261, Migne 200 p. 886. — „Ideo nobis est".

„ 18. | „ | 12166 Monasterii S. Iustinae et S. Prosdocimi Patavini protectionem suscipit, possessionesque et privilegia confirmat. Dominico abbati eiusque successoribus, interventu G(erardi) episcopi Patavini, usum mitrae concedit. Gloria Cod. dipl. Pad. II. 263. — „Quotiens illud a".

Nov. 8. | „ | 12167 (8178) Hugoni, Burgundiae duci, permittit, ut in fundo apud Divionem b. Petro oblato ecclesiam condat. Miraei Opp. dipl. I. 708, Bouquet Rec. XV. 927, Mém. de la comm. de la Côte-d'Or. VI. 167, Migne 200 p. 888. — „Petitionibus nobilium".

1172. *(Ind. 5. — 25. Sept. — 6, pont. a. 13. — 20. Sept. — 14, 1171. — 25. Mart. — 1172.)*

Nov. 16. Tusculani — 12168 (8179) Monasterii de Cona protectionem suscipit, possessionesque ac iura confirmat. Marrier Mon. S. Martini de Campis p. 304, Migne 200 p. 889. — „Piae postulatio voluntatis".

„ 26. „ — 12169 Monasterium Talmundense tuendum suscipit, bonaque eius et privilegia confirmat. Cart. de Talmond p. 128, Mem. de la soc. des antiqu. de l'ouest, Année 1872. p. 192. — „Officii monet et".

Dec. 18. „ — 12170 (8180) Parthenonem S. Mariae Siningthuaitensem tuendum suscipit et eius bona ac privilegia confirmat, petente Christiana priorissa. Monast. Anglic. I. 828, nov. ed. V. 465. 466, Migne 200 p. 890. — „Quotiens illud a".

„ 20. „ — 12171 Ecclesiae Venafranae protectionem suscipit, possessionesque eius et privilegia confirmat, petente Raynaldo episcopo. Sannicola Dell' ant. chiesa di Venafro p. 37, (D'Avino Cenni storici p. 276 et 277). — „Cum ex iniuncto nobis".

„ 31. „ — 12172 Monasterii S. Stephani Gallanensis possessiones et iura confirmat, petente Beraldo abbate. Pflugk-Harttung Iter p. 274. — „Pie postulatio".

12173 (8181) *Conventui S. Augustini Cantuariensi „ecclesias de Menstre et Fauresham ad reparationem ecclesiae igne consumptae confirmat"; conceditque „ut liceat iis, in parochialibus ecclesiis clericos eligere ac dioecesano episcopo praesentare". Chronica W. Thorn ap. Twysden R. A. SS. II. 1815, cf. ibid. p. 2255.

c. 1172.

12174 (Henrico) Anglorum regi, concessum ab Adriano IV. Hibernici regni dominium („salvo beato Petro et sacrosanctae Romanae ecclesiae, sicut in Anglia sic et in Hibernia, de singulis domibus annua unius denarii pensione") ratum habet et confirmat, „quatenus eliminatis terrae illius spurcitiis, barbara natio, quae Christiano censeatur nomine, morum induat venustatem et, redacta in formam hactenus informi finium illorum ecclesia, gens ea Christianae professionis nomen cum effectu de cetero consequatur". Usserius Ep. Hib. syll. p. 80, Liber mun. publ. Hib. IV. 53, Giraldi Cambr. Expug. Hib. L. II. c. 5 in Opp. ed. Dimock V. 318. Idem Giraldus libro suo De instructione principum, ed. Lond. 1846. p. 53, hoc privilegium inseruit, ita praefatus: „Sicut a quibusdam impetratum asseritur aut confingitur, ab aliis autem unquam impetratum fuisse negatur". Cf. supra epp. 12162 sq. — „Quoniam ea quae".

1170—1173.

12175 (8183) Theobaldo et clericis ecclesiae S. Anast. (al. S. Luciae) Veronensis significat, sententiam ab I(ldebrando) basilicae 12 apostolorum et a R(aimundo) episcopo Brixiensi „secundum Veronensis civitatis consuetudinem" contra eum prolatam, a sese irritam factam esse. Coll. Cass. LI. 16, Comp. I. L. 2. t. 19. c. 10, Decr. Greg. L. II. t. 27. c. 8. — „Cum causa, quae".

1171—1173.

Ian. 4. Tusculani — 12176 (8184) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut R. de Adversa, nisi dimissam mulierem reducat, excommunicatione afficiat. Martene Coll. II. 875, Migne 200 p. 891. — „Veniens ad apostolicae".

„ 6. „ — 12177 (8185) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, compellat C. militem de Taisneria, B. militem de Romeriis, alios, ut ablata ecclesiae Maricolensi restituant. Martene Coll. II. 876, Migne 200 p. 892. — „Ex transmissa conquestione".

„ 6. „ — 12178 (8186) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, cogat Lambertum de Nigella et Oilardum de Landrecies, ut ecclesiae Maricolensi ablatam decumam restituant. Martene Coll. II. 877, Migne 200 p. 893. — „Querelam abbatis".

„ — 12179 (8377) B(artholomaeo) Exoniensi et R(ogero) Wigorniensi episcopis et (Clarembaldo) abbati Faureshamensi mandat, ut monasterium S. Augustini Cantuariense, „quod non solum in temporalibus, sed et in spiritualibus ad ultimum venisse defectum videatur", reformare studeant, utque, si cognoverint, quod absque amotione electi (Clarembaldi) et quorundam monachorum reformari non possit, eos amoveant aliasque idoneas personas substituant. Liverani Spicil. Liber. p. 546, (Chronica W. Thorn ap. Twysden H. A. SS. II. 1817). — „Cum ex suscepti".

„ — 12179a Martino, abbati Prataliensi, concessam a Gerardo, episcopo Patavino, licentiam,

1171—1173.

ut in ecclesia de Villa-nemoris baptismus fiat, confirmat. Gloria Cod. dipl. Padov. II. 264. — „Intelleximus ex litteris".

12180 (8187. 8987) B(artholomaeo), episcopo Exoniensi, respondet, quibus poenitentiis afficiendi sint „illi, qui animo occidendi Thomam, quondam archiepiscopum Cantuariensem, aut feriendi, aut capiendi, citra vel circa manuum iniectionem se fateantur venisse, illi, qui se asserant animum regis inflammasse ad odium, unde forte fuerit homicidium subsecutum, ii, qui se dicant illius sancti viri et suorum post mortem eius occupasse spolia, illi, qui sola excommunicatorum participatione se reos esse cognoscant, clerici, quos constet armatos interfuisse tanto facinori, illi clerici, qui consilium illud dederint, ut vir sanctus caperetur". Scribit, si scolares vel clerici infra puberes annos sese invicem aut unus alium percusserit, eos non esse ad apostolicam sedem mittendos". Addit de monachis, canonicis regularibus, ostiariis, officialibus. Gilberti Foliot epist. ed. Giles II. 80, App. conc. Lat. XIV. 1. 7. 8. 9. 10, XXXV. 1, Coll. Lips. VII. 1. 9. 10. 11, X. 1, Coll. Cass. XIX. 1. 9. 10. 11, LXIV. 5, Coll. Bamb. VII. 1. 7. 8. 9, X. 1, Comp. I. l. 5. t. 10. c. 7, l. 5. t. 34. c. 2. 3. 4. 5, Decr. Greg. L. V. t. 12. c. 6, L. V. t. 39. c. 1. 2. 3. 4, Migne 200 p. 894. — „Sicut dignum est" „Super eo vero quod" „Monachi vero et" „Si vero aliquis" „Si vero alicuius" „Officialis pro".

1172—1173.

Ian. 18. Tusculani — 12181 (8188) Episcopo Urgellensi mandat, cogat Raymundum de Miravall presbyterum, qui fratrum Populetensium „grangiam fregerit et inde primicias violenter extraxerit", ut damna monachis illata sarciat, abreptaque restituat. Finestres Hist. de Poblet II. 427. — „Dilecti filii nostri".

„ 20. „ — 12182 (8189) W(illelmo), archiepiscopo Tarraconensi, et eius suffraganeis mandat, ut Hugonem abbatem et fratres monasterii Populetensis tueantur. Finestres Hist. de Poblet II. 426. — „Ad bonae opinionis".

12183 (8190) (Willelmo) episcopo Carnotensi respondet de presbytero, qui „cum alterius coniuge infra ecclesiam frequenter dormierit". (Ex registri libro XIV.) App. conc. Lat. L. 21, Coll. Cass. XXI. 7, Comp. I. l. 5. t. 13. c. 6, Decr. Greg. L. V. t. 17. c. 5. — „Significasti nobis, quemdam".

12184 (8191) Episcopi Vidrosiensis (leg. Nidrosiensis), apostolicae sedis legati, quaestionibus respondet. (Ex registri libro XIV.) App. conc. Lat. L. 22, Coll. Cass. LVIII. 36, Comp. I. l. 5. t. 36. c. 9, l. 4. t. 20. c. 2, Decr. Greg. L. IV. t. 19. c. 2, L. V. t. 40. c. 14. — „Quaesivit a nobis".

1173. *(Ind. 6. — 25. Sept. — 7, pont. a. 14. — 20. Sept. — 15, 1172. — 25. Mart. — 1173.)*

Ian. 27. Signiam — pervenit „6. kal. Febr.". Annal. Ceccanenses 1173 in MG. SS. XIX. 286.

Febr. 2. Signiae — „in die purificationis b. Mariae" Thomam quondam archiepiscopum Cantuariensem inter sanctos dicat, et eius memoriam coli die 29. m. Decembris iubet. Bosonis card. Vita Alexandri ap. Watterich II. 420.

„ 2. „ — 12185 (8192) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut E. decanum S. Quintini „in benedictione nuptiarum et in sepulturis mortuorum seu in quibuslibet etiam aliis sacramentis ecclesiasticis nihil exigere compellat". Martene Coll. II. 953, Migne 200 p. 896. — „Meminimus, nos scripsisse".

„ 2. „ — 12186 (8193) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut G. decanum de Unacort, qui „in desponsationibus mulierum in ecclesia de Ioi non permittat celebrari divina, nisi sibi pro pretio vini duo aut tres solidi assignentur, ab officio suspensum apostolico faciat conspectui praesentari". Martene Coll. II. 954, Migne 200 p. 897. — „Simoniacam pravitatem".

„ 3. „ — 12187 M(auritio) episcopo Parisiensi et abbati S. Germani de Pratis mandat, iudicent inter fratres Corbeienses et Branenses, super decimis de Barli litigantes. In bibl. nat. Paris. Cartul. de Corbie ms. lat. 17761. s. XV. f. 113. — „Ex transmissa conquestione".

„ 8. „ — 12188 *Fratribus de Eleemosyna extra muros Duacenses permittit, ut presbyterum instituant, qui divina celebret et sacramenta eis impendat. Alienos vero ad divina officia admitti vel ad sepulturam recipi vetat. Pilate-Prévost Table chron. d. arch. de Douay p. 9.

„ 8. („) — „ecclesiam S. Paterniani cum omnibus pertinentiis Templariis dat". Annal. Ceccanenses 1173 in MG. SS. XIX. 286.

1173. *(Ind. 6. — 25. Sept. — 7, pont. a. 14. — 20. Sept. — 15, 1172. — 25. Mart. — 1173.)*

Febr. 16.	Signiae	12189 Abbati et fratribus S. Bertini Sithiensis concedit, ne quis „in ecclesias ad eorum iurisdictionem spectantes absque iusta causa interdicti sententiam promulget". Ex bibl. nat. Paris. Coll. Moreau t. 84. f. 120. Misit Delisle. (Iohannis Longi chron. S. Bert. in MG. SS. XXV. 815.) — „Quanto de religionis".
„ 18.	„	12190 (8194) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, compellat G. presbyterum et P. et R. milites ac R. de Cismai, ut fratribus ecclesiae S. Salvatoris Virtuensis ablata restituant. Martene Coll. II. 955, Migne 200 p. 897. — „Ex parte dilectorum".
„ 25.	„	12191 (8195) Monasterii S. Salvatoris et S. Rotrudis Andrensis protectionem suscipit, bonaque ac privilegia confirmat, petente Petro abbate. MG. SS. XXIV. 710, (D'Achery Spic. II. 812, Migne 200 p. 898). — „Quotiens illud a".
„ 19.	„	12192 (Pontio) episcopo Claromontensi et O. archidiacono Bituricensi mandat, hortentur sub interdicti poena Agnetem, uxorem b. m. Archembaldi de Borbono, ut ecclesiae Silviniacensi debitas trecentas marcas solvat. (Verba „pont. a. IV." certe aliena manu addita sunt.) Mon. pont. Arvern. p. 291, Mém. de l'acad. de Clermont-Ferrand XIX. 283. — „Ex transmissa relatione".
„ 27.	„	12193 Ingelr(amo) episcopo et canonicis Glasguensibus decimas et ecclesias quasdam asserit. Registrum ep. Glasg. I. 22. — „Iustis petentium desideriis".
Mart. 4.	„	12194 (8196) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut ablatam Hugoni presbytero ecclesiam restitui ab abbate Aquicinctensi iubeat; utque de Iesse presbytero, qui post appellationem ad sese factam ecclesiam receperit, poenas capiat. Martene Coll. II. 955, Migne 200 p. 899. — „Conquerente nobis Hugone".
„ 8.	„	12195 (8197) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, iudicet inter canonicos S. Martini et clericos S. Mariae Laudunenses. Martene Coll. II. 956, Migne 200 p. 899. — „Causam, quae inter".
„ 8.	„	12196 *Bullae Bartholomaeo, abbati S. Martini Laudunensi, hoc die datae meminit Steph. Baluzius in Collectione sua 51 f. 131 in bibl. nat. Paris.
„ 10.	„	12197 (8198) Canonicis ecclesiae Ripariensis addicit ecclesias duas, a Stephano quondam episcopo Claromontensi donatas. Ulciensis eccl. chartar. p. 20. — „Iustis petentium".
„ 10.	„	12198 Monasterii Troarnensis possessiones quasdam confirmat, petente Giliberto abbate. In bibl. nat. nat. Paris. Chartul. Troarnens. ms. lat. 10086. s. XIV. f. 10. — „Iustis petentium desideriis".
„ 10.	„	12199 (8199) Alberto tit. S. Laurentii in Lucina, et Theodwino S. Vitalis presbyteris cardinalibus, apostolicae sedis legatis, de Thoma, quondam archiepiscopo Cantuariensi, capite ieiunii sanctorum ordinibus ascripto significat. Mandat, ut litteras de ea re suas regibus et monachis Cantuariensibus et ecclesiae Anglicanae „assignent". Gilberti Foliot epist. ed. Giles II. 58, Migne 200 p. 900. — „Quamvis nonnulla de".
(„)	(„)	12200 (8200) Alberto et Theodewino presbyteris cardinalibus mandat, „quatinus ecclesiam Cantuariensem faciant reconciliari, ita tamen ut sacramentum pristinae dedicationis non debeat iterari, sed, sicut soleat fieri in ecclesia b. Petri, tantum aqua benedicta aspergatur". Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 882, Gilberti Foliot epist. ed. Giles II. 58, Migne 200 p. 900. — „Mandamus vobis".
„ 12.	„	12201 (8201) Priori et monachis ecclesiae Cantuariensis gratulatur de Thoma, quondam archiepiscopo, capite ieiunii in sanctorum numerum relato. Mandat, ut corpus eius, „facta solemni processione, aliquo praecipuo die, in altari honorifice recondant". Epist. S. Thomae ed. Giles II. 39, ed. Lupus p. 879, Mansi XXI. 905, Migne 200 p. 900. — „Gaudendum est universitati".
„ 12.	„	12202 R(oberto) praeposito et canonicis Insulanis petentibus, ecclesiae eorum sepulturam liberam esse decernit. Pflugk-Harttung Acta I. 252. — „Apostolicae sedis auctoritate".
„ 12.	„	12203 (8202) Clero et populo totius Angliae Thomam, quondam archiepiscopum Cantuariensem, capite ieiunii in sanctorum numerum ascriptum nunciat, cuius „natalem diem passionis solemniter annis singulis celebrari" iubet. (Inscriptio certe eadem erat ac in sequenti epistola.) Epist. S. Thomae ed. Giles II. 75, ed. Lupus p. 880, Migne 200 p. 901, (Mansi XXI. 906). — „Redolet Anglia".
„ 13.	„	12204 (8203) Eiusdem epistolae exemplar (archiepiscopis et episcopis et aliis ecclesiarum praelatis et universo clero ac populo per Angliam constitutis inscriptum et)

1173. *(Ind. 6. — 25. Sept. — 7, pont. a. 14. — 20. Sept. — 15, 1172. — 25. Mart. — 1173.)*

		die „III. id. Mart." datum memorat Rad. de Diceto Im. Hist. ap. Twysden H. A. SS. I. 569, ed. Stubbs I. 369, Wilkins Conc. I. 475. — „Redolet Anglia".
Mart. 14.	Signiae	12205 (8204) Ecclesiae S. Stephani Divionensis protectionem suscipit, disciplinamque et possessiones ac iura confirmat, petente Her(berto) abbate. Hist. de S. Estienne de Dijon Pr. p. 112, Migne 200 p. 902. — „Apostolici moderaminis".
„ 17.	„	12206 Abbati et fratribus S. Ebrulfi scribit de decimis et oblationibus ecclesiae S. Petri de Nidis. Ex chartul. S. Ebrulfi I. 158 in bibl. nat. Paris. Misit Delisle. — „Suggestum est".
„ 18.	„	12207 Inter fratres Troarnenses et capitulum Baiocense compositionem super iuribus quibusdam factam approbat. In bibl. nat. Paris. Chartul. Troarnense ms. lat. 10086. s. XIV. f. 14. — „Ea quae compositione".
„ 18.	„	12208 Transactionem inter monasterium Troarnense et (Iohannem) comitem de Pontiaco super iure patronatus factam et ab (Henrico) Anglorum rege ac (Rotrodo) archiepiscopo Rotomagensi firmatam laudat. In bibl. nat. Paris. Chartul. Troarnense ms. lat. 10086. s. XIV. f. 111 (et f. 16). — „Suggestum est nobis".
„ 20.	„	12209 (8205) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ne fratres S. Medardi a feneratoribus quibusdam vexari de usuris patiatur. Martene Coll. II. 956, Migne 200 p. 904. — „Conquerentibus nobis".
„ 21.	„	12210 (8206) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut presbyterorum decanatus Virtuensis et capituli S. Stephani Catalaunensis de cerae censu controversiam disceptet. Martene Coll. II. 957, Migne 200 p. 904. — „Significaverunt nobis".
„ 23.	„	12211 Fratribus Ursicampi vineas de Bayri asserit. (Huius bullae, perperam Alex. IV. tributae, quae sint prima verba, nobiscum communicavit Delisle.) Peigné-Delacourt Cart. d'Ourscamp p. 302. n. 484. — „Iustis petentium".
„ 23.	„	12212 Ecclesiae Lucensis possessiones et iura confirmat, petente Hugone archipresbytero. Pflugk-Harttung Iter p. 274. — „Iustis votis".
„ 25.	„	12213 Ecclesiae Glasguensis tutelam suscipit, possessionesque et libertates confirmat, petente Salomone decano. Registrum ep. Glasg. I. 25. — „Quotiens illud a nobis".
„ 25.	„	12214 (8207) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ne P. presbytero communionem reddat, donec A. presbytero S. Mauricii domum quamdam restituerit. Martene Coll. II. 959, Migne 200 p. 905. — „Si bene meminimus".
„ 28.	Anagniae	12215 (8208) Monasterii S. Sabini Placentini possessiones et privilegia confirmat, petente Savino abbate. Campi Hist. di Piac. II. 361, Ughelli It. sacr. II. 218, Migne 200 p. 905. — „Officii nostri".
„ 28.	„	12216 (8209) Ecclesiam S. Eustorgii Mediolanensem tuendam suscipit, eiusque bona et privilegia confirmat, petente Philippo praeposito. Giulini Mem. di Mil. VI. 544, Migne 200 p. 907. — „Quotiens illud a".
„ 31.	„	12217 (8210) Ecclesiam Lausannensem tuendam suscipit canonicorumque possessiones confirmat. Mém. et doc. de la société de la Suisse Rom. VII. 20, Migne 200 p. 908. — „Quotiens illud a".
Apr. 2.	(„)	12218 (8211) Willelmo, archiepiscopo Senonensi, et eius suffraganeis significat, Thomam, quondam archiepiscopum Cantuariensem, „in capite ieiunii" in numerum sanctorum relatum esse. Diem, quo interfectus sit, singulis annis celebrari iubet. (Pro „Tusculani" est „Anagniae" legendum.) Sirmondi Opp. III. 886. — „Redolet Anglia".
(„)	(„)	12219 (8212) (Waltero), episcopo Aversano, mandat, ut Thomae, archiepiscopi Cantuariensis, „solemnitatem annuatim cum magna veneratione celebret et a parochianis suis praecipiat generaliter celebrari, et fratres suos comprovinciales ad celebrandam illius martyris festivitatem invitet attentius". Epist. S. Thomae ed. Giles II. 88, ed. Lupus p. 881, Migne 200 p. 910. — „Quia (al. Qui) vice beati".
„ 7.	„	12220 Ecclesiae Ulciensis protectionem suscipit, possessionesque ac iura confirmat, petente Nicolao praeposito. Pennotti Ord. cler. can. hist. ed. Rom. p. 493, ed. Colon. p. 506, (Ulciensis eccl. chartar. p. 10 cum additam. in Miscel. di stor. ital. XX. 571). — „Officii nostri".
„ 8.	„	12221 (8213) Monasterii Bellilocensis protectionem suscipit, possessionesque confirmat, petente Giraldo abbate. Gall. Chr. ed. 1. T. IV. 152, Migne 200 p. 911. — „Religiosam vitam eligentibus".
„ 12.	„	12222 Universis praelatis provinciae Salzburgensis praecipit, ut (Adelberto) archiepiscopo

1173. *(Ind. 6. — 25. Sept. — 7, pont. a. 14. — 20. Sept. — 15, 1172. — 25. Mart. — 1173.)*

Salzburgensi obediant et „ad vocationem eius, nisi rationabilis causa eos detineat, incunctanter accedant", nuntiosque F(riderici) imperatoris, ab eo excommunicatos, evitent. Meiller Reg. arch. Salisb. p. 484. n. 20. — „In viris ecclesiasticis".

Apr. 20. Anagniae 12223 Monasterium S. Laurentii Aversanum tuendum suscipit eiusque possessiones ac iura confirmat, petente Abdone abbate. Pflugk-Harttung Iter p. 274. — „Effectum iusta".

„ 22. „ 12224 Monasterii S. Petri-Coeli-aurei Papiensis protectionem suscipit, bonaque et iura confirmat. Wiener Sitzungsber. XCIV. 671, (Pennotti Ord. cler. can. hist. ed. Rom. p. 204, ed. Col. p. 206). — „Apostolicae sedis".

„ 26. „ 12225 Ecclesiae Dolensis bona confirmat. (Clausula corrupta.) Fragm. in chartul. episc. Dol. p. 18, cod. 5211c in bibl. nat. Paris. Misit Delisle.

Mai. 29. „ 12226 Ecclesiae Brundisinae possessiones et privilegia confirmat, bulla ad Willelmum archiepiscopum. (Cf. infra 12231.) Pflugk-Harttung Iter p. 274. — „Cum ex iniuncto".

Iun. 16. „ 12227 (8393) W(illelmo) archiepiscopo Tarraconensi, ap. sed. legato, asserit „honorem illum, quem Raimundus, quondam comes Barcinonensis, in Ilerda et Dertusa ei, quando captae fuerunt, concessit". Villanueva Viage lit. XIX. 294, Marca Marca Hispanica p. 1357, Aguirre Conc. V. 89, Mansi XXI. 1071, Migne 200 p. 1048. — — „Inducit nos et".

„ 20. „ 12228 (8214) Monasterium S. Petri Mutinense tuendum suscipit, eiusque bona ac iura confirmat, petente Geminiano abbate. (Arte phototypica expressa apud) Sickel Mon. graph. III. 9, (Muratori Ant. It. V. 349, Gloria Cod. dipl. Padov. II. 254, Migne 200 p. 912). — „Religiosam vitam".

Iul. 1. „ 12229 (8215) Ecclesiae S. Donatiani Brugensis protectionem suscipit, bonaque ac iura confirmat, Roberto praeposito, Aketto decano et canonicis petentibus. Miraei Opp. dipl. III. 53, (et IV. 25), Migne 200 p. 913. — „Effectum iusta postulantibus".

„ 13. „ 12230 Ecclesiae S. Andreae Burdegalensis protectionem suscipit, possessionesque confirmat, petente Geraldo decano. Archives histor. de la Gironde XIII. 359. — „Quotiescunque illud a".

„ 29. „ 12231 *Willelmo, archiepiscopo Brundisino, pallii usum concedit; ecclesiae eius possessiones et iura confirmat. D'Avino Cenni storici p. 104. (An eadem ac 12226?)

Aug. 3. „ 12232 (8216) W(illelmo), archiepiscopo Senonensi, sedis apostolicae legato, Turonensi et (Bertrando) Burdigalensi archiepiscopis, (Willelmo) Cenomanensi, (Iohanni) Pictaviensi, (Godefrido) Andegavensi, (Eliae) Agennensi, (Matthaeo) Trecensi, (Gualtero) Lingonensi episcopis ac Arten. (Guarino?) electo et canonicis ecclesiae Bituricensis mandat, sub poena excommunicationis parochianos suos ad exsolvenda iura et decimas ecclesiae b. Martini adigant. Rec. sur S. Martin de Tours p. 23, Migne 200 p. 914. — „In conservandis ecclesiarum".

„ 7. „ 12333 (8217) Ecclesiae S. Martini Turonensis protectionem suscipit, possessionesque confirmat. (Fragmentum.) Rec. sur St. Martin de Tours p. 18, Launoii Opp. III. II. 67, Migne 200 p. 915. — „Cum omnibus ecclesiis".

„ 9. „ 12234 *In ecclesia Brugensi praepositum sine consensu Philippi comitis Flandrensis eligi vetat, quia secundum antiquam consuetudinem praepositus Brugensis cancellarius Flandriae fiat. Inventaire des arch. de Lille p. 47.

„ 16. „ 12235 Petro abbati et fratribus Massiliensibus asserit ecclesias et universa iura parochialia vallis Tritensis, a XL retro annis possessa. Coll. des Cartulaires IX. 231. — „Quia disponente".

„ 28. „ 12236 (8281) Henricum, archiepiscopum Remensem, hortatur, ut una cum (Petro) Tarantasiensi, W(illelmo) Senonensi archiepiscopis et (Pontio) episcopo Claromontensi atque (Alexandro) abbate Cisterciensi, (Theoderico) priore Cartusiensi et G. (Oddone?) magistro domus militiae Templi inimicitias inter Ludovicum Francorum et Henricum Anglorum regem, „toti Christianitati et praesertim orientali terrae gravissimas", studeat exstinguere. Martene Coll. II. 989, Bouquet Rec. XV. 937, Migne 200 p. 962. — „Cum de discordia".

Sept. 9. „ 12237 (8218) Ecclesiam Carnotensem tuendam suscipit et eius possessiones iuraque confirmat, petente Gaufrido abbate. Gall. Chr. VIII. Instr. p. 339, Lépinois et Merlet Cart. I. 191, Migne 200 p. 915, (Theodori Poenitentiale II. 427). — „Ideo sumus".

1173. *(Ind. 6. — 25. Sept. — 7, pont. a. 14. — 20. Sept. — 15, 1172. — 25. Mart. — 1173.)*

Sept. 28.	Anagniae	12238 (8219) Ecclesiam b. Thomae Teatinam tuendam suscipit eiusque bona confirmat, petente Andrea episcopo. Ughelli It. sacr. VI. 707, Migne 200 p. 917. — „In eminenti“.
Oct. 5.	„	12239 Monasterii S. Mariae et S. Evodii Branensis protectionem suscipit, possessionesque et iura confirmat, petente Balduino abbate. Ex chartul. Branen. p. 10 Parisiis in tabul. nat. LL. 1583. Misit Delisle. — „Quotiens illud a“.
„ 14.	„	12240 Parthenonis S. Mariae Minerviensis protectionem suscipit et possessiones confirmat, petente Caracola abbatissa. In tabular. Mediolan. Ex schedis Iafféi; Wiener Sitzungsber. XCIV. 671. — „Ad hoc universalis“.
„ 26.	„	12241 (8220) Oddoni, magistro militiae templi Hierosolymitani, et eius successoribus ac fratribus varia privilegia concedit. Rymer Foedera I. 27, Migne 200 p. 919. — „Omne datum optimum“.
Nov. 10.	„	12242 Ecclesiam Panicensem (prope Bononiam) tuendam suscipit, eiusque bona et iura confirmat, petente Gualfredo plebano. Wiener Sitzungsber. XCIV. 671. — „Quotiens illud a“.
„ 18.	„	12243 (8221) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, compellat Willelmum, castellanum de S. Audomaro, ut monasterio Maricolensi ablata restituat. Martene Coll. II. 993, Migne 200 p. 923. — „Ex transmissa conquestione“.
„ 20.	„	12244 (8222) Monasterii Castellensis protectionem suscipit, bonaque ac privilegia confirmat, petente Radulfo abbate. Hugo O. P. A. I. Pr. p. 381, Miraei Opp. dipl. IV. 26, Migne 200 p. 924. — „Religiosam vitam eligentibus“.
„ 30.	„	12245 (8223) Henrico, archiepiscopo Remensi, nunciat, se excommunicationis sententiam ab eo in Iohannem de Novis-aedibus prolatam confirmasse. Martene Coll. II. 994, Migne 200 p. 925. — „Significante nobis magistro“.
Dec. 4.	„	12246 (8224) Monasterii S. Iohannis Valentianensis protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat, petente Gisleberto abbate. Miraei Opp. dipl. II. 829, Migne 200 p. 926. — „Desiderium, quod ad“.
„ 23.	„	12247 (8225) Henrico, archiepiscopo Remensi, et eius suffraganeis, mandat, Ludovicum, Francorum regem, „sollicite moneant et inducere laborent, ut ad habendam pacem cum Henrico, rege Anglorum, animum suum, quantum salvo honore suo fieri poterit, clementer inclinet et Orientali terrae per potentiam regni sui celeri virtute succurat; homines quoque, qui sint de provincia Remensi propensius animent, ut secundum exhortationem (Bernardi) Liddensis episcopi et subprioris dominici sepulcri, qui propter hoc ad Ultramontanas partes legatione fungantur, defensioni eiusdem terrae fideliter et diligenter intendant“. Martene Coll. II. 994, Bouquet Rec. XV. 938, Migne 200 p. 927. — „Non sine gravi“.
	„	12248 (8286) Archiepiscopis, episcopis, abbatibus et aliis ecclesiarum praelatis et universo clero per Angliam et cismarinam terram regis Anglorum constitutis significat, se Henrico regi denunciasse, nisi a (Petro) archiepiscopo Tarantasiensi, (Pontio) episcopo Claremontensi et (Theoderico) priore Cartusiensi admonitus intra dies 40 Ludovici Francorum regis filias filiis suis restituisset, fore ut provincia, in qua illae detinerentur, interdicto afficerentur. Duchesne Hist. Fr. SS. IV. 769, Bouquet Rec. XV. 940, Mansi XXI. 1032, Migne 200 p. 965, (Coll. Lips. LIX. 51, Coll. Cass. LVIII. 35, Coll. Bamb. LI. 34, Comp. I. l. 4. t. 1. c. 13, Decr. Greg. L. IV. t. 1. c. 11). De tempore cf. Reuter III. 178. — „Non est vobis“.
	„	12249 *Bertrando, archiepiscopo Tranensi, et Palmerio, abbati S. Stephani Monopolitano, mandat, iudicent inter Theodorum, episcopum Callipolitanum, et Paganum, abbatem Neritonensem. D'Avino Cenni storici p. 437.

1160—1174.

Apr. 20.	Anagniae	12250 Galtero abbati et fratribus S. Vincentii Laudunensibus concedit, ne episcopus eorum plus quam unam procurationem in festivitate S. Vincentii ab eis exigere debeat. In bibl. nat. Paris. Coll. Grenier t. 267. f. 241. — „Nihil est quod“.
Mai. 21.	„	12251 T(eoderico) praeposito, H(ugone) decano et capitulo Cameracensi petentibus confirmat ea, quae de conferenda „tertia praebenda, ad concessionem capituli pertinenti“, constituerint. Pflugk-Harttung Acta I. 253. — „Sicut nobis imminet“.

1160—1174.

12252 (8226) (Willelmo), episcopo Norwicensi, respondet, „vicarios, si personatum sibi falso assumentes contra personas se erexerint, in eodem episcopatu ad officii sui executionem non esse admittendos". (Fragmentum.) Gesta Henrici, olim Benedicto Petroburg. tributa, 1175 ed. Stubbs I. 87, App. conc. Lat. XXXIX. 4, Comp. II. l. 2. t. 16. c. 1, Decr. Greg. L. V. t. 31. c. 6. — „Illud etiam de vicariis".

12253 (8227) W(illelmo), episcopo Norwicensi, scribit de „frustratoriis appellationibus", de falsis testimoniis, de corruptis litteris apostolicis; monet, ut „personas ecclesiarum suis et dominorum fundi authenticis scriptis praemuniat". Addit de sacerdote, qui litteras suas interpolaverit. Gilberti Foliot epist. ed. Giles II. 95, cf. ibid. p. 94, Migne 200 p. 929, (App. conc. Lat. X. 5, Coll. Lips. XLVII. 4, Coll. Cas. LI. 4, Coll. Bamb. XLII. 3, Comp. I. l. 2. t. 20. c. 4, l. 5. t. 16. c. 3, Decr. Greg. L. II. t. 20. c. 20, t. 28. c. 4). — „Ex tenore litterarum" („Personas ecclesiarum").

1163—1174.

12254 (8228. 9205) R(ogero), episcopo Wigorniensi, scribit de iis, „qui se ecclesiasticae professionis esse fingentes, cum tamen ecclesiastica beneficia habeant, matrimonia contrahant", de iis, qui „licet filii sacerdotum existant, patribus suis in ecclesiis quasi hereditario iure succedant", de sacerdotibus fornicariis. Gilberti Foliot epist. ed. Giles II. 97, App. conc. Lat. XVIII. 6. 7, XIX. 4, Coll. Lips. LXIV. 5. 6, Coll. Cass. XXXIII. 4, LXIII. 5. 6, Coll. Bamb. XXIII. 4, LV. 5. 6, Comp. I. l. 1. t. 9. c. 3, l. 3. t. 2. c. 6, l. 3. t. 3. c. 4, Decr. Greg. L. I. t. 17. c. 3, Migne 200 p. 930. — „Inter cetera sollicitudini(s)" „De sacerdotibus" „Praesentium tibi" „Praesentium etiam" „Praesentium auctoritate".

12255 (8229) Rogero, episcopo Wigorniensi, respondet de puniendis sacerdotibus fornicariis. (Fragmentum.) Gesta Henrici, olim Benedict. Petroburg. tributa, 1175 ed. Stubbs I. 85. — „Si quis sacerdos vel".

1173—1174.

Mart. 27. Anagniae — 12256 (8230) Henrico, archiepiscopo Remensi, respondet, ut (Rudolpho) „Leodiensi intruso, nisi a schismatica pravitate ad ecclesiae unitatem, devotionem b. Petri et sui redierit, si salvo iure et dignitate Remensis ecclesiae abstinere poterit, in nullo communicet et hominium ab eo, donec in schismate perseveraverit, si absque gravi detrimento eiusdem ecclesiae id possit omittere, non recipiat". Martene Coll. II. 959, Bouquet Rec. XV. 931, Migne 200 p. 931. — „Cum iure et".

" 27. " — 12257 (8231) Henrico, archiepiscopo Remensi, significat, se (Guidoni) episcopo Catalaunensi praecepisse, „ut in appellationibus et ceteris ei sicut metropolitano suo, et cui teneatur in spiritualibus respondere, humiliter deferat". Martene Coll. II. 960, Bouquet Rec. XV. 932, Migne 200 p. 931. — „Ex parte tuae".

" 28. " — 12258 (8232) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ne abbati Dervensi, donec sententiae in causa inter ipsum et canonicos S. Nicolai Catalaunenses latae paruerit, communionem reddat. Martene Coll. II. 961, Migne 200 p. 932. — „Dilecti filii nostri".

Apr. 2. " — 12259 (8233) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, iudicet inter fratres Cussiacenses et canonicos S. Petri Laudunenses, de decimis quibusdam litigantes. Martene Coll. II. 961, Migne 200 p. 932. — „Dilecti filii nostri".

" 8. " — 12260 (8234) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut Henrico subdiacono ecclesiam de Arsi intra viginti dies post litterarum susceptionem vel invito (Hugone), episcopo Suessionensi, tribuat. Martene Coll. II. 962, Migne 200 p. 933. — „Cum olim nobis".

" 9. " — 12261 (8235) Henricum, archiepiscopum Remensem, rogat, ut infirmos fratres de Osdayn „capellanum habere et oratorium cum coemeterio construere permittat"; decimas ab eis exigi non sinat. Martene Coll. II. 963, Migne 200 p. 934. — „Dolor et miseria".

" 10. " — 12262 (8236) Inter monasterium S. Remigii Remense et fratres Montis-maioris compositionem a G(odefrido) episcopo Avenionensi super iuribus de villae S. Remigii ecclesia S. Martini confirmat. Mabillon Ann. ord. Ben. VI. 645, Migne 200 p. 934. — „Ea, quae iudicio".

" 13. " — 12263 (8237) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut sententiam inter fratres Humolarienses et abbatem de Ribomonte abbatissamque de Monasteriolo ac G(erardum) militem de Bresnoto a (Galtero) Laudunensi et (Balduino) Noviomensi episcopis

1173—1174.

latam observari iubeat. Martene Coll. II. 964, Migne 200 p. 935. — „Significaverunt nobis dilecti“.

Apr. 14. | Anagniae | 12264 (8238) Henrico, archiepiscopo Remensi, de praebenda ecclesiae S. Petri Duacensis Walchero clerico, litterarum latori, tribuenda mandat. Martene Coll. II. 964, Migne 200 p. 935. — „Veniens ad nos dilectus“.

„ 14. | „ | 12265 (8239) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut „a leprosis Sparnacensibus decimas de novalibus suis, quae propriis sumtibus excolant, sive de nutrimentis animalium suorum per canonicos Sparnacenses exigi vel extorqueri nullatenus patiatur“. Martene Coll. II. 965, Migne 200 p. 936. — „Querelam leprosorum“.

„ 17. | „ | 12266 (8240) Henrico, archiepiscopo Remensi, Milonem, nuncium eius, commendat. Martene Coll. II. 966, Migne 200 p. 937. — „Tantam sollicitudinem“.

„ 17. | „ | 12267 (8241) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut An. de Loesi, donec R. subdiacono a quo carceri tradito pecuniam extorsisset, de illatis iniuriis satisfecerit, haberi pro excommunicato iubeat. Martene Coll. II. 966, Migne 200 p. 937. — „Gravem querelam R.“

„ 18. | „ | 12268 (8242) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, compellat G. presbyterum, ut A. presbytero ablatam paroeciam de Nisi restituat. Martene Coll. II. 967, Migne 200 p. 938. — „Querelam A. presbyteri“.

„ 19. | „ | 12269 (8243) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, cogat Matthaeum, civem Catalaunensem, ut Evrardo presbytero ablatam plateam restituat. Martene Coll. II. 968, Migne 200 p. 938. — „Querelam Evrardi“.

„ 19. | „ | 12270 (8244) Henrico, archiepiscopo Remensi, significat, se „nobili viro, Ph(ilippo), comiti Flandrensi, nullam immunitatem contra ius et dignitatem eius indulsisse, neque illum a potestate eius exemisse“. Martene Coll. II. 968, Bouquet Rec. XV. 932, Migne 200 p. 938. — „Cum devotionis et“.

„ 20. | „ | 12271 (8245) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut fratrum Humolariensium et T. de Nigella controversiam super modio salis agitatam decernat. Martene Coll. II. 970, Migne 200 p. 939. — „Iam pridem, si“.

„ 21. | „ | 12272 (8246) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, compellat abbatem Dervensem, ut Ric. et Arn. mercatoribus Flandrensibus marcas argenti 30 restituat. Martene Coll. II. 970, Migne 200 p. 939. — „Constituti in praesentia“.

„ 28. | „ | 12273 (8247) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut monachorum Compendiensium possessiones quasdam et privilegia contra canonicos ipsius ecclesiae tueatur. Martene Coll. II. 971, Migne 200 p. 940. — „Significantibus nobis“.

„ 28. | „ | 12274 (8248) Henricum, archiepiscopum Remensem, monachos Compendienses tutantem laudat. Mandat, interdicat eiusdem ecclesiae canonicis, „ne de antiquo et communi sigillo aliqua faciant scripta bullari, quae in detrimentum monasterii convertantur“. Coll. II. 972, Bouquet Rec. XV. 933, Migne 200 p. 940. — „Dilecti filii nostri“.

„ 28. | „ | 12275 (8249) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut compositionem a S. Remigii et S. Crispini abbatibus factam inter Compendienses et Thenolienses fratres observari iubeat. Martene Coll. II. 972, Migne 200 p. 941. — „Ex transmissa nobis“.

„ 28. | „ | 12276 Universis clericis infra terminos Compendienses commorantibus praecipit, ut (Ansoldo) abbati Compendiensi obediant et „de querelis ad ipsum perlatis, sub eius examine ordine iudiciario experiantur“. Chartul. S. Cornel. Compend. LL. 1622. s. XIII. f. 136 in tabular. nat. Paris., Coll. Moreau t. 70. f. 8 in bibl. nat. Paris. — „Significavit nobis dilectus“.

„ 30. | „ | 12277 (8250) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, hortetur (Bartholomaeum), episcopum Bellovacensem, ne canonicis ecclesiae S. Laurentii pistores, qui eorum molendinum frequentare solent, subtrahat, utque ecclesiam Franci Castelli ablatam eis restituat. Martene Coll. II. 973, Migne 200 p. 941. — „Ex transmissa conquestione“.

Mai. 1. | „ | 12278 (8251) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, compellat magistrum G. Laudunensem, ut Hu. mulieri de Suune libras 18 restituat. Martene Coll. II. 974, Migne 200 p. 942. — „Ex transmissa conquestione“.

2. | „ | 12279 Abbati S. Remigii et decano Remensi mandat, ut infra viginti dies post litteras acceptas presbyteros ecclesiarum S. Iohannis, S. Iacobi et S. Nicolai Gandensium moneant, ut omnium oblationum duas partes fratribus S. Petri reddant. Lokeren S. Pierre à Gand p. 154. — „Ex transmissa conquestione“.

		1173—1174.
Mai. 4.	Anagniae	12280 (8252) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut abbatem Silvae-maioris a Wiscardi et Radulfi de Coceio iniuriis defendat. Martene Coll. II. 974, Bouquet Rec. XV. 934, Migne 200 p. 942. — „Significavit nobis".
„ 13.	„	12281 Inter fratres Valcellenses et ecclesiam S. Andreae de Castello compositionem a Petro, electo Cameracensi, super decimis factam confirmat. In bibl. nat. Paris. Chartul. Valcellens. cop. a. 1872, ms. lat. nouv. acqu. 1206. f. 33, (Neues Archiv VII. 103). — „Ex litteris dilecti".
„ 15.	„	12282 (8254) Henrico archiepiscopo, episcopis, abbatibus et aliis ecclesiarum praelatis archiepiscopatus Remensis, monachos S. Remigii tuendos commendat. Martene Coll. II. 975, Bouquet Rec. XV. 934, Migne 200 p. 946. — „Cum oporteat nos".
„ 18.	„	12283 (8255) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, compellat Paganum et Rainaldum burgenses Remenses, a sede apostolica reversos, ut, quas Alagrino, civi Anagnino, debeant, libras 16 monetae Provinensis nuncio eius exsolvant. Martene Coll. II. 976, Migne 200 p. 946. — „Cum Paganus".
„ 19.	„	12284 (8256) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, compellat Adamum de Villari et eius fratrem, ut Rainoldo ablatam terram restituant. Martene Coll. II. 976, Migne 200 p. 947. — „Ex transmissa questione (an conquestione?)".
„ 19.	„	12285 Fratribus Compendiensibus ecclesiam S. Clementis, quae vocatur Abbatia, et alia quaedam asserit. Chartul. S. Cornel. Compend. LL. 1622. s. XIII. f. 53 in tabul. nat. Paris., Coll. Moreau t. 71. f. 199 in bibl. nat. Paris. — „Quotiens aliqua ecclesiarum".
„ 20.	„	12286 (8257) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, iudicet inter monachos Compendienses et canonicos ecclesiae S. Clementis. Martene Coll. II. 977, Bouquet Rec. XV. 935, Migne 200 p. 947. — „Pervenit ad nos ex".
„ 21.	„	12287 Monasterio Compendiensi decimas quasdam concedit, statuitque ne in ecclesia eiusdem loci praebendarum vel canonicorum numerus augeatur. Alia addit. Chartular. S. Cornel. Compend. LL. 1622. s. XIII. f. 54 in tabular. nat. Paris., Coll. Moreau t. 74. f. 130 in bibl. nat. Paris. — „Etsi iustas petitiones".
„ 21.	„	12288 (8258) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut vel invitis decano et thesaurario Noviomensibus ecclesiam S. Medardi de Barleus W. presbytero tribuat. Martene Coll. II. 978, Migne 200 p. 948. — „Cum W. presbyter".
„ 26.	„	12289 (8259) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, compellat Ro. de Thori canonicum, ut G. clerico domum quamdam restituat. Martene Coll. II. 978, Migne 200 p. 948. — „Ex transmissa conquestione".
„ 31.	„	12290 Canonicis S. Mariae Blesensibus concessam a Io(scio), archiepiscopo Turonensi, ecclesiam S. Laurentii de Monte Laudato confirmat. Cartul. de Burgo-medio Bles. Coll. Housseau 12. I. f. 72 in bibl. nat. Paris. — „(Iustis) petentium desideriis".
Iun. 1.	„	12291 (8260) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut leprosos de Turribus super Marnam, a monachis eiusdem villae et Evirvino presbytero excommunicatos, absolvat, ac tres de fratribus extra coemeterium sepultos in coemeterium transferri iubeat. Martene Coll. II. 979, Migne 200 p. 949. — „Recepimus querelam".
„ 2.	„	12292 (8261) Fratribus Cartusiensibus significat, se monasterium Gyriense, ab Henrico, episcopo Gurcensi, assentientibus ecclesiae suae praeposito, canonicis ac ministerialibus, conditum, tuendum suscepisse. Zahn Urkundenb. v. Steiermark I. 530, (Pusch et Froehlich Dipl. St. II. 135, Migne 200 p. 949). — „His, que ad".
„ 2.	„	12293 (9155. 9156. 9157. 9158) W(illelmo), archiepiscopo Senonensi, apostolicae sedis legato, respondet 1) appellationem non esse admittendam, „postquam est causa iudicibus appellatione remota commissa", etiamsi altera pars generali appellationis privilegio munita sit; 2) iudicem delegatum contumaces censuris ecclesiasticis coercere posse; 3) „non esse tutum, quemlibet contra iuramentum suum venire, nisi tale sit illud, quod observatum vergat in interitum salutis aeternae"; 4) „si qui vir et mulier pari consensu contraxerint matrimonium et vir, ea cognita, alteram duxerit, eum cogendum esse, secundam dimittere et ad primam redire". Wiener Sitzungsber. XXIV. 65, (App. conc. Lat. VI. 17, VII. 7, X. 11. 12, XVII. 1, Coll. Lips. XVII. 3, XXXV. 6, XLVII. 12. 13, LIX. 31, Coll. Cass. XXXVIII. 3, XLII. 6, LI. 11. 12, LVIII. 20, Coll. Bamb. XIX. 3, XXXIII. 6, XLI. 10. 11, LI. 18, Comp. I. l. 1. t. 2. c. 1, l. 1. t. 21. c. 6, l. 2. t. 17. c. 4, l. 2. t. 20. c. 13, l. 4. t. 4. c. 7, Decr. Greg. L. I.

		1173—1174.
		t. 3. c. 1, t. 29. c. 5, L. II. t. 24. c. 8, t. 28. c. 12). — „Sicut Romana ecclesia" „Super eo vero quod" „Super eo quod" „Praetea super hoc" „Si vero aliquis" „Porro si qui".
Iun. 3.	Anagniae	12294 (8262) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, compellat fratrum hospitalis Hierosolymitani, qui in episcopatu Catalaunensi morantur, adversarios, ut importata iis damna compensent. Martene Coll. II. 979, Migne 200 p. 950. — „Ex parte dilectorum".
„ 4.	„	12295 (8263) Henricum, archiepiscopum Remensem, monet, ut G. diaconum, litterarum latorem, beneficio impertiat. Martene Coll. II. 980, Migne 200 p. 950. — „Licet de universorum".
„ 4.	„	12296 (8264) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut I. presbytero ablatam ecclesiam Villae Senioris restituat. Martene Coll. II. 981, Migne 200 p. 951. — „Rediens ad nos I."
„ 7.	„	12297 (8265) Willelmo, archiepiscopo Tarraconensi, apostolicae sedis legato, eiusque suffraganeis mandat, sub excommunicationis poena (Ildefonsum) regem Aragonensem hortentur, ne Robertum, auctorem necis, Hugoni quondam archiepiscopo Tarraconensi illatae, in regnum recipiat. Marca Marca Hisp. p. 1355, Aguirre Conc. V. 87, Mansi XXI. 1069, Villanueva Viage litter. XIX. 289, Migne 200 p. 952. — „Officio nostro congruit".
„ 9.	„	12298 (8266) Ildefonsum, regem Aragonum, monet, ne Robertum, Hugonis quondam archiepiscopi Tarraconensis interfectorem in regnum recipiat. Addit de epistola ad Willelmum archiepiscopum missa. Marca Marca Hisp. p. 1356, Aguirre Conc. V. 88, Mansi XXI. 1070, Migne 200 p. 952. — „Cum scriptum sit".
„ 11.	„	12299 (8267) Fulconem decanum et canonicos ecclesiae Remensis hortatur, ut, „quod in communione mensae, provisione pauperum, compositione vestium, sedulitate officii atque aliis honestis operibus inter eos noscatur vanitate subrepente dilapsum, ad honestatis formam et statum pristinum reducant". Martene Thes. I. 458, Migne 200 p. 953. — „Quanto plures".
(„)	(„)	12300 (8268) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut canonicorum disciplinam corrigat. Martene Thes. I. 460, Bouquet Rec. XV. 935, Migne 200 p. 954. — „Si iuxta".
„ 16.	„	12301 (8269) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut a canonicis S. Gervasii decimas quasdam restitui fratribus S. Medardi iubeat. Martene Coll. II. 982, Migne 200 p. 955. — „Dilecti filii nostri".
„ 16.	„	12302 (8270) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, compellat comitem Registetensem, ut fratrum S. Medardi Suessionensis hominibus de Iungeri ablata intra viginti dies post litterarum susceptionem restituat. Martene Coll. II. 982, Bouquet Rec. XV. 934, Migne 200 p. 956. — „Pervenit ad audientiam".
„ 17.	„	12303 (8271) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, cogat Petrum, militem Compendiensem, ut ablatam Phy. de Petra-fonte terram reddat. Martene Coll. II. 982, Migne 200 p. 956. — „Ex parte Phy."
„ 17.	„	12304 (8272) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut Ernaldum, qui in B. canonicum Laudunensem „violentas manus iniecerit", excommunicet. Martene Coll. II. 983, Migne 200 p. 957. — „Ex relatione dilecti".
„ 18.	„	12305 (8273) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, compellat Lambertum, ut Iohanni clerico et eius fratri Radulfo, quae abstulerit, restituat. Martene Coll. II. 984, Migne 200 p. 957. — „Venientes ad nos".
„ 20.	„	12306 (8274) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut Iohannem clericum et eius fratrem Radulphum, a (Guidone) episcopo Catalaunensi excommunicatos, pro absolutis haberi iubeat, compellatque episcopum, ut eis expensas necessarias, quas ad sedem apostolicam „veniendo, morando vel redeundo" fecerint, restituat. Martene Coll. II. 985, Migne 200 p. 958. — „Conquerentibus nobis".
„ 23.	„	12307 (8275) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, compellat abbatem Letiensem, ut monasterio Melbodiensi Anor villam restituat. Martene Coll. II. 985, Migne 200 p. 958. — „Relatum est auribus".
„ 25.	„	12308 (8276) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut G. canonicum Laudunensem privari decuma quadam vetet. Martene Coll. II. 986, Migne 200 p. 959. — „Relatum est auribus".

1173—1174.

Iul.	8.	Anagniae	12309 (8277) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, compellat fratres de Eslans (Elantinos), ut subtractam fratribus S. Nicasii pensionem a quatuor retro annis solvendam restituant. Martene Coll. II. 987, Migne 200 p. 960. — „Dilecti filii nostri".
„	11.	„	12310 (8278) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut controversiam vicedomini de Pinconio et abbatis Aquicinctensis super possessionibus quibusdam litigantes diiudicet. Martene Coll. II. 988, Migne 200 p. 960. — „Ex parte vicedomini".
„	15.	„	12311 Praeposito, Fulconi decano et capitulo Remensi litteras dat. Neues Archiv VII. 101. — „Pervenit ad nos".
„	15.	„	12312 Inter monasterium S. Nicolai Ribomontense et Guidonem presbyterum (de Fontanis) super decima de Fillanis actum a R(oberto) episcopo Ambianensi arbitrium confirmat. Stein Cart. de St. Nicol. des Prés sous Ribem. p. 112, (Cartam Roberti a. 1168 datam cf. ibid. p. 114). — „Ea quae compositione".
„	15.	„	12313 Abbati et fratribus S. Nicolai Ribomontensibus scribit de controversia eorum cum monasterio Humolariensi aliisque, commissa (Everardo) episcopo Tornacensi. Compositionem huius confirmat. Stein Cart. de St. Nicol. des Prés sous Ribem. p. 109. — „Ea quae compositione".
„	18.	„	12314 Compositionem inter monasterium S. Nicolai Ribomontense atque (Petrum) abbatem Humolariensem, (Adenam) abbatissam Monasteriolensem Gerardumque de Brenorch ab Hug(one) abbate S. Quintini factam et a B(alduino) Noviomensi ac G(altero) Laudunensi episcopis roboratam confirmat. Stein Cart. de St. Nicol. des Prés sous Ribem. p. 105. — „Ea quae compositione".
„	18.	„	12315 (8279) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut fratrum de Mellento coemeterium ab uno de suffraganeis suis dedicari iubeat. Martene Coll. II. 988, Migne 200 p. 961. — „Significaverunt nobis infirmi".
„	21.	„	12316 (8280) Domum infirmorum fratrum iuxta Remensem civitatem commorantium tuendam suscipit, et „nundinas, quas Henricus archiepiscopus iuxta eam domum annuatim celebrari concessit, scilicet a die paschae usque ad vesperas sequentis dominicae, confirmat". Marlot Metr. Rem. II. 400, Migne 200 p. 961. — „Dignum est et".
„	28.	„	12317 Hugoni abbati et fratribus S. Genovefae scribit, „contineri in scripto quodam, quod b. m. Hen(ricus) quondam Francorum rex fecisse dinoscatur, quod Teudo de Firmitate, quae appelletur Urcha, coram eodem rege pravas consuetudines, quas in villa apostolorum Petri et Pauli et S. Genovefae, quae Marisiacus nominetur, habuerit, ecclesiae eorum remiserit". Quam remissionem confirmat. Loewenfeld Epistolae p. 143. — „Continetur in scripto".
Aug.	11.	„	12318 (Guichardo) archiepiscopo Lugdunensi, apost. sed. legato, et (Roberto?) electo Viennensi mandat, ut de iniuriis satisfaciant, quas eorum parochiani canonicis Romanensibus intulerint. („III. Id. Aug.") Giraud L'abbaye de St.-Barnard I. Preuves p. 211 et II. Preuves p. 111. — „Licet iniuncto nobis".
„	31.	„	12319 (8282) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut F. civem Remensem a S. burgensi S. Remigii de domo quadam vexari vetet. Martene Coll. II. 990, Migne 200 p. 963. — „Ex transmissa conquestione".
Sept.	6.	„	12320 (8283) Henrico, archiepiscopo Remensi, scribit, „cum de contrahendo matrimonio inter filium L(udovici) Francorum regis et filiam illius F(riderici), dicti imperatoris, verbum iam diu sopitum suscitetur, . . . ita laboret efficere, ut vel iam dictum negotium revocetur, aut si revocari non poterit, taliter provideatur, quod ecclesia Dei nullum exinde incommodum sustineat vel iacturam; suadeat regi, „ut contra inimicos suos de caelo quaerat auxilium, non ab homine". Martene Coll. II. 991, Bouquet Rec. XV. 938, Migne 200 p. 964. — „Cum de contrahendo".
„	10.	„	12321 (8284) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, hortetur G(uidonem), episcopum Catalaunensem, ut Horrico clerico, ab abbate Maurimontensi praesentato, ecclesiam S. Iuliani de Helissia restituat. Martene Coll. II. 992, Migne 200 p. 964. — „Decet nos provisioni".
„	30.	„	12322 (8415) Monachis Wessenbrunnensibus praecipit, ne expulsum abbatem schismaticum denuo recipiant, quem (Hartwigus) schismaticus episcopus Augustensis restituere studeat. Leutner Hist. mon. Wessofont. p. 211, Migne 200 p. p. 1059; De tempore vide Adler Herzog Welf VI. und sein Sohn p. 82 et Fechner in Arch. für K. österr. Gesch.-Qu. XXI. 318. — „Retulerunt nobis".

		1173—1174.
Sept. 30.	Anagniae	12323 (8416) Monachis Wessenbrunnensibus scribit, ut Henricum et Carolum fratres recipiant, qui testante Welfonis ducis epistola expulsum abbatem schismaticum repudiaverint. Leutner Hist. mon. Wessofont. p. 210, Migne 200 p. 1059. — „Ex relatione“.
Oct. 17.	„	12324 Consules Placentinos hortatur, ne abbatissam monasterii S. Iuliae Brixiensis iniuriis afficiant, utque litem cum ea de portu et ponte Placentino in praesentia G(aldini) archiepiscopi Mediolanensis, apostolicae sedis legati, et (Oberti) Dertonensis episcopi componant; praecipit, ut „pedagium, quod F(ridericus) imperator et nuntii eius memoratae abbatissae ac monasterio eius solverint, ei cum integritate solvant“. Addit, W. et Er. de Porta, malefactores magistri P. subdiaconi, ecclesiae S. Antonini canonici, „non exhibita sibi corporali praesentia“ absolvendos non esse; sed si W., ita claudicet, quod ad sese accedere non possit, a Galdino archiepiscopo, recepto iuramento, eum anathemate liberatum iri. Boselli Storie Piacentine p. 325. — „Cum monita et mandata“.
„ 20.	„	12325 Clerum populumque Oritanum vituperat, quod quibusdam aures dent, qui discordiam inter eos et Brundisinos seminare conentur. Hortatur, ut archiepiscopo Brundisino obediant. (Melius redigendum videtur ad a. 1160—1179.) Pflugk-Harttung Iter p. 274. — „Miramur plurimum“.
		1174. *(Ind. 7. — 25. Sept. — 8, pont. a. 15. — 20. Sept. — 16, 1173. — 25. Mart. — 1174.)*
Ian. 6.	Anagniae	12326 Statuit, ut mansi in castro Gorge de manibus Tebaldi, civis Anagnini, ad mansos monasterii Villae magnae redeant. Pflugk-Harttung Iter p. 275. — „Cum sepius“.
„ 11.	„	12327 Transmundo, abbati Clarevallensi, et omnibus fratribus eiusdem ordinis in Lombardia constitutis confirmat „immunitatem iuramenti calumniae“, a rectoribus Lombardiae interveniente Manfredo, tit. S. Caeciliae presbytero cardinali, tunc apostolicae sedis legato, concessam. Vignati Storia dipl. della lega Lomb. p. 239. — „Iustis petentium desideriis“.
„ 18.	„	12328 (8287) Gerardo abbati et universo conventui Claraevallensi Bernardum abbatem in numerum sanctorum relatum nunciat. S. Bernhardi Opp. II. 1362, Acta SS. Aug. T. IV. 245, Manrique Ann. Cist. III. 2, Migne 185 p. 624. — „Sicut de religione“.
„ 18.	„	12329 (8288) Universis ordinis Cisterciensis abbatibus significat, Bernardum quondam abbatem Claraevallensem a sese sanctis ascriptum esse. S. Bernhardi Opp. II. 1361, Acta SS. Aug. T. IV. 245, Manrique Ann. Cist. III. 2, Migne 185 p. 623. — „Quoties honesta“.
„ 18.	„	12330 (8289) Archiepiscopis, episcopis, abbatibus, aliisque ecclesiarum praelatis, in regno Franciae constitutis, nunciat, Bernardum quondam abbatem Clarevallensem sanctorum ordinibus ascriptum esse. S. Bernhardi Opp. II. 1360, Acta SS. Aug. T. IV. 244, Manrique Ann. Cist. III. 3, Bouquet Rec. XV. 940, Mansi XXI. 1048, Migne 185 p. 622. — „Contigit olim“.
„ 18.	„	12331 (8290) Ludovico, Francorum regi, Bernardum in sanctos relatum nunciat. Monasterium Claraevallense commendat. S. Bernhardi Opp. II. 1360, Bouquet Rec. XV. 941, Acta SS. Aug. T. IV. 244, Migne 185 p. 623, (Manrique Ann. Cist. III. 3). — „Novit, ut credimus“.
„ 20	„	12332 Transmundo abbati et conventui Clarevallensi grangiam de Valleria asserit. Autogr. in Arch. reg. Mediol. Ex schedis Iafféi: „XIII. kal. Febr.“, Wiener Sitzungsber. XCIV. 673: „XII. kal. Febr.“). — „Iustis petentium desideriis“.
„ 21.	„	12333 *Monasterium Alnense tuendum suscipit eiusque bona confirmat. Devillers Descr. anal. des cart. du Hainaut V. 3.
„ 21.	„	12334 (8291) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, „clericos, sive laicos, qui prioratus, ecclesias et alias possessiones, quae ad Cluniacense monasterium pertinent, locatas vel commendatas habeant sine assensu capituli Cluniacensis“, compellat, „ut eas Cluniacensi monasterio, si de possessionibus locatis, deductis expensis, perceperint, quod pro earum locatione dedissent, restituant“. Martene Coll. II. 999, Migne 200 p. 967. — „Quanto Cluniacense“.
„ 24.	„	12335 Priori et fratribus Cluniacensibus plausum dat, quod (Rodulfum) priorem quondam de Caritate „in magistrum pariter et abbatem“ elegerint. Cui ut obediant, hortatur. Loewenfeld Epistolae p. 143. — „Gratum nobis est“.
„ 28.	„	12336 (8292) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, compellat comitem Registetensem, ut abbati et monachis S. Remigii scholam castri restituat. Homines eiusdem

1174. *(Ind. 7. — 25. Sept. — 8, pont. a. 15. — 20. Sept. — 16, 1173. — 25. Mart. — 1174.)*

abbatis in Aisencella villa ab Anselmi de Possessa iniuriis defendat. Martene Coll. II. 999, Bouquet Rec. XV. 927, Migne 200 p. 967. — „Significavit nobis abbas“.

Ian. 29. Anagniae 12337 (8293) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, abbatis S. Remigii homines, Catalauni degentes, compellat, ut abbati solita servitia praestent. Martene Coll. II. 1000, Bouquet Rec. XV. 928, Migne 200 p. 968. — „Significatum est nobis“.

„ 29. „ 12338 (8294) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, compellat quosdam monasterii S. Remigii adversarios, ut damna monasterio importata sarciant, ablataque bona restituant. Martene Coll. II. 1001, Bouquet Rec. XV. 928, Migne 200 p. 968. — „Insinuatum est auribus“.

„ 30. „ 12339 Ecclesiam S. Mariae Ovensem prope Bozanum tuendam suscipit, eiusque bona ac privilegia confirmat. Bonelli Notizie istoriche III. 168. — „Religiosam vitam eligentibus“.

Febr. 1. „ 12340 (8295) Ecclesiae S. Mariae Montisdesiderii protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat, petente Berengario priore. Bullar. Cluniac. p. 73, Migne 200 p. 969. — „Suscepti regiminis“.

„ 10. „ 12341 (8296) Sententiam, a Milone episcopo Taurinensi latam inter monachos et canonicos S. Ambrosii Mediolanenses, confirmat. Puricelli Ambr. bas. mon. p. 948. — „Significante nobis“.

„ 12. „ 12342 (8297) Monasterii S. Mariae Liskensis protectionem suscipit, bonaque confirmat, petente Roberto abbate. Hugo O. P. A. II. Pr. p. 31, Migne 200 p. 971. — „Iustis religiosorum desideriis“.

„ 14. „ 12343 (8298) Henrico, archiepiscopo Remensi, significat, se (Pontio), archiepiscopo Narbonensi, et A(delberto), episcopo Nemausensi, et R(aimundo) S. Mariae in via lata diacono cardinali mandasse, hortarentur (Raimundum) comitem Tolosanum, ut nunciis missis C(onstantiam) comitissam ad sese revocaret. Comitissam moneri vult, ut acceptis nunciis ad virum revertatur. Martene Coll. II. 1003, Bouquet Rec. XV. 942, Migne 200 p. 972. — „Referente nobis“.

„ 22. „ 12344 (8299) Henrico, archiepiscopo Remensi, affirmat, F. parrochianum eius de eo in curia sua non detraxisse, hortaturque eum, ne indignationem adversus illum concipiat. Martene Coll. II. 1004, Migne 200 p. 973. — „Lator praesentium F.“

„ 23. „ 12345 Abbati et conventui S. Crucis de Edenesburch asserit ecclesiam Botheldunensem, „de auctoritate R(ichardi) episcopi S. Andreae et assensu W. de Veteri-ponte, domini fundi“, eis collatam. Liber cartarum S. Crucis p. 173. — „Quoniam tenemur iustis“.

„ 25. „ 12346 (8300) Ecclesiam S. Petri Autissiodorensem, a Willelmo episcopo ex decanatu in abbatiam mutatam, confirmat. Ecclesiam de Venosa ei asserit. Gall. Chr. XII. Instr. p. 134, Migne 200 p. 973. — „Ea, quae ad“.

„ 28. „ 12347 (8301) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, cogat G. de Aspero-monte, ut ablata monasterio Gorziensi restituat. Martene Coll. II. 1004, Bouquet Rec. XV. 929, Migne 200 p. 974. — „Dilecti filii abbas“.

Mart. 1. „ 12348 Abbati et fratribus S. Remigii Remensis litteras dat. Neues Archiv VII. 102. — „Cum circa nos“.

„ 1. „ 12349 (8302) Ecclesiam Capuanum, petente Alfano archiepiscopo, tuendam suscipit, eiusque privilegia et possessiones confirmat. Ughelli It. sacr. VI. 327, Migne 200 p. 974. — „Cum ex iniuncto“.

„ 1. „ 12350 (8303) Henrici, archiepiscopi Remensis, tutelae commendat monasterium Maurimontense. Martene Coll. II. 1005, Migne 200 p. 976. — „Cum ecclesia Maurimontensis“.

„ 4. „ 12351 Parthenonis S. Andreae Viennensis tutelam suscipit, possessionesque et privilegia confirmat, petente Iuliana abbatissa. Charvet L'abbaye de S. André-le-haut de Vienne p. 211: „IIII. non. Mart.“, Gall. Chr. XVI. Instr. p. 37: „III. non. Mart.“. — „Virginibus sacris“.

„ 6. „ 12352 (8304) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut monasterio Maurimontensi illata ab adversariis damna intra triginta dies sarciri iubeat. Martene Coll. II. 1006, Bouquet Rec. XV. 930, Migne 200 p. 977. — „Conquerentibus nobis“.

„ 8. „ 12353 (8305) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, cogat abbatis S. Remigii adversarios, ut ei de illatis iniuriis satisfaciant. Martene Coll. II. 1006, Bouquet Rec. XV. 930, Migne 200 p. 977. — „Dilectus filius noster“.

1174. *(Ind. 7. — 25. Sept. — 8, pont. a. 15. — 20. Sept. — 16, 1173. — 25. Mart. — 1174.)*

Mart. 10.	Anagniae	12354 (8306) Henricum, archiepiscum Remensem, hortatur, ut O. civem Laudunensem in gratiam recipiat. Martene Coll. II. 1007, Migne 200 p. 978. — „Pontificalis officii dignitas“.
„ 15.	„	12355 (8307) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut Galterum presbyterum capellae leprosorum Sparnacensium praeficiat. („XVIII. kal. Apr.“) Martene Coll. II. 1008, Migne 200 p. 978. — „Audita olim conquestione“.
„ 18.	„	12356 (Alexandro), abbati Aquicinctensi altaria de Visiaco et de Nigella iuxta Lensum asserit. Pflugk-Harttung Acta I. 254. — „Iustis petentium desideriis“.
„ 18.	„	12357 Maioris-monasterii protectionem suscipit, bonaque et privilegia confirmat, petente Roberto abbate. In bibl. nat. Paris. ms. lat. 12879. (Hist. de Marmoutiers auctore Martenio) f. 157. — „Quanto monasterium vestrum“.
„ 21.	„	12358 (8308) Henrico, archiepiscopo Remensi, et (Desiderio), episcopo Morinensi, mandat, ne de fratrum Cisterciensium Clari-marisci „novalibus et nutrimentis animalium decimas exigi“ patiantur. Martene Coll. II. 1009, Bouquet Rec. XV. 931, Migne 200 p. 979. — „Non ignorat, sicut“.
(„)	(„)	12359 Desiderio episcopo Morinensi scribit de decimis (a fratribus Clari-marisci) non exigendis. (Fragmentum.) Henriquez Fasciculus sanctorum ord. Cist. I. 39. — „In veteri testamento“.
„ 23.	„	12360 (8309) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, compellat Guarinum de Cherchi, ut fratribus S. Martini Laudunensis illata damna reconcinnet. Martene Coll. II. 1009, Migne 200 p. 979. — „Querelam abbatis et“.
„ 29.	„	12361 Monasterii Clusini possessiones iuraque confirmat, petente Benedicto abbate. Pflugk-Harttung Iter p. 275. — „Desiderium quod“.
Apr. 1.	„	12362 (8310) Transactionem factam inter Guichardum, archiepiscopum Lugdunensem, apostolicae sedis legatum, et Guigonem, comitem Forensem, confirmat. Lamure Hist. eccl. de Lyon p. 308, Menestrier Hist. de Lyon, Preuv. p. 37, Bouquet Rec. XV. 942, Migne 200 p. 980. (Integrum transactionis instrumentum bullae insertum est.) — „Cum ecclesia Lugdunensis“.
„ 3?	„	12363 Monasterii S. Petri Landolinensis possessiones confirmat, petente Attone abbate. Pflugk-Harttung Iter p. 275. — „Quotiens illud“.
„ 4.	„	12364 (8311) Monasterii S. Mariae Novigentensis patrocinium suscipit, possessionesque et privilegia confirmat, petente Iohanne abbate. Autogr. in bibl. nat. Paris. Coll. Grenier t. 291. n. 18, (Du Plessis Hist. de Coucy p. 143, Migne 200 p. 985). — „Religiosam vitam eligentibus“.
„ 7.	„	Ricardum archiepiscopum Cantuariensem consecrat, „dominica post pascha, qua canitur Misericordias domini“, Gervasii Chronica ap. Twysden H. A. SS. I. 1426, Opp. hist. ed. Stubbs I. 247. (Consecrationem non Romae, ut falso refert Gervasius, sed Anagniae factam esse, exploratum est; cf. Radulf. de Diceto Im. Hist. ap. Twysden p. 579—580, ed. Stubbs I. 388.)
„ 9.	(„)	„die tertia“ Ricardo, archiepiscopo Cantuariensi, pallium tribuit. Ep. Regin. electi Bathon. in Gestis Henrici, olim Benedict. Petrob. tributis, 1174 ed. Stubbs I. 70.
(„)	(„)	12365 (8312) Ricardo, archiepiscopo Cantuariensi, et eius successoribus primatum Angliae asserit. Radulf. de Diceto Imag. Hist. ap. Twysden H. A. SS. I. 580, ed. Stubbs I. 390, (Migne 200 p. 985). — „Intuitu caritatis“.
(„)	(„)	12366 (8313) Lupo, regi Valentiae, scribit ita: „Cum omnes unum Deum patrem habeamus in coelis, ipsum solum totis visceribus colere debes, qui tantam tibi super Saracenorum gentes et regna contulit potestatem“. Haec addit: „Cum autem omnes liberos natura creasset, nullus conditione naturae fuit subditus servituti“. (Ricardum) archiepiscopum Cantuariensem „assumptum esse ad tutamen Anglorum“, significat. (Fragmentum.) Radulf. de Diceto Imag. Hist. ap. Twysden H. A. SS. I. 580, ed. Stubbs I. 390. — „Cum omnes unum“.
(„)	(„)	12367 (8314) (Iohanni) electo Cicestriensi significat, se R(icardo), archiepiscopo Cantuariensi, apostolicae sedis legato, mandasse, „ut pro eo, quod canonici filius dicatur, in promotione eius procedere non postponat“. App. conc. Lat. XL. 3, Coll. Lips. XXXI. 9, Coll. Cass. XL. 7, Coll. Bamb. XXXI. 7, Comp. I. L. 1. t. 12. c. 3, Decr. Greg. L. I. t. 20. c. 2. — „Cum de tua electione“.
„ 9.	„	12368 (8618) Ecclesiae S. Michaelis et S. Gudilae Bruxellensis protectionem suscipit,

possessionesque et privilegia confirmat, petente Godescalco decano. Compte rendu de la com. roy. de Belgique IV. sér. VII. p. 359, (Miraei Opp. dipl. II. 179, Migne 200 p. 1189. Cf. Wauters Tabl. chron. II. 545). — „Effectum iusta postulantibus“.

Apr. 17. Anagniae. 12369 (8315) Archiepiscopis, episcopis, abbatibus et aliis ecclesiarum praelatis et universis tam clericis quam laicis per regnum Francorum constitutis commendat P(etrum) tit. S. Chrysogoni presbyterum cardinalem, „pro quibusdam magnis et arduis negotiis specialiter et praecipue ad partes eorum destinatum“. (Pro „VV. kal. Maii“ legendum est „XV. kal. Maii“.) Duchesne H. Fr. SS. IV. 564, Bouquet Rec. XV. 944, (Mansi XXI. 967, Migne 200 p. 986). — „Cum simus evidenter“.

„ 19. „ 12370 (8316) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, hortetur Ludovicum Francorum regem, „ut reformationi pacis inter ecclesiam et imperium iuxta commonitorium P(etri) tit. Chrysogoni presbyteri cardinalis, quem ad eundem regem dirigit, ferventer intendat, et in verbo pacis procedat; ad habendam quoque pacem cum Henrico, Anglorum rege, quantum, salvo honore suo, poterit, animum suum clementer intendat, quia timendum sit, ne si inter eosdem reges diutius guerra duraverit, utriusque regno dispendia rerum et pericula proveniant personarum et orientalis terra exponatur direptioni paganorum“. Martene Coll. II. 969, Bouquet Rec. XV. 945, Migne 200 p. 987. — „Cum in omnibus“.

„ 22. „ 12371 (8317) Parthenonis S. Georgii in Carinthia protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat, petente Berta abbatissa. Archiv für Kunde österr. Gesch.-Qu. XI. 307, Zahn Urk. v. Steiermark I. 529. — „Officii nostri“.

„ 27. „ 12372 Monasterium S. Felicis Aquileiense tuendum suscipit, eiusque bona et privilegia confirmat. Wiener Sitzungsber. XCIV. 672. — „Ad hoc sumus“.

Mai. 2. „ 12373 Monasterii S. Vincentii Laudunensis tutelam suscipit, possessionesque et iura confirmat, petente Gualtero abbate. Ex archetypo in bibl. nat. Paris. Coll. Grenier t. 286 misit Delisle. (Copiae modernae in Coll. Grenier t. 255. f. 286 et t. 257. f. 263.) — „Religiosam vitam“.

„ 3. „ 12374 Ecclesiae S. Petri Laudunensis tutelam suscipit, possessionesque confirmat. In bibl. nat. Paris. Coll. Grenier t. 257. f. 264b et t. 267. f. 264. — „Quoties illud a“.

„ 5. („) 12375 *Pagano, abbati Neritonensi, scribit, se iudicium inter eum et Theodorum, episcopum Callipolitanum, latum a Bertrando, archiepiscopo Tranensi, et Palmerio, abbate S. Stephani Monopolitano, confirmasse. D'Avino Cenni storici p. 437.

„ 5. („) 12376 *Clero et populo Neritonensi ac baronibus de eadem re scribit. D'Avino Cenni storici p. 437.

„ 11. „ 12377 (8253) Rotrodum, archiepiscopum Rotomagensem, „de variis bellorum eventibus, de scandalo regum et terrae dolentem“, animo forti esse iubet. Mandat, ut „ad reformationem pacis inter reges diligenter intendat, et excessus episcoporum, decanorum, archidiaconorum, tam clericorum quam laicorum solita pontificali severitate corrigat“. Alia praecepta addit. Interdicit, ne „pallium suum alii metropolitano commodet, si contingat ipsum sine pallio ad ecclesiam Rotomagensem in aliqua praecipua sollemnitate venire; cum pallium“ inquit „tuam personam non transeat, sed quisquam cum eo debeat sepeliri“. Bessin Conc. Rot. II. 31, Bouquet Rec. XV. 945, Mansi XXI. 1071, Migne 200 p. 943. — „Etsi periculosa sint“.

„ 14. „ 12378 (8318) Universos suffraganeos ecclesiae Cantuariensis hortatur, ut „si episcopatus suos, aut archidiaconi eorum archidiaconatus suos apostolicae protectioni subiiciant et ad audientiam ipsius appellent, propter hoc (Ricardum), archiepiscopum Cantuariensem, apostolicae sedis legatum, nullatenus impediant, quominus de causis subditorum eorum cognoscere valeat, et ipsos punire“. Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 41, ed. Giles II. 40, Migne 200 p. 987, (App. conc. Lat. X. 24, Coll. Lips. XLVII. 23, Coll. Cass. LI. 22, Coll. Bamb. XLII. 21, Comp. I. L. 2. t. 20. c. 24). — „Significavit nobis venerabilis“.

„ 15. „ 12379 (8319) Monasterii S. Andreae (Arvernensis) protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat, petente Gualterio priore. Hugo O. P. A. I. Pr. p. 145, Mon. pont. Arverniae p. 294, Migne 200 p. 988. — „Quoties illud a“.

„ 20. „ 12380 Monasterium Fiscanense tuendum suscipit, ac bona eius et privilegia confirmat, petente Henrico abbate. In bibl. nat. Paris. Coll. Moreau t. 341. f. 67, (Neues Archiv VII. 101). — „Licet ex iniuncto“.

		1174. *(Ind. 7. — 25. Sept. — 8, pont. a. 15. — 20. Sept. — 16, 1173. — 25. Mart. — 1174.)*
Mai. 26.	Anagniae	12381 *Canonicorum S. Stephani Aquileiensium bona confirmat. Wiener Sitzungsber. XCIV. 672.
Iun. 2.	„	12382 (Adalbertum) archiepiscopum Salzburgensem reprehendit, „quod malefactores illos, qui Ch(onradi) Maguntini archiepiscopi, apostolicae sedis legati, casalia incendio vastassent, iuxta tenorem mandati sui nondum excommunicatos denunciaverit“, idque „omni dilatione, contradictione et appellatione cessante“ fieri iterum iubet. Arch. f. Kunde österr. Gesch.-Qu. VI. 303. (Meiller Reg. arch. Salisb. p. 124 anno 1173 epistolam ascribit, quem sequitur Will Reg. arch. Mag. II. 13. n. 72.) — „Cum tenearis ex“.
„ 10.	„	12383 (8320) Monasterium S. Mariae Luffeldense tuendum suscipit et eius possessiones iuraque confirmat, petente Radulfo priore. Monast. Anglic. I. 521, nov. ed. IV. 348, Migne 200 p. 989. — „Religiosam vitam“.
„ 25.	„	12384 (Theobaldum) episcopum Placentinum reprehendit, quod sine consensu capituli, nullis ibidem vacantibus praebendis, novos canonicos nominasset. Wiener Sitzungsber. XCIV. 672: ex autographo, quod in clausula praebere: „VII. kal. Iul., pont. nostri a. XV.“ mecum communicat Kaltenbrunner v. d. Puto igitur, aut pergamenum in archivo cathedralis Placentinae asservatum non esse autographum aut pontificatus annos aliena manu additos esse. — „Petitio dilectorum filiorum“.
„ 28.	„	12385 Monasterii S. Salvatoris Legerensis, rogatu Eximini abbatis, protectionem suscipit, bona confirmat, privilegia auget, imposito unius unciae auri tributo annuo. Neues Archiv VI. 343. — „Ideo sumus“.
„ 30.	„	12386 (8321) Monasterium Stokes-Clarense tuendum suscipit et eius possessiones privilegiaque confirmat, petente Nicolao priore. Monast. Angl. I. 1010, nov. ed. VIII. 1661, Migne 200 p. 990. — „Religiosis desideriis“.
Iul. 17.	„	12387 (8322) Monasterii S. Mariae et S. Martini Chorensis protectionem suscipit, et bona ac privilegia confirmat, petente Basilio abbate. Mabillon Ann. ord. Ben. VI. 722, Migne 200 p. 992. — „Religiosam vitam eligentibus“.
„ 26.	„	12388 (8323) Ecclesiae S. Salvatoris in castro S. Pauli sitae protectionem suscipit, bonaque confirmat. (Signa chronologica sunt corrupta.) Miraei Opp. dipl. IV. 27. — „Quoties a nobis illud“.
Aug. 3.	„	12389 (8324) Ecclesiae S. Martini Turonensis privilegia confirmat. (Fragmentum.) Launoii Opp. III. II. 67, (Migne 200 p. 994). — „Cum ecclesia beati“.
Sept. 8.	„	12390 (8325) Chunrado, archiepiscopo Moguntino, apostolicae sedis legato, scribit, (Henricum) episcopum Gurcensem una cum Richero, quem Ratisbonae episcopum Brixinensem illicite consecrasset, episcopatum Salzburgensem, Adalberto abrogatum, ad (Heinricum) praepositum Berchtesgadensem detulisse. Quod facinus irritum denunciet. Mandat, ut utrumque episcopum et praepositum, clerum populumque Salzburgensem ad Adalberti obedientiam revocet. Chron. Magni presb. 1174 in MG. SS. XVII. 499, (Migne 200 p. 994). — „Quanto fidem et“.
„ 8.	„	12391 (8326) Sibotonem praepositum et clerum ecclesiae Salzburgensis, ut ad Adalberti obedientiam revertantur, monet. Chron. Magni presb. 1174 in MG. SS. XVII. 500, (Migne 200 p. 996). — „Audivimus non sine“.
„ 8.	„	12392 (8327) Adalbertum, archiepiscopum Salzburgensem, ne animo cadat, hortatur. De superioribus epistolis certiorem facit. Chron. Magni presb. 1174 in MG. SS. XVII. 499, (Migne 200 p. 997). — „Audito et intellecto“.
Oct. 8.	„	12393 Monasterii S. Petri Gandensis sive Blandiniensis protectionem suscipit, bonaque et privilegia confirmat, petente Hugone abbate. (Pro 1164 leg. 1174.) Lokeren S. Pierre à Gand p. 167. — „Religiosam vitam eligentibus“.
„ 25.	Ferentini	12394 Monachis Passinianensibus scribit, se commendasse abbati Vallumbrosano, ut eorum monasterium tamquam unum de maioribus suae congregationis propensius diligat. Monet, ut eidem abbati debitam reverentiam exhibeant. Wiener Sitzungsber. XCIV. 672. — „Cum nos“.
„ 28.	„	12395 (8328) Ecclesiae Parisiensis „libertates et antiquas et rationabiles consuetudines“ confirmat. B. decano et capitulo concedit, „ne de aliqua praebendarum, quas monasteria vel ecclesiae quaedam habeant in ecclesia eorum, quamlibet personam canonicare cogantur“. Mansi XXI. 1058, Collection des Cartulaires V. 388, Migne 200 p. 998. — „Quanto fervorem“.

1174. *(Ind. 7. — 25. Sept. — 8, pont. a. 15. — 20. Sept. — 16, 1173. — 25. Mart. — 1174.)*

Oct. 28. Ferentini 12396 (8330) Decano et capitulo Parisiensi concedit, ut beneficia Roberto de Beelei, vicario b. Petri Fossatensis, et magistro Mainerio concessa post horum obitum recipiant. Collection des Cartulaires V. 392: „V. kal. Nov.“, (Mansi XXI. 1059, Migne 200 p. 999 perperam praebent: „V. id. Nov.“. Sane „V. kal. Nov.“ legendum esse, patet ex Autogr. in Tab. nat. Paris. L. 230. n. 10.) — „Iustitia postulat et“.

„ 29. „ 12397 (8329) Petro, tit. S. Chrysogoni presbytero cardinali, apostolicae sedis legato, mandat, ut „habito consilio cum Willelmo, Senonensi archiepiscopo, apostolicae sedis legato, et H(enrico), archiepiscopo Remensi, super regimine scolarum Parisiensium quod ei visum fuerit, ita quod personam magistri Petri, cancellarii Parisiensis, non excedat quod exinde fecerit, circumspecta diligentia provideat; eam cautelam adhibiturus, quod illi, qui scolas rexerint, non debeant immoderate gravari“. Duchesne H. Fr. SS. IV. 566, Bouquet Rec. XV. 951, Mansi XXI. 971 et 1058, Migne 200 p. 998. — „Licet mandaverimus“.

Nov. 19. „ 12398 (8331) Canonicorum Pistoriensium disciplinam regularem, possessiones, privilegia, petente Heudino praeposito confirmat. (Fragmentum.) Zacharia Anecd. med. aev. p. 232, Migne 200 p. 999.

„ 19. „ 12399 Domus hospitalis Umbricellensis, a canonicis Pistoriensibus fundatae, tutelam suscipit, bonaque et privilegia confirmat. Wiener Sitzungsber. XCIV. 672. — „Desiderium quod“.

Dec. 16. „ 12400 (Richardo) abbati de Iodeguerth et aliis abbatibus in patrimonio B. Kentegerni (i. e. in episcopatu Glasguensi) constitutis significat, cognovisse se ex litteris W(illelmi) Scotorum regis aliorumque, I(ocelinum) Mailrosensem abbatem in episcopum Glasguensem electum esse. Praecipit, ut, si ad sese venire nequiverit, eum consecrent ac obedientiam ei exhibeant. Registrum ep. Glasg. I. 33, Haddan and Stubbs Councils II. I. 39. — „Ex litteris karissimi“.

„ 22. „ 12401 (Gilberto) Londoniensi et (Rogero) Wigorniensi episcopis mandat, „si constiterit, quod R(obertus) electus Malmesburiensis se fecerit ab alio (quam ab episcopo Sarisberiensi) benedici, privilegio Romanae ecclesiae munitus“, ne ipsum vel episcopum, qui benedixerit, ob hoc inquietari sinant. Monasterii censum, b. Petro debitum, abbati S. Germani Parisiensi assignari vult. Registrum Malmesbur. I. 371. — „Relatum est auribus“.

„ 25. „ 12402 Nicolao, priori ecclesiae S. Petri ad aram Neapolitanae, et eius successoribus, ut „benedictionem sicut moris sit exhibeant“, concedit, petente Iohanne presbytero cardinali tit. S. Anastasiae, illius ecclesiae S. Petri conditore. Penotti Ord. cleric. canon. hist. ed. Rom. p. 667, ed. Colon. p. 687. — „Cum dilectus“.

Dec. 30. „ 12403 (8332) Monasterium b. Mariae Monteregalense, a Willelmo Siciliae rege construi coeptum, a cuiusvis praeterquam Romani pontificis potestate eximit ac praecipuis privilegiis ornat. Margarini Bull. Cas. II. 186, Del Giudice Notizie di Morreale Priv. p. 34, Migne 200 p. 1000. — „Ex debito suscepti“.

„ 30. „ 12404 (8333) Monasterium S. Michaelis in Monte caveoso tuendum suscipit, eiusque possessiones et privilegia confirmat, petente Zacharia notario regio. Margarini Bull. Cas. II. 188, Tansius Hist. Montis Caveosi p. 163. — „Si quando a“.

12405 (8334) Marsilio abbati et fratribus Carae-Insulae, qui „a duobus locis minus congruis ad congruum et aptissimum locum, qui Öm vocatur, monasterium transtulerant“, eadem duo loca asserit. Langebek SS. R. Dan. V. 248, Migne 200 p. 1004. — „Ad audientiam nostram“.

1159—1175.

Dec. 7. Anagniae 12406 Priori et fratribus S. Stephani de Nemore concedit, „ut si aliqui eorum, qui vel sepulchrum Domini vel limina beati Iacobi aut aliqua religiosa loca visitare teneantur, in ecclesia eorum voluerint habitum religionis suscipere et iis militare, eosdem dummodo liberi sint, ad conversationem suam recipiant“. Tromby Stor. Cart. IV. app. p. 137. — „Cum quidam sicut“.

9. („) 12407 *Episcopis quibusdam ecclesias monasterii S. Bertini protegendas commendat. Vide Iohannis Longi chron. S. Bertini in MG. SS. XXV. 814. (In clausula „Anagniae“ excidisse videtur.)

1159—1175.

Dec. 11. Anagniae 12408 Galando abbati S. Auberti Cameracensi privilegium dat. Neues Archiv VII. 102. — „Qui iustis".

1161—1175.

Aug. Sept. Ferentini 12409 S(yro) archiepiscopo et consulibus Ianuensibus. („Dat. XIIII. id. Sept.") Pflugk-Harttung Iter p. 275. — „Super illo".

Sept. 10. „ 12410 Fratribus S. Acheoli concessam in ecclesia S. Firmini praebendam confirmat. Neues Archiv IV. 352. — „Iustis petentium desideriis".

„ 12411 (8863. 8877) Archiepiscopo Cantuariensi de iudicibus delegatis ac de remissionibus, „quae fiunt in dedicationibus ecclesiarum", respondet. App. conc. Lat. X. 27, XXXV. 4, Coll. Lips. XLVII. 36, Coll. Cass. LI. 33, Coll. Bamb. XLII. 33, Comp. I. l. 2. t. 1. c. 3, l. 2. t. 20. c. 36, l. 5. t. 33. c. 3, Decr. Greg. L. V. t. 38. c. 4. — — „In eminenti" „Nos in eminenti" „Quia vero inimicitia" „Quod autem consuluisti".

„ 12412 (8335) Abbatibus et fratribus monasteriorum Cisterciensis ordinis in Anglia interdicit, ne „iura patronatus in ecclesiis, aut ecclesias acquirant". Gilberti Foliot Ep. ed. Giles II. 106, App. conc. Lat. XV. 10, Coll. Cass. LIII. 8, Coll. Bamb. XLV. 8, Comp. I. l. 3. t. 33. c. 14, Migne 200 p. 1004. — „Relatum est auribus".

1162—1175.

Ian. 22. 12413 (8336) Quibusdam mandat, cogant heredes amitae Helwidis, priorissae Burburgensis, ut libras decem in testamento Helwidi legatas dependant, vel coram eis intra quadraginta dies post litterarum susceptionem iustitiam exhibeant. Martene Coll. II. 821, Migne 200 p. 1005. — „Ex parte Helwidis".

12414 (8337) (Bartholomaeo), episcopo Bellovacensi, mandat, iudicet inter A. decanum Castri-Rodulphi et eius adversarios. Martene Coll. II. 798, Migne 200 p. 1005. — „Significavit nobis dilectus".

12415 (8338) Episcopo Catalaunensi Milonem clericum litteratum, ex eius parochia oriundum, commendat. Martene Coll. II. 842, Migne 200 p. 1005. — „Commissum tibi officium".

12416 (8340) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut canonicorum S. Ursmari et Antoniensium ecclesiae Lobiensi subiectorum, qui „fornicarias in propriis domiciliis tenere praesumant", disciplinam restituat. Addit de Lamberto, S. Ursmari canonico, qui I(ohannem) abbatem Lobiensem iniuste fatigaverit. (Fragmentum.) Martene Coll. II. 794, Mansi XXI. 1076, Migne 200 p. 1006. — „Pervenit ad nos, quod".

12417 (8339) Henricum, archiepiscopum Remensem, hortatur, ut quem post appellationem ad sese interpositam excommunicatione affecerit, Ma. civem Catalaunensem absolvat, ut „exinde causa in praesentia Laudunensis episcopi debitae iustitiae recipiat complementum". (Data „III. id. Mergolii".) Martene Coll. II. 703, Migne 200 p. 1006. — „Si bene meminimus".

12418 (8341) Henricum, archiepiscopum Remensem, petente Ludovico Francorum rege, monet, ut M. civem Catalaunensem excommunicatione absolvat, qua eum pro appellatione ad sedem apostolicam interposita innodaverit. Martene Coll. II. 817, Bouquet Rec. XV. 847, Migne 200 p. 1007. — „Praesentibus litteris".

12419 (8342) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut inter Martinum et Adamum super vinea quadam litigantes iudicium faciat. Martene Coll. II. 841, Migne 200 p. 1008. — „Causam, quae inter".

12420 (8343) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, compellat Rossam mulierem et Phy. de Castris, ut vineam fratribus de Sarnaio ablatam reddant. Martene Coll. II. 850, Migne 200 p. 1008. — „Ex transmissa conquestione".

12421 (8344) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, hortetur canonicos Cameracenses, ut fratribus hospitalis apud Valencenas „construendi ibidem oratorium et cimiterium liberam tribuant facultatem". Hortatur, ut „nullum virum ecclesiasticum per provinciam suam a personis saecularibus iudicari permittat". Martene Coll. II. 868, Migne 200 p. 1008. — „Perlatum ad audientiam".

12422 (8345) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ne I. presbyterum, capellanum infirmorum fratrum de Turribus super Marnam, qui puer novitius monasterii Ioiacensis

1162—1175.

fuerit permissuque abbatis monasterium reliquerit, „ab ordinibus removeri" patiatur. Martene Coll. II. 945, Migne 200 p. 1009. — „Veniens ad apostolicae".

12423 (8346) Episcopo et canonicis quibusdam iam iterum mandat, ut F. scholastico, litterarum portitori, praebendam proxime vacaturam in ecclesia S. Stephani vel in ecclesia b. Mariae de Vallibus concedant. Martene Coll. II. 806, Migne 200 p. 1010. — „Pro filio nostro F."

12424 (8347) Abbati Corbeiensi praecipit, ne (Henrici), archiepiscopi Remensis, de burgo, qui monasterio adiacet, iura laedat. Martene Coll. II. 924, Bouquet Rec. XV. 926, Migne 200 p. 1010. — „Venerabilis frater noster".

1164—1175.

12425 (8348) Episcopo Catalaunensi mandat, interdicat universis dioecesis sacerdotibus, ne „pro baptismo parvulorum et pro sepultura mortuorum pretium exigant". Martene Coll. II. 842, Migne 200 p. 1011. — „Pervenit ad nos, quod".

1170—1175.

12426 (8349) T(heobaldo), episcopo Ambianensi, mandat, ut compositionem inter Iohannem canonicum Laudunensem et Hel. mulierem, novercam eius, ab Hu(gone) episcopo Suessionensi, factam observari iubeat. Martene Coll. II. 836, Migne 200 p. 1011. — „Causam, quae inter".

12427 (8350) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, compellat infra quadraginta dies Guidonem de Apia, ut Theobaldo extorta reddat ac de illatis iniuriis satisfaciat. Hortatur, ne causam N., procuratori archidiaconi Remensis, committat, „ne" inquit „forte tibi de praefato N. contingat, quod b. m. Noviomensi episcopo de Drogone audivimus contigisse". Martene Coll. II. 866, Migne 200 p. 1012. — „Ex parte Theobaldi".

Ferentini — 12428 Archiepiscopo Cantuariensi, apost. sed. legato, et episcopo Cicestrensi mandat, ut ecclesiae S. Frideswidae Oxenefordiensi concessam a b. m. Malcolmo, Scotorum rege, villam de Pydentone a comite Simone restitui faciant. Mon. Angl. nov. ed. II. 147. — „Ex parte prioris".

Sept. 20. „ — 12429 (Oberto) episcopo Terdonensi et abbati S. Andreae mandat, ut litem inter monasterium Montis Christi et (Hugonem) archiepiscopum Ianuensem super ecclesia de Molo determinent. Pflugk-Harttung Iter p. 275. — „Causam que".

1173—1175.

Dec. 12. Anagniae — 12430 Inter canonicos Condatenses et fratres Castellenses factam a F(ulcano) decano Remensi et magistro R. archidiacono Suessionensi super altari de Frasnia compositionem approbat. Cartul. de N.-D. de Condé ms. lat. 9917. s. XIII—XV. f. 27 in bibl. nat. Paris. — „Cum olim causam".

1174—1175.

Oct. 9. Ferentini — 12431 Abbati et fratribus S. Sebastiani. Sic ap. Pflugk-Harttung Iter p. 275. — „Quoniam eos qui".

1175. *(Ind. 8. — 25. Sept. — 9, pont. a. 16. — 20. Sept. — 17, 1174. — 25. Mart. — 1175.)*

Ian. 17. Ferentini — 12432 Clerum et populum Glasguensem hortatur, ut ecclesiam cathedralem, „iuxta consuetudinem episcopatus S. Andreae et aliorum circumpositorum episcopatuum", singulis annis visitent ac verbo et opere adiuvent. Registrum ep. Glasg. I. 19. — „Decet universos christianae".

„ 31. „ — 12433 (Iohanni) Gratianopolitano et (Rotberto) Vivariensi episcopis scribit de prava consuetudine in eorum partibus inducta: „quod, qui clericos capiunt aut in eos vel manus iniiciunt violentas, cum ipsis pacem faciant, ab eisdem clericis extorquent de pacis observantia iuramentum". Mandat, ut illos „non obstante pace taliter extorta" excommunicent, „donec passis iniuriam, si quid illis abstulerint, restituant et de illatis iniuriis congrue satisfaciant et cum litteris episcoporum apostolico se conspectui repraesentent". Wiener Sitzungsber. XXIV. 64. — „Audivimus pravam et".

1175. *(Ind. 8. — 25. Sept. — 9, pont. a. 16. — 20. Sept. — 17, 1174. — 25. Mart. 1175.)*

Febr. 1. Ferentini 12434 (8351) *Parthenoni S. Mariae Panormitano asserit decumas quasdam, a Tustino episcopo Mazarensi collatas. (Pro „Florentinae" leg. „Ferentini".) Pirri Sic. sacr. II. 844.

„ 9. „ 12435 Fratribus Vallis-magnae indulget, „ut liceat eis aliquem clericum secularem yconomum instituere, per quem in civilibus causis iuramentum calumniae praestent". Loewenfeld Epistolae p. 144. — „Attendentes quam sit".

„ 12. „ 12436 Fratribus S. Augustini Cantuariensibus asserit ecclesiam de Meustre, ecclesiam de Faversham, terram de Burgate et omnes alias eorum terras infra muros Cantuariensis civitatis et in suburbio. Privilegia quaedam addit. Monast. Anglic. nov. ed. I. 139, Hist. mon. S. August. Cant. p. 418. — „Iustis petentium desideriis".

„ 14. „ 12437 (8352) Monasterii Vallis-Christianae protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat, petente Bartholomaeo abbate. Hugo O. P. A. II. Pr. p. 621, Migne 200 p. 1013. — „Religiosam vitam eligentibus".

„ 18. „ 12438 Monasterii S. Mariae de Kinlos tutelam suscipit, bonaque et privilegia confirmat, petente Rainerio abbate. Records of the monast. of Kinloss p. 105. Misit de Backer. — „Ad hoc universalis".

„ 23. „ 12439 Ecclesiae Belnensis patrocinium suscipit, possessionesque et iura confirmat, petente Roberto decano. Pflugk-Harttung Acta I. 255. — „Ad hoc sumus".

„ 23. „ 12440 Monasterii S. Mariae Balantiarum (seu Valloriensis) tutelam suscipit, bonaque et privilegia confirmat, petente Hugone abbate. Revue des soc. sav. VII. sér. VII. 509, (Neues Archiv VII. 102). — „Religiosam vitam".

Mart. 7. „ 12441 S(alomoni) decano et capitulo Glasguensi significat, confirmare se, quod statuerint, „ut praebenda defuncti canonici per integrum annum pauperibus erogetur aut debita eius pro re honesta contracta creditoribus persolvantur". Alia privilegia addit. („Pont. nostri anno II" aliena manus addidit.) Registrum ep. Glasg. I. 21. — „Cum ex commisso nobis".

„ 9. „ 12442 Galando abbati et fratribus S. Auberti Cameracensis bullam dat. (Notae temporis vitiosae.) Neues Archiv VII. 101. — „Religiosam vitam".

„ 11. „ 12443 (8353) Petro, tit. S. Chrysogoni presbytero cardinali, apostolicae sedis legato, mandat, commoneat (Henricum), archiepiscopum Remensem, et eius suffraganeos, ut interfectores R(oberti) electi Cameracensis excommunicent. Duchesne H. Fr. SS. IV. 565, Bouquet Rec. XV. 949, (Mansi XXI. 969, Migne 200 p. 1014). — „Non sine gravi dolore".

„ 13. „ 12444 (8354) Monasterii S. Stephani Balneolensis protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat, petente Raymundo abbate. Marca Marca Hisp. p. 1366, Aguirre Conc. V. 91, Migne 200 p. 1015. — „Religiosam vitam eligentibus".

„ 14. „ 12445 Universo populo Terracinensi, a promotionis suae exordio sibi devotissimo, scribit, ne privilegio Pipernensibus concesso turbentur, quia iam ante nunciorum adventum in eodem privilegio poni fecerit: „salvo tenimento S. Andreae et salvis iustitiis omnium aliorum, si quas infra fines ipsos habere noscuntur". (Perperam Alexandro IV. ascripta.) Contator Hist. Terrac. p. 195. — „Memores existentes devotionis".

„ 15. „ 12446 Iocel(ino), episcopo Glasguensi, „ob fidem, quam ipse et ordo Cisterciensis, de quo assumptus sit, circa Romanam ecclesiam gesserint", indulget, „ne cui liceat nisi Romano pontifici vel legato ab eius latere destinato, in eum vel eius ecclesiam interdicti, suspensionis vel excommunicationis sententiam promulgare". („XVIII. kal. Apr.") Registrum ep. Glasg. I. 34, Haddan and Stubbs Councils II. I. 40. — „Affectum devotionis et".

„ 21. „ 12447 (8355) C(onrado), archiepiscopo Moguntino et apostolicae sedis legato, mandat, hortetur (Theobaldum) episcopum Passaviensem, ut monachis Lunaelacensibus ecclesias quasdam restituat. Jaffé Reg. pont. Rom. ed. I. n. 8355, Jaffé Bibl. III. 408, (Migne 200 p. 1016). — „Ex transmissa conquestione".

„ 23. „ 12448 (8356) (Richardo), archiepiscopo Cantuariensi, mandat, hospitalarios et templarios sub excommunicationis poena moneat, „ut si quos in excommunicatione defunctos in coemeteriis ecclesiarum sepelierint, eos eiiciant". Gilberti Foliot epist. ed. Giles II. 64, Migne 200 p. 1017, (App. conc. Lat. XXXI. 5, Coll. Lips. XII. 3, Coll. Cass. XXIII. 3, Coll. Bamb. XIII. 3, Comp. I. L. 5. t. 28. c. 6, Decr. Greg. L. V. t. 33. c. 5). — „Ad hoc in beatorum" „Ad haec in".

1175. *(Ind. 8. — 25. Sept. — 9, pont. a. 16. — 20. Sept. — 17, 1174. — 25. Mart. — 1175.)*

Mart. 23. | Ferentini | 12449 Burgensibus de Gandavo concedit, „ne contra antiquam consuetudinem per inimicorum pericula et alienae linguae homines pro causis ecclesiasticis, undecunque ortae fuerint, quamdiu coram decano suo obedienter et simpliciter iudicio stare voluerint, ad longinqua ire iudicia aliquatenus cogantur". (Perperam Alexandro IV. tributa.) Gheldolf Coutume de Gand p. 406. — „Congruam officii nostri".

„ 25. | „ | 12450 (8357) W(illelmo), electo Lucensi, eiusque canonicis mandat, cogant R. praepositum et monachos S. Georgii, ut ecclesiam S. Matthaei de Fossa Natali, ab abbate Montis Viridis simoniace acquisitam, dimittant. Baluzii Misc. I. 432, Migne 200 p. 1017. — „Audientes, qualiter".

„ 25. | „ | 12451 (8358) R. praeposito et universis monachis S. Georgii praecipit, ut ecclesiam S. Matthaei de Fossa Natali intra dies quindecim dimittant. De superiore ad (Willelmum) electum Lucensem epistola significat. Mansi XXI. 1081, Migne 200 p. 1018. — „Intellecto et cognito".

„ 28. | „ | 12452 (8359) Monasterii S. Salvatoris Maiellani protectionem suscipit et possessiones iuraque confirmat, petente Transmundo abbate. Bull. Vatic. I. 62, Migne 200 p. 1019. — „Iustis religiosorum desideriis".

Apr. 1. | „ | 12453 Magistro et fratribus militiae Templi asserit „molendinum, quod est Columariis, quodque eis a comite Henrico Trecensium collatum est, nec non theloneum, quod comes Theobaldus super culcitris et quadrigis domui eorum contulit et quod prefatus comes Henricus super fileto et lanis, que in villa Pruvinensi venduntur, adauxit". (Dat. VI. non. Apr.) Ex cartul. de la commanderie de Provins p. 37 in tabular. nat. Paris. S. 5162, 25. Misit Delisle. — „Iustis petentium".

„ 2. | „ | 12454 (8360) Pennensi et (Oderisio) Valvensi episcopis mandat, ut ex Leonatis abbatis Piscariensis sententia clericos de Castellione „publice accensis candelis per episcopatus suos excommunicatos denuncient". Chron. Casaur. ap. Muratori R. It. SS. II. 908, Migne 200 p. 1021. — „Ex parte".

„ 3. | „ | 12455 Monasterii S. Petri Vultensis possessiones et iura confirmat, petente Philippo abbate. Pflugk-Harttung Iter p. 276. — „Religiosis desideriis".

„ 7. | „ | 12456 Monasterii Bellilocensis patrocinium suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat, petente Iohanne abbate. Lalore Collection IV. 278. — „Religiosam vitam eligentibus".

„ 8. | „ | 12457 Fratribus Ursicampi asserit domum apud Compendium aliaque a decano Belvacensi concessa et a B(artholomaeo) eius episcopo roborata. Peigné-Delacourt Cart. d'Ourscamp p. 303, ubi perperam epistola Alexandro IV. ascribitur. — „Iustis petentium desideriis".

„ 10. | „ | 12458 (Richardo) abbati de Gedeguerth et aliis personis in episcopatu Glasguensi constitutis praecipit, ut I(ocelino), electo episcopo consecrationem et obedientiam exhibeant. Registrum ep. Glasg. I. 33, Haddan and Stubbs Councils II. I. 40, (Epistola aliter incipit in bibl. nat. Paris. ms. lat. 16992. f. 146). — „Intellecto ex litteris" „Ex litteris karissimi".

„ 11. | „ | 12459 Ecclesiae b. Hilarii Pictaviensis privilegia quaedam confirmat. Mém. de la soc. des antiquaires de l'ouest 1847. p. 183. — „Dignum est, conveniens".

„ 12. | „ | 12460 (8361) (Guichardo) Lugdunensi, apostolicae sedis legato, (Guarino) Bituricensi archiepiscopis et eorum suffraganeis et universo clero et populo in eorum episcopatibus et in episcopatu Aniciensi constitutis praecipit, ut Petro, tit. S. Chrysogoni presbytero cardinali, „in partibus ultramontanis legato sedis apostolicae constituto", obedientiam praestent. Duchesne H. Fr. SS. IV. 564, Bouquet Rec. XV. 950, Mansi XXI. 967, Migne 200 p. 1022. — „Non latet, sicut".

„ 12. | „ | 12461 Hospitalis Hierosolymitani possessiones ex donatione Samsonis, quondam archiepiscopi Remensis aliorumque episcoporum et L(udovici) regis Francorum acquisitas confirmat. Autogr. in tab. nat. Paris. L. 231. n. 45. — „Cum sitis arctius".

„ 20. | „ | 12462 Monasterii S. Mariae Neubotlensis tutelam suscipit, ac disciplinam, possessiones et privilegia confirmat, petente Amfrido abbate. Registrum S. Mariae de Neubotle p. 315. — „Quotiens illud a nobis".

„ 21. | („) | 12463 *Monasterii Caroli-loci protectionem suscipit ac privilegia confirmat. In bibl. nat. Paris. Cartul. mon. Caroli-loci ms. lat. 11003. f. 388; de die vide Gall. Chr. X. 1509.

1175. *(Ind. 8. — 25. Sept. — 9, pont. a. 16. — 20. Sept. — 17, 1174. — 25. Mart. — 1175.)*

Apr. 22. Ferentini 12464 (Henrico) archiepiscopo Remensi et (Everardo) episcopo Tornacensi praecipit, ut, cum burgensibus de Gandavo „aliqua causa ecclesiastica ingruerit, ipsam coram decano eorum tractari faciant, aut illuc in persona propria accedant, aut personam discretam et idoneam mittant", quia burgenses propter graves, quas cum circummanentibus habeant inimicitias, ad longinquum iudicium accedere non possint. (Perperam Alexandro IV. tributa.) Gheldolf Coutume de Gand p. 407, — „Burgenses de Gandavo".

„ 24. „ 12465 Priorissae et sororibus Rowneyensibus asserit terram in Munden et terram in Chelsea. Monast. Anglic. nov. ed. IV. 344. — „Iustis petentium desideriis".

„ 27. „ 12466 Ecclesiae b. Hilarii Pictaviensis libertates et privilegia confirmat. Mém. de la soc. des antiqu. de l'ouest 1847. p. 183. — „Iustis petentium desideriis".

„ 27. „ 12467 Inter canonicos Bituricenses et Stephanum, dominum Sacricaesaris, super villa nova apud Bellumlocum compositionem, a (Willelmo) archiepiscopo Senonensi, apost. sed. legato factam, confirmat. Cartul. de Bourges ms. lat. nouv. acquis. 1274. s. XIII. f. 13^b in bibl. nat. Paris. — „Ex litteris dilecti".

„ 30. „ 12468 Ecclesiam Glasguensem, „spiritualem filiam suam nullo mediante", tuendam suscipit, bonaque eius et privilegia confirmat, petente Iocelino episcopo. (Notae temporis sunt corruptae.) Registrum ep. Glasg. I. 30, Haddan and Stubbs Councils II. I. 41. — „Cum ex iniuncto".

Mai. 4. „ 12469 Monasterii S. Stephani Divionensis ecclesias quasdam confirmat vetatque, sine abbatis et fratrum assensu in parochialibus eorum ecclesiis presbyterum ordinari. Pflugk-Harttung Acta I. 256. — „In admittendis iustis".

„ 5. „ 12470 Parthenonem S. Petri Maioris Pistoriensem tuendum suscipit, eiusque possessiones ac iura confirmat. Wiener Sitzungsber. XCIV. 672. — „Prudentibus virginibus".

„ 5. „ 12471 Monasterii S. Mariae Pratensis patrocinium suscipit, possessiones confirmat, privilegia auget, petente Odone abbate. Chartul. Belli-prati Bellovacensis s. XIII. ms. lat. 9973. f. 129 in bibl. nat. Paris. — „Desiderium quod ad".

„ 5. „ 12472 Monasterii S. Mariae Fulcardimontis tutelam suscipit ac possessiones iuraque confirmat, petente Hugone abbate. Cartular. Fulcardim. ms. lat. nouv. acqu. 248. f. 2 in bibl. nat. Paris.: „III. non. Maii", (Neues Archiv VII. 102: „IV. non. Maii"). — „Religiosis desideriis dignum".

„ 8. „ 12473 Ecclesiam Atrebatensem protegendam suscipit, eiusque possessiones confirmat, petente Frumaudo episcopo. In bibl. nat. Paris. Chartul. Atrebat. ms. lat. 17737. s. XIII. f. 56^b. — „Cum ex iniuncto nobis".

„ 8. „ 12474 Monasterio S. Mariae Pratensi asserit vineas de Vilers, ab Henrico et Sagalone de Ricis concessas, salvo censu annuo monasterio S. Luciani Belvacensi solvendo. Chartul. Belli-prati Bellovacensis s. XIII. ms. lat. 9973. f. 129^b in bibl. nat. Paris. — „Iustis petentium desideriis".

„ 9. „ 12475 Fratribus S. Mariae Pratensibus decimas quasdam asserit, a monachis S. Luciani Bellovacensibus vindicatas. In bibl. nat. Paris. Chartul. Belli-prati Bellovacensis s. XIII. ms. lat. 9973 f. 129^b. — „Cum olim a fratribus".

„ 11. „ 12476 Monasterii de Capella (ad Plancas) possessiones quasdam confirmat. Lalore Collection IV. 24. — „Pia desideria".

„ 13. „ 12477 Monasterio S. Aegidii abbatiae S. Gervasii de Fossis curam iam pridem concessam esse, confirmat. Goiffon Bull. de St.-Gilles p. 85. — „Attendentes quomodo".

„ 13. „ 12478 R(aimundo) abbati et fratribus S. Aegidii monasterium S. Trinitatis de Altorio, (in territorio Arelatensi noviter constructum) subiicit, statuens, ut nullus ibi abbas promoveatur, nisi prius in ecclesia S. Aegidii regulam b. Benedicti professus obedientiam promiserit. Goiffon Bull. de St.-Gilles p. 83. — „Religionis et fidei".

„ 14. „ 12479 (Rotrocum) archiepiscopum Rothomagensem eiusque suffraganeos hortatur, moneant parochianos quosdam, ut fratribus S. Mariae Pratensibus ablata restituant. Loewenfeld Epistolae p. 145. — „Decet nos viros".

„ 14. „ 12480 Constitutionem a fratribus S. Maxentii super cura infirmorum et administratione reddituum Novi-burgi factam et ab A(lberto) tit. S. Laurentii in Lucina et T(heodino tit. S. Vitalis presbyteris cardinalibus roboratam confirmat. In bibl. nat. Paris. ms. lat. 18391. (Dom Fonteneau XVI.) f. 7. — „Ex autentico scripto".

1175. *(Ind. 8. — 25. Sept. — 9, pont. a. 16. — 20. Sept. — 17, 1174. — 25. Mart. — 1175.)*

Mai. 14.	Ferentini	12481 Compositionem inter Amfridum, abbatem Neubotlensem, et ecclesiam de Hadintunn factam super decimis quibusdam approbat. Registrum S. Marie de Neubotle p. 319. — „Licet fratribus Cisterciensis".
„ 15.	„	12482 Ecclesiae S. Petri Carennacensis protectionem suscipit, possessionesque et privilegia confirmat, petente Ribaudo priore. In bibl. nat. Paris. Coll. Baluze t. 38. f. 255. — „Suscepti regiminis".
„ 15.	„	12483 (8362) Ottonis, praepositi Raitenbuchensis, et ecclesiae eius protectionem suscipit. Mandat, ut clericos in Teutonico regno schismati renunciantes ad ecclesiae unitatem recipiat. Mon. Boic. VIII. 15, Hund III. 148, Migne 200 p. 1022. — „Iustis petentium desideriis".
„ 19.	„	12484 Monasterii de Recluso protectionem suscipit, disciplinamque Cisterciensem et possessiones ac iura quaedam confirmat. Pflugk-Harttung Acta I. 256. — „Attendentes fervorem".
„ 20.	„	12485 (Bartholomaeo) episcopo Exoniensi et abbati Fordensi scribit, fratres Malmesburienses conquestos esse, quod I(ocelinus) episcopus Sarisberiensis subiectionem ab eis exigat, „cum monasterium per privilegia Romanae ecclesiae ab episcopi iurisdictione dicatur exemptum". Mandat, ut controversiam determinent. Registrum Malmesbur. I. 371.— „Ex parte dilectorum".
„ 25.	„	12486 (8363) Episcopatum Civitatensem a Fernando, Hispaniarum rege, constitutum confirmat. Petro episcopo consecrationem sine sedis apostolicae auctoritate ab (Petro) archiepiscopo Compostellano acceptam ignoscit. Escalona Hist. de Sahagun p. 549. — „Ex litteris karissimi".
„ 28.	„	12487 Universos ecclesiarum praelatos hortatur, ut propositis indulgentiis populum ad collectas in favorem Templariorum instituendas adhortentur. De aliis eorum privilegiis addit. Prutz Malteser Urk. p. 39. — „Milites templi".
„ 30.	„	12488 L. praeposito et canonicis ecclesiae Caesenatis concedit, „ne quis infra parochias ecclesiarum, ex quibus decimas et oblationes recipiant, ecclesiam absque consensu episcopi dioecesani et eorum aedificare praesumat". Zaccaria Ser. ep. Caesen. p. 33, Cappelletti Chiese d'It. II. 537. — „Ad hoc sumus".
„ 31.	„	12489 Abbati S. Remigii et decano Remensi scribit de quarta nemoris de Marelmifai parte, fratribus Pratensibus concessa ab abbate S. Luciani Bellovacensi. Ex arch. dép. de l'Oise in Beauvais, fonds de Beaupré n. 39 de l'inventaire provisoire, misit Delisle. In Chartul. Belli-prati Bellov. s. XIII. ms. lat. 9973. f. 130 in bibl. nat. Paris. — „Audita olim querela".
Mai. Iun.	„	12490 (8364) (Roberto) archiepiscopo Viennensi, apostolicae sedis legato, et (Pontio) episcopo Claromontensi mandat, ut transactionem cum ecclesia Lugdunensi factam a (Guigone) comite Forensi observari cogant. („Datum V. Iunii".) Menestrier Hist. de Lyon, Preuv. p. XXXVIII, Bouquet Rec. XV. 950, Migne 200 p. 1023. — „Memores sumus".
Iun. 2.	„	12491 Canonicos Glasguenses hortatur, ut (Iocelino) episcopo suo debitam obedientiam exhibeant. Registrum ep. Glasg. I. 20, Haddan and Stubbs Councils II. I. 37. — „Honor est et".
„ 2.	„	12492 Fratribus Lehunensibus asserit altare de Hangest, a Godefrido, quondam episcopo Ambianensi, concessam. In bibl. nat. Paris. Cartul. de Lyhon ms. lat. 5460. s. XIII. f. 6. — „Intelleximus ex scripto".
„ 12.	„	12493 Iohanni, Ariensis ecclesiae praeposito, significat, confirmare se, quod R. quondam praepositus de praebenda ab ipso fundata constituerit. Rouyer Rech. sur S. Pierre d'Aire p. 255. — „Statuta quae de".
„ 15.	„	12494 Ecclesiae S. Trinitatis Tranensis, monasterio Cavensi subiectae, patrocinium suscipit. Guillaume L'abbaye de Cava app. p. 37. — „Commisse nobis apostolice".
„ 19.	„	12495 Monasterium S. Acheoli tuendum suscipit eiusque bona confirmat. Neues Archiv IV. 352. — „Apostolice sedis auctoritate".
„ 19.	„	12496 Capitulo Remensi bullam dat. Neues Archiv VII. 102. — „Commodis et profectibus".
„ 20.	„	12497 Fratribus Malmesburiensibus indulget, ut in ecclesiis eorum vacantibus clericos eligant diocesanoque episcopo praesentent. Bona monasterii illicite alienata recuperare eis permittit. Registrum Malmesbur. I. 368. — „Apostolicae sedis auctoritate".

1175. *(Ind. 8. — 25. Sept. — 9, pont. a. 16. — 20. Sept. — 17, 1174. — 25. Mart. — 1175.)*

Iun. 21.	Ferentini	12498 Canonicis Ianuensibus significat, sese varias eorum controversias cum (Hugone) archiepiscopo terminandas commisisse (Oberto) episcopo Terdonensi. Pflugk-Harttung Acta III. 237. — „Causam, quam inter“.
„ 24.	„	12499 Ecclesiae Aquensis possessiones confirmat. (Fragmentum.) Pitton Annales d'Aix p. 126.
„ 24.	„	12500 *Ruflato clerico asserit cappellaniam S. Macarii, a Willelmo archiepiscopo Burdigalensi concessam. In bibl. nat. Paris. ms. lat. 12666. (Monasticon Benedict. IX.) f. 159.
„ 25.	„	12501 (Petro) episcopo Petragoricensi et (Geraldo) abbati Coronensi mandat, ut a Senebruno de Sparra monasterio S. Crucis Burdegalensi ablata restitui faciant. Loewenfeld Epistolae p. 145. — „Dilecti filii nostri“.
„ 30.	„	12502 (8365) Archiepiscopis et episcopis mandat, ut „omnes, qui vota vel alteros redditus ecclesiae Compostellanae dare teneantur, compellant, ut vota et redditus persolvant“. Ferrer Hist. de Sanctiago p. 279. — „Cum ecclesia beati“.
Iul. 3.	„	12503 Monasterii Bellae-vallis possessiones quasdam confirmat, in his duas monteas salis apud Ledonium, a comite Stephano collatas. In Cartul. de Bellevaux, Coll. Moreau t. 870. f. 144ᵇ in bibl. nat. Paris. — „Iustis petentium desideriis“.
„ 5.	„	12504 (8366) Ordinem militiae S. Iacobi in Hispania, cuius tutelam suscipit, et possessiones eius ac privilegia confirmat, petente Petro Ferdinando magistro. Roderici Nov. coll. privil. p. 3, Ferrer Hist. de Sanctiago p. 405, Mansi XXI. 1049, Migne 200 p. 1024, (Aguirre Conc. V. 92). — „Benedictus Deus in“.
„ 5.	„	12505 Monasterio Eveshamensi ecclesiam S. Edwardi asserit „ad fabricam monasterii de assensu dioecesani episcopi deputatam“. Ex cod. Mus. Brit. Harleian. 3763. f. 94. Dedit Karolus Pertz. — „Iustis petentium desideriis“.
„ 6.	„	12506 Bullam edit de his, qui „fratres templi Hierosolymitani de suis equis deiiciunt aut inhoneste tractant seu eos contumeliosis verbis afficiunt“. Prutz Malteser Urk. p. 41.
„ 8.	„	12507 Monasterii S. Medardi Suessionensis tutelam suscipit, possessionesque et privilegia confirmat, petente Ingranno abbate. In tab. nat. Paris. Cartul. de Choisy-au-Bac s. XV. LL. 1023. f. 63. — „Quamvis ex iniuncto“.
„ 10.	„	12508 (8367) Parthenonis Warivillensis protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia, petente Mathilde priorissa, confirmat. Louvet Hist. de Beauvais p. 574, Hist. de Beauvaisis I. 624, Migne 200 p. 1030. — „Prudentibus virginibus“.
„ 28.	„	12509 (8368) Domui eleemosinariae S. Gervasii Parisiensi asserit domum iuxta atrium S. Gervasii sitam et denariorum 4 censum annuum, a Garino cementario traditum. (Pro „Florentinae“ leg. esse „Ferentini“, docet autogr. in tab. nat. Paris. L. 231 asservatum.) Du Breul Le théâtre des ant. de Par. p. 951, Félibien Hist. de Paris III. 66, Migne 200 p. 1031. — „Iustis petentium desideriis“.
„ 29.	„	12510 Fratribus Compendiensibus indulget, ut „canonicis secularibus, qui in eorum ecclesia sint superstites, cedentibus vel decedentibus seu ad religionem transeuntibus vel pontificalem cathedram ascendentibus, in praebendis eorum sine contradictione qualibet succedere debeant.“ In bibl. nat. Paris. Coll. Moreau t. 70. f. 4, in tabul. nat. Paris. Cartul. Compend. s. XIII. LL. 1622. f. 136. — „Attendentes ecclesiam vestram“.
Aug. 2.	„	12511 (8369) Petro, tit. S. Chrysogoni presbytero cardinali, apostolicae sedis legato, mandat, compellat abbatem et monachos S. Benedicti de Quintiaco, ut P. priori de Lanariaco decimas quasdam restituant. Duchesne H. Fr. SS. IV. 564, Mansi XXI. 968, Migne 200 p. 1032. — „Ex conquestione dilecti“.
„ 9.	„	12512 M(athaeo) episcopo Trecensi collatas ab O(done) decano Senonensi domos confirmat. Pflugk-Harttung Acta I. 257. — „Iustis petentium desideriis“.
„ 10.	„	12513 (8370) Canonicorum Brixianorum privilegia et possessiones confirmat. (Fragmentum.) Odorici Storie Bresciane VI. 29, (Gradonici Pont. Brix. p. 216, Migne 200 p. 1032). — „. . . ea propter“.
„ 17.	„	12514 Ecclesiae S. Liphardi Magdunensis tutelam suscipit possessionesque confirmat. In bibl. nat. Paris. Coll. Baluze t. 78. f. 161. — „Piae postulatio voluntatis“.
„ 23.	„	12515 Monasterii S. Mariae de Laude protectionem suscipit, possessionesque et iura confirmat, petente Samuele abbate. In bibl. nat. Paris. Coll. Moreau t. 79. f. 150, (Neues Archiv VII. 102). — „Religiosam vitam eligentibus“.

1175. *(Ind. 8. — 25. Sept. — 9, pont. a. 16. — 20. Sept. — 17, 1174. — 25. Mart. — 1175.)*

Aug. 24.	Ferentini	12516 Parthenonis S. Iohannis Domus-regis protectionem suscipit bonaque confirmat, petente Roscolina abbatissa. (Fragmentum.) In bibl. nat. Paris. ms. lat. 12693. (Monastic. Benedict. XXXVI.) f. 26. — „Prudentibus virginibus“.
Mart.-Sept.	„	12517 Parthenonis Montis Cellensis bona et iura confirmat, petente Recordata abbatissa. („1175, p. a. XVI“.) Pflugk-Harttung Iter p. 276. — „Prudentibus virginibus“.
Sept. 8.	„	12518 (8371) Petro, tit. S. Chrysogoni presbytero cardinali, apostolicae sedis legato, scribit, „accepisse se, quod ecclesiam Meldensem adhuc detineat, et redditus percipiat, ita quod nihil ad Willelmum, Senonensem archiepiscopum, apostolicae sedis legatum, de redditibus illis perveniat, et canonici eiusdem ecclesiae electionem non audeant libere celebrare“. Mandat, „archiepiscopo et canonicis dicat, quod pro se non dimittant, quin eidem ecclesiae personam idoneam provideant in episcopum“. Hortatur, ut „in operibus circumspectionem et modestiam servet“. Duchesne Hist. Fr. SS. IV. 565, Bouquet Rec. XV. 951, Mansi XXI. 969, Migne 200 p. 1033. — „Quanto maiorem locum“.
Oct 10.	„	12519 Militibus Calatravensibus per provinciam Toletanam constitutis interdicit, ne in locis sibi concessis iura ecclesiarum infringant. Neues Archiv VI. 296. — „Licet vos sicut“.
„ 19.	Anagniae	12520 (8372) Monasterii S. Salvatoris Messanensis protectionem suscipit, possessionesque ac iura confirmat, petente G(uillelmo) rege Siciliae. Mansi XXI. 1054, Migne 200 p. 1033: „XIV. kal. Nov.“; Piccoli de ant. iure Sic. eccl. p. 119 in Graevii Th. ant. Sic. II.: „XII. kal. Sept.“. — „Apostolicae sedis“.
Nov. 13.	„	12521 Monasterii S. Mariae de Columna (Colonia) secus mare protectionem suscipit possessionesque confirmat, petente Iacobo abbate. Prologo Le carte di Trani p. 140, Archivio storico della città e prov. di Roma II. 15. — „Piae postulatio voluntatis“.
„ 15.	„	12521a Monasterii S. Salvatoris Miletensis tutelam suscipit possessionesque confirmat, petente Leonardo abbate. In Arch. S. Angeli Arm. XI. Caps. IX. n. 6. Misit Th. Sickel. — „Officio nostro congruit“.
„ 16.	„	12522 (8373) Ecclesiae S. Mariae de Cagia Meldensis possessiones confirmat, bulla ad Odonem abbatem. (Fragmentum.) Du Plessis Hist. de Meaux II. 60, Migne 200 p. 1035. — „. . . quascunque possessiones“.
„ 18.	„	12523 (8374) (Guichardum), archiepiscopum Lugdunensem, apostolicae sedis legatum, et eius suffraganeos et abbates ac universum clerum et populum per Lugdunensem provinciam constitutum iterum hortatur, ut Petro tit. S. Chrysogoni presbytero cardinali, „in provincia eorum et in aliis locis legato sedis apostolicae constituto“ debitum praestent honorem. Duchesne H. Fr. SS. IV. 563, Bouquet Rec. XV. 948, Mansi XXI. 965, Migne 200 p. 1036. — „Gaudemus admodum et“.
„ 22.	„	12524 (8375) Monasterii S. Mariae Novigentensis tutelam suscipit, ac bona et privilegia confirmat, petente Iohanne abbate. Pflugk-Harttung Acta I. 258, (Du Plessis Hist. de Coucy p. 144, Migne 200 p. 1036). — „Quotiens illud a“.
„ 30.	„	12525 Ecclesiae S. Antonini (dioec. Ruthen.) tutelam suscipit, possessionesque et privilegia confirmat, petente Stephano priore. In bibl. nat. Paris. Coll. Doat t. 124. f. 344. — „Cum nobis sit“.
Dec. 16.	„	12526 (8376) Monasterii S. Martini in monte Pannoniae patrocinium suscipit, ac disciplinam, bona, privilegia confirmat. Rainaldo abbati asserit mitram, virgam pastoralem, anulum aliaque insignia, a XL retro annis abbatibus monasterii concessa. Mon. Hung. hist. I. VI. 70, (Fejér C. D. H. II. 190). — „Quotiens illud a“.
„ 24.	„	12527 Parthenoni Dodoniensi (corr. Dononiensi) bullam dat. Neues Archiv VII. 102. — „Prudentibus virginibus“.
	„	12528 Monasterii S. Mariae Holmecoltramensis protectionem suscipit, bonaque et privilegia confirmat, petente Everardo abbate. (Pro „Dat. anno gratiae“ leg. „Dat. Anagniae“.) Monast. Anglic. nov. ed. V. 599. — „Religiosam vitam eligentibus“.
		12529 *Monasterium S. Edmundi a cuiusvis ecclesiasticae personae, praeterquam Romani pontificis vel legati eius a latere, iurisdictione eximit. Chronica Iocelini de Brakelonda ed. Rokewode p. 108.

c. 1175.

12530 (8378) Rogero, archiepiscopo Eboracensi, apostolicae sedis legato, et eius successoribus concedit, ut secundum privilegium ei quondam indultum „ante se per totam Angliam crucem deferant, quousque diffinitiva sententia decernatur, quid

c. 1175.

ecclesia eius de iure debeat habere". Gilberti Foliot epist. II. 71, Migne 200 p. 1038, App. conc. Lat. L. 37, Coll. Cass. LV. 3, Comp. II. L. 2. t. 9. c. 1, Decr. Greg. L. II. t. 16. c. 1). — „A memoria nostra" „A memoria vestra" „Memoria nostra".

12531 (8379) Monasterii S. Thomae de Paraclito (Ebleholtensis) protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat, petente Willelmo abbate. Langebek SS. R. Dan. VI. 135, Migne 200 p. 1039. — „Ad hoc universalis".

1159—1176.

Nov. 21. | Anagniae | 12532 Segonensi et Nebulensi episcopis (Corsicae) mandat, curent, ne plebanus de Luri monasterio S. Mariae Gorgonensi super decimis plebis S. Mariae de capite Corsicae molestias inferat. Pflugk-Harttung Acta III. 238. — „Ex transmissis litteris".

Dec. 5. | „ | 12533 Willelmo abbati et fratribus de Boquian bullam tribuit. (Fragmenta. Ex subscriptione „Bernardi ep. Portuensis et S. Rufinae" patet, bullam datam esse ante mensem Dec. anni 1176.) Anciens évêchés de Bret. III. 224.

12534 Fratrum S. Andreae de Gufer possessiones in territorio de Maisnil confirmat, eosque, cum sint de ordine Cisterciensi, a solvendis decumis eximit. Orig. in Arch.dép. du Calvados in Caen. Fonds de St.-André-en-Gouffern n. 12. — „Iustis petentium desideriis".

1160—1176.

Febr. 26. | Anagniae | 12535 Archiepiscopo Bracarensi eiusque suffraganeis „per iterata scripta" mandat, ut archiepiscopo Toletano sicut primati obediant. (Fragmentum.) Pflugk-Harttung Acta III. 238. — „Cum a patribus".

Mart. 8. | „ | 12536 (8381) Monasterio S. Bertini Sithiensi „molituram annonae de ministeriali b. Bertini in villa S. Audomari" asserit. Collection des Cartulaires III. 353, Migne 200 p. 1041. — „Iustis petentium desideriis".

„ 12. | „ | 12537 (8382) Ecclesiae Ulciensis protectionem suscipit. Ulciensis eccl. chartar. p. 19. — „Si quando postulantur".

„ 13. | „ | 12538 Monasterio Carrofensi asserit ecclesiam de Mousadano, ab episcopo Petragoricensi concessam. In bibl. nat. Paris. ms. lat. 18379. (Dom Fonteneau IV.) f. 43. — „Iustis petentium desideriis".

„ 16. | „ | 12539 Petro praeposito et fratribus S. Egidii Verracensibus petentibus concedit, „ne quis post factam in ecclesia eorum professionem proprium habere praesumat, aut sine cautione communi litterarum nisi obtentu arctioris religionis de claustro discedere nec discedentem aliquis audeat recipere", cet. Hist. Patr. Mon. Chart. II. 156, ubi perperam epistola Alexandro II. ascribitur. — „Cum sitis divinis".

„ 17. | „ | 12540 (Arnulfo) Lexoviensi et Ebroicensi episcopis mandat, ut monasterii Beccensis presbyteros in eorum episcopatibus constitutos ad solvendum monasterio debitum cogant. In bibl. nat. Paris. ms. lat. 13905. f. 2. — „Significavit nobis".

„ 18. | „ | 12541 Militiae templi Hierosolymitani indulget, ut „ad ferendum testimonium in causis propriis" fratres suos producere possint. Prutz Malteser Urk. p. 29 not., et p. 38, idem ap. Löher Arch. Zeitschr. VIII. 91 not.

„ 23. | „ | 12542 (8383) Rectores Lombardiae monet, ut cives Mutinenses ab infestando monasterio Nonantulano dehortentur, ac de quadraginta obsidibus, ex monasterio receptis, viginti dimittant. Tiraboschi St. di Non. II. 273, Migne 200 p. 1042. — „Quanto Nonantulanum".

„ 28. | „ | 12543 A(lano) abbate et fratribus de Gofer (vel Silleio) petentibus, monasterii protectionem suscipit, regulam Praemonstratensem ecclesiamque S. Leonardi et alia quaedam confirmat. Orig. in Arch. dép. de l'Orne in Alençon. Fonds de Silly. — „Piis et rationabilibus".

„ 28. | „ | 12544 Canonicis S. Nicolai Catalaunensibus privilegium dat. Neues Archiv VII. 102. — „Iustis petentium".

„ 29. | „ | 12545 Monasterii Tutelensis ecclesias quasdam confirmat, petente Geraudo abbate. Ex Coll. Doat. t. 125. f. 236 in bibl. nat. Paris. Misit Delisle. — „Cum teneamur".

„ 30. | „ | 12546 R(ogero), archiepiscopo Eboracensi, apost. sed. legato, mandat, statuat cum capitulo ecclesiae, „ut in maiori altari ipsius ecclesiae nemo nisi episcopus vel canonicus eiusdem ecclesiae celebrare audeat, nec aliqui in missa, quae in praescripto altari celebratur, evangelium vel epistolam, nisi eiusdem ecclesiae sint canonici, legere praesumant". (Suspecta.) Fabric rolls in York Minster p. 145. — „Cum ecclesia tibi".

1160—1176.

Mart. 30.	Anagniae	12547 Amatoni abbati et fratribus S. Petri de Villa magna. Sic ap. Pflugk-Harttung Iter p. 275. — „Iustis petentium“.
Mart. Apr.	„	12548 *Fratribus Massiliensibus significat, se villae Chiriacensis (Quiriacensis) tutelam suscipere. („III. kal. non. Apr.“) Coll. des Cartulaires IX. 368. — „Rationabilibus“.
Apr. 11.	„	12549 Bullae hoc die datae pro ecclesia, ut videtur, Lucensi meminit Holder-Egger ex cod. capituli Luc. 618, in Neues Archiv XI. 263 not.
„ 18.	„	12550 Monachis et presbyteris ecclesiae b. Petri de Baresma et S. Laurentii de Lungiaco asserit „debitum obsequium, quod in obsequiis defunctorum et processionibus consueverint percipere“. Ex Coll. Housseau V. n. 1817 in bibl. nat. Paris. Misit Delisle. — „Congruam officii“.
„ 20.	„	12551 Archiepiscopis, episcopis, archidiaconis et aliis ecclesiarum praelatis, in quorum parochiis possessiones monasterii Malmesburiensis consistant, significat, sese fratribus Malmesburiensibus indulsisse, ut monasterii malefactores excommunicationis vel interdicti sententia ferirent. Praecipit, ut sententiam ab eis promulgatam observent faciantque observari. Registrum Malmesbur. I. 367. — „Quando monasterium“.
„ 22.	„	12552 (8384) Universis episcopis per Rotomagensem provinciam constitutis praecipit, ut excommunicationis et interdicti sententias ab ecclesia Rotomagensi prolatas observent. Bessin Conc. Rot. I. 83, Bouquet Rec. XV. 932, Mansi XXI. 1068, Migne 200 p. 1042. — „Cum ecclesia Rotomagensis“.
„ 22.	„	12553 Abbati et fratribus S. Ebrulfi concedit, ne de novalibus, quae propriis manibus aut sumptibus colant, sive de nutrimentis animalium solvant aut decumas aut primicias. Ex chartul. S. Ebr. ms. lat. 11056. n. 1082 in bibl. nat. Paris. Misit Delisle. — „Iustis petentium desideriis“.
„ 23.	„	12554 Cappellanis Laudunensibus concedit, ne quis eis „indebitas exactiones vel quaelibet gravamina irrogare“ debeat. Autogr. in bibl. nat. Paris. Coll. Grenier t. 286. n. 4. — „Rationabilibus votis“.
„ 25.	„	12555 (8385) Episcopo Suessionensi mandat, hortetur Wa. abbatem Dorbacensem, ut A., Hierosolymis reducem, in monasterio, in quo monasticum habitum susceperit, recipiat. Duchesne Hist. Fr. SS. IV. 607, Bouquet Rec. XV. 933, Mansi XXI. 997, Migne 200 p. 1043. — „Latoris praesentium A.“.
„ 26.	„	12556 (8386) Ecclesiae S. Mariae Corbeliensis, monasterio S. Dionysii subiectae, iura quaedam confirmat. Doublet Hist. de St. Denys p. 509, Coüard-Luys Cart. de St.-Spire de Corbeil p. 31, Migne 200 p. 1043. — „Cum ecclesia vestra“.
„ 27.	„	12557 Monasterio S. Florentii Salmuriensi ecclesias quasdam asserit. Archives hist. de la Saintonge IV. 55. — „Iustis petentium desideriis“.
„ 28.	„	12558 Archiepiscopis et episcopis mandat, ne malefactores ecclesiae S. Martini Turonensis, si excommunicati fuerint, absolvant, donec satisfecerint. In bibl. nat. Paris. Coll. Baluze t. 76. f. 360. — „Nullus vestrum“.
„ 29.	„	12559 Cellerarii S. Martini Turonensis constitutionem super cereis procurandis, assensu capituli factam, approbat. In bibl. nat. Paris. Coll. Baluze t. 76. f. 361. — „Significavit nobis“.
„ 29.	„	12560 Abbati et fratribus S. Ebrulfi asserit centum solidos sterlingorum a domino de Ferrariis annuatim solvendos. Ex chartular. S. Ebrulfi I. 159 in bibl. nat. Paris. Misit Delisle. — „Suggestum est“.
„ 29.	„	12561 (8387) Capitulo b. Martini Turonensi permittit, ut modiationes vacantes infra quadraginta dies vel, circa festum S. Iohannis Baptistae tempore messis, infra decem dies plus offerentibus concedantur. Recueil sur S. Martin de Tours p. 22, Migne 200 p. 1044. — „Quanto specialius“.
„ 29.	„	12562 Abbati et fratribus S. Ebrulfi concedit, ut de cellis vacantibus libere statuant. Ex chartul. S. Ebrulfi I. 156 in bibl. nat. Paris. Misit Delisle. — „Officio nostro“.
Mai. 4.	„	12563 Monasterii S. Laurentii de Calido-fonte possessiones, in his ecclesiam de Galesmis et capellam de Masnero, confirmat. In bibl. nat. Paris. Coll. Moreau t. 80. f. 186. — „Iustis petentium desideriis“.
„ 6.	„	12564 In abbatis S. Victoris Parisiensis electionem aliquem sese intromittere vetat, statuitque, ut electus per priorem et suppriorem monasterii celebretur. Autogr. in tabul. nat. Paris. L. 231. n. 5. — „Paci et quieti“.

1160—1176.

Mai. 7. Anagniae 12565 Ecclesiam S. Savini Placentinam eiusque possessiones tuendas suscipit, statuitque, ne cui infra eius parochiarum terminos capellas vel oratoria construere liceat. Pflugk-Harttung Acta III. 239. — „Que a nobis“.

„ 8. „ 12566 Quos capitulo Ebroicensi Audoënus, quondam episcopus, „ad communionem canonicorum ampliandam concesserit redditus, constitutos pro circada, quam ipse a presbyteris sui episcopatus ex institutione concilii Iulibonae (vel Insulebonae, hodie: Lillebonne) et ex consuetudine episcopalium ecclesiarum Normanniae exigebat“, confirmat, cet. Cart. du chap. d'Evr. s. XIII—XIV. f. 5ᵇ in Arch. dép. de l'Eure in Evreux. — „Ea, quae in ecclesiis“.

„ 9. „ 12567 Canonicos Mortarienses vetat ecclesiae Ianuensi decimas debitas subtrahere. Pflugk-Harttung Acta III. 239. — „Sicut volumus vobis“.

„ 12. „ 12568 Vigintimiliensem et Antipolitanum episcopos iudices constituit inter capitulum Ianuense et monachos S. Syri, de obedientia et loco, ubi abbas benedicatur, litigantes. Pflugk-Harttung Acta III. 240. — „(Quia?) nuntii“ („Cum?) nuntii“.

„ 13. „ 12569 Pactum inter fratres Altimontenses et capitulum Aquense super duabus ecclesiis factum confirmat. Cartul. de S. Pierre d'Haumont. ms. lat. nouv. acqu. 1386. s. XIII. f. 4ᵇ, Coll. Moreau t. 70. f. 247 in bibl. nat. Paris., (Reg. ap. Devillers Descr. analyt. des cart. du Hainaut III. 118). — „Honestati conveniens est“.

„ 16. „ 12570 Abbati et capitulo monasterii Eveshamensis asserit reditus ecclesiae de Abresleye. Ex cod. Mus. Brit. 3763. f. 95. Dedit b. m. Karolus Pertz. — „Pervenit ad nos quod“.

„ 20. „ 12571 (8389) Statuit, „ne aliqua laicalis persona, patronatus seu alia occasione, electionibus abbatum vel priorum Camaldulensium semet ulla ingerat ratione“. Mittarelli Ann. Cam. IV. app. p. 1, Migne 200 p. 1045. — „Que canonicis sanctionibus“.

„ 21. „ 12572 Abbati et fratribus S. Ebrulfi cellas de Altifago, de Nogione, de Novoforo, alias asserit. Ex chartul. S. Ebrulfi I. 157 in bibl. nat. Paris. Misit Delisle. — „Si quando“.

„ 24. „ 12573 Monasterio S. Dionysii Remensi vineas et terras quasdam asserit. Cartae S. Dion. Rem. ms. lat. E. 24. f. 52 in bibl. S. Genovefae Paris. — „Iustis petentium desideriis“.

„ 25. „ 12574 Ecclesiae de Plesseio (vel Campo Osberti) possessiones quasdam confirmat. Cart. de l'abb. du Plessis-Grimould s. XV ex. f. 6ᵇ in Arch. dép. du Calvados in Caen. — „Iustis petentium desideriis“.

„ 28. „ 12575 Maioris-monasterii fratribus asserit „septem modios vini ad mensuram de Castillione“ a Guidone de Castillione concessos. Autograph. in tabul. nat. Paris. L. 231. n. 58. — „Iustis petentium desideriis“.

„ 30. „ 12576 (8390) Canonicis S. Quintini concedit, „ne episcopus Noviomensis plures quam triginta quinque homines et triginta equitaturas ad eorum ecclesiam ducere audeat“. Colliette Mém. du Vermandois II. 339, Hemeraei Aug. Virom. p. 166, Migne 200 p. 1046. — „In eo loco sumus“.

„ 31. „ 12577 Monasterio b. Mariae Blesensi ecclesiam S. Laurentii Montis-laudati confirmat. Auvray Notice sur le ms. Ottobonien 2966 p. 15 in Mélanges d'arch. et d'hist. VI. — „Iustis petentium desideriis“.

Iun. 1. „ 12578 Decano et capitulo S. Crucis Aurelianensi praecipit, ne praebendam et annualia, quae canonici S. Evurtii in eorum ecclesia possideant, „occasione matutinarum“ diminuant. In bibl. nat. Paris. ms. lat. 12775. f. 37. — „Cuilibet ad cumulum cedit“.

„ 4. „ 12579 Hospitalis Hierosolymitani possessiones et redditus, Parisiis comparatos, confirmat. Autogr. in tab. nat. Paris. L. 230. n. 6. — „Fervor religionis“.

„ 5. „ 12580 Episcopo Noviomensi et decano S. Quintini mandat, ne A. quendam ab abbate S. Nicolai de Pratis (Ribomontensis) pro mutuata pecunia usuram ulterius requirere patiantur. Loewenfeld Epistolae p. 146, Stein Cart. de St. Nicol. des Prés sous Ribem. p. 39. — „Ex parte abbatis“.

„ 11. „ 12581 (8391) Canonicorum S. Quintini legem confirmat, „si quis canonicus ecclesiae assiduitatem inibi non servet, nisi de licentia capituli alibi moretur, integros fructus praebendae suae percipere ne debeat, excepto uno solo canonico, qui fuerit capellanus“. Colliette Mém. du Vermandois II. 350, Hemeraei Aug. Virom. p. 166, Migne 200 p. 1047. — „Ea, quae sunt“.

„ 14. „ 12582 R(aimundi) praepositi et capituli Tarraconensis bona ac iura confirmat. Villanueva Viage litterario XIX. 218. — „Cum sitis secundum“.

1160—1176.

Iun. 15.	Anagniae	12583 (8392) Omnibus episcopis praecipit, ut „in locis, ubi fratres vel sorores Praemonstratenses habitent, nullos seculares clericos introducant". Le Paige Bibl. Praem. p. 631, Fejér C. D. H. II. 187. — „Quanto religio".
„ 15.	„	12584 „Presbyteris canonicis Laudunensis ecclesiae" asserit „praebendam unam communem in ecclesia Laudunensi et annualia illorum, qui ibi canonici moriuntur", sicut G(alterus) quondam episcopus ipsa confirmaverit. Autogr. in tabul. nat. Paris. L. 231. n. 46. — „Officio nostrae sollicitudinis".
„ 16.	„	12585 Narbonensi, Arelatensi et Ebredunensi archiepiscopis scribit, fratres S. Aegidii sibi conquestos esse, quod, cum controversiae in eorum villa subortae in curia monasterii tractari solerent, nunc comes Tolosanus eas sic terminandas esse proponeret, ut in arbitrio litigantium esset, suam vel monasterii curiam adire. Moneant comitem, ne antiquam consuetudinem infringat. Goiffon Bull. de St.-Gilles p. 86. — „Dilecti filii nostri".
„ 17.	„	12586 A decano et capitulo Laudunensi institutum, ne canonici haud assidue servientes vel per quadraginta dies sine licentia capituli absentes pares cum assiduis praebendas percipiant, approbat. Autogr. in tabul. nat. Paris. L. 231. n. 39. — „Iustis petentium desideriis".
„ 17.	„	12587 (8394) V. priori et canonicis ecclesiae S. Frigdiani Lucensis scribit haec: „decernimus, ut, si qua canonici Lucenses a nobis falsa suggestione impetraverunt, quae privilegiis vobis ab apostolica sede indultis derogare noscuntur, ea vobis in iustitia vestra nullum possint praeiudicium generare". Baluzii Misc. IV. 596, Migne 200 p. 1048. — „Religionis et fidei".
„ 20.	„	12588 Monasterii S. Petri Glocestriensis bona ac iura quaedam confirmat. Hist. et cart. mon. S. Petri Gloucestriae III. 15. — „Quotiens aliquid a".
„ 20.	„	12589 Sororibus S. Mariae Bertocurtensibus indulget, ne de nutrimentis animalium decimas solvant. Cartul. de Bertaucourt Coll. Grenier t. 93. f. 42 in bibl. nat. Paris. — „Quanto divinis estis".
„ 21.	„	12590 *Fratribus S. Bertini Sithiensibus de monacho apud eos induendo scribit. Vide Iohannis Longi chron. in MG. SS. XXV. 814: „XI. kal. Iul." (al. mss.: „XII. kal. Iul.").
„ 27.	„	12591 Fratribus S. Andreae Pisanis indulget, ut „cum generale interdictum terrae fuerit, liceat eis, clausis ianuis, non pulsatis campanis, exclusis excommunicatis et interdictis, suppressa voce divina officia celebrare". Coll. des Cartulaires IX. 367. — „In admittendis".
„ 29.	„	12592 (8395) Priorem et fratres monasterii S. Savini hortatur, ut abbati obediant. Martene Thes. I. 457, Migne 200 p. 1049. — „Non vos credimus".
„ 30.	„	12593 (8396) Episcopo et capitulo Ausonensi praecipit, ut ecclesiam de Granoylers monasterio Rivipullensi reddant, aut ius suum apud archiepiscopum Tarraconensem persequantur. Marca Marca Hisp. p. 1347, Aguirre Conc. V. 84, Mansi XXI. 1062, Migne 200 p. 1049. — „Ad aures nostras".
Iul. 2.	„	12594 Monasterii Compendiensis in ecclesia S. Clementis „auctoritatem et iurisdictionem" confirmat. In tabul. nat. Paris. Chartul. S. Cornel. Compend. LL. 1622. s. XIII. f. 54. — „Iustis petentium desideriis".
„ 2.	„	12595 Fratribus Compendiensibus interdicit, „ne, cum statutum sit, ut decedentibus canonicis in eorum loco monachi subrogentur, in ecclesia canonicum recipiant vel alicui praebendam aliquatenus concedant". In tabul. nat. Paris. Chartul. S. Cornel. Compend. LL. 1622. s. XIII. f. 63. — „Paci et quieti".
„ 2.	„	12596 Fratres Malmesburienses a solvendis decumis vel primitiis eximit. Registrum Malmesbur. I. 381. — „Iustis petentium desideriis".
„ 3.	„	12597 Prohibet, ne „archiepiscopi et episcopi homines templi Hierosolymitani in aliquo crimine deprehensos pena pecuniaria puniant nec ipsos presbyteros et ecclesias, quas teneant, exactionibus indebitis fatigent". Prutz Malteser Urk. p. 38.
„ 3.	„	12598 Roberto abbati et fratribus S. Ebrulfi heremitagium de Rupe asserit. Ex chartul. S. Ebr. I. 160 in bibl. nat. Paris. Misit Delisle. — „Iustis petentium desideriis".
„ 4.	„	12599 Parthenonis S. Salvatoris Massiliensis iura confirmat. André L'abbaye de S. Sauveur de Marseille p. 210. — „Qui tenemur iustas".
„ 4.	„	12600 Monasterio Montis-maioris ecclesiam S. Mariae in villa S. Remigii asserit. Hist. Mont.-mai. auctore Claudio Chantelou, ms. lat. 13915. f. 160 in bibl. nat. Paris. — „Iustis petentium desideriis".

1160—1176.

Iul. 4. Anagniae 12601 (8397) Decano et canonicis ecclesiae S. Martini Turonensis concedit, „ut ecclesias de feodis ipsorum et possessiones ad eorum proprietatem pertinentes legitime revocare possint". Rec. sur Saint Martin de Tours p. 22, Migne 200 p. 1050. — „Quanto specialius".

„ 5. „ 12602 Capitulo Pisano nuntiat, se monasterium S. Ruxorii ad solvendum censum per transactionem statutum admonuisse; quod nisi usque ad festum purificationis b. Mariae fecerit, totam terram, de qua sit lis, in possessionem capituli transituram esse. Pflugk-Harttung Acta III. 241. — „Volentes vobis tanquam".

„ 6. „ 12603 (8398) Clericis et laicis de Bagnacavallo praecipit, ut ad canonicorum Faventinorum obedientiam redeant. Savioli Ann. Bol. II. ɪɪ. 37, Migne 200 p. 1050: „II. non. Iulii", Tonduzzi Hist. di Faenza p. 210: „II. non. Iunii". — „Ad nostram".

„ 8. „ 12604 (8399) Monasterii Rivipullensis possessiones quasdam confirmat. Marca Marca Hisp. p. 1347, Aguirre Conc. V. 83. — „Cum nostrae sollicitudinis".

„ 8. „ 12605 Parthenonis S. Mariae Bertocurtensis protectionem suscipit. Cartul. de Bertaucourt, Coll. Grenier t. 93. f. 41^{b} in bibl. nat. Paris. — „Officii nostri debitum".

„ 8. „ 12606 Fratribus Massiliensibus ecclesiam S. Andreae Pisanam asserit, statuitque, ut sine eorum vel archiepiscopi Pisani consensu infra parochiam eiusdem ecclesiae capellam vel oratorium aedificare nemini liceat. Coll. des Cartulaires IX. 367. — „Cum fides".

„ 10. „ 12607 Fratribus S. Nicolai de Pratis Tornacensibus concedit, ne quis de novalibus propriis sumptibus cultis vel de nutrimentis animalium decimas ab eis exigat. (Perperam Alex. IV. tribuitur.) Anal. p. s. à l'hist. eccl. de la Belgique VII. 489. — „Iustis petentium desideriis".

„ 16. „ 12608 Priori et clericis basilicae XII apostolorum significat, sese ad preces Gregorii subdiaconi „stationem ecclesiae eorum, quae quinta feria infra octavam pentecostes fieri consueverit, in diem festivitatis b. Iacobi maioris (25. Iul.) commutasse". In bibl. Corsiniana ms. 1104. s. XVII. f. 140. Dedit P. Ewald. — „Attendentes fervorem".

„ 16. „ 12609 Primicerium et clericos scholae cantorum de eadem re certiores reddit hortaturque, ut in festo b. Iacobi stationem in ecclesia XII apostolorum faciant. In bibl. Corsin. l. l. f. 141. Dedit P. Ewald. — „Apostolica sedes".

„ 18. „ 12610 Fratribus S. Richarii petentibus, monasterium Forestense tuendum suscipit eiusque possessiones confirmat. In bibl. nat. Paris. ms. lat. 12890. f. 31. — „Precibus et petitionibus".

„ 22. „ 12611 (8400) Episcopo Vicensi (Ausonensi) praescribit, ut ecclesiam S. Stephani monachis Rivipullensibus restituat, aut apud Oscensem et Barcinonensem episcopos ius suum persequatur. Marca Marca Hisp. p. 1173 et 1348, Aguirre Conc. V. 84, Mansi XXI. 1062, Migne 200 p. 1051. — „Quotiens ecclesiarum".

„ 22. „ 12612 (8401) Oscensi et Barcinonensi episcopis scribit de ecclesia S. Stephani monasterio Rivipullensi ab episcopo Ausonensi reddenda. Marca Marca Hisp. p. 1348, Aguirre Conc. V. 84, Mansi XXI. 1063, Migne 200 p. 1051. — „Ex transmissa nobis".

„ 25. „ 12613 Monasterio S. Andreae de Gufer concessas possessiones quasdam (scil. mansum Martelli et ecclesiam Montis Gaurodi), antequam ordinem Cisterciensem susceperit, confirmat, decimasque ab eis exigi vetat. Orig. in Arch. dép. du Calvados in Caen. Fonds de St.-André-en-Gouffern n. 13. — „Iustis petentium desideriis".

„ 28. „ 12614 Domus hospitalis S. Crucis Aurelianensis protectionem suscipit, possessiones confirmat, privilegia instituit. In bibl. nat. Paris. ms. lat. 12775. f. 42. — „Qui tenemur iustis".

„ 28. „ 12615 *Monasterii S. Bertini Sithiensis capellam in Lievelande sitam confirmat. Vide Iohannis Longi chron. S. Bertini in MG. SS. XXV. 814: „V. kal. Aug." (al. mss.: „VI. kal. Aug.").

„ 31. „ 12616 Monasterii Savigneiensis ius in ecclesia de Belintona confirmat. Cart. de Savigny s. XIII. f. 169^{b} in Arch. dép. de la Manche in St.-Lô. — „Quanto artius divine".

Aug. 3. „ 12617 Fratribus Cussiacensibus concedit, ut in parochialibus ecclesiis clericos eligant et dioecesanis episcopis praesentent, cet. Autogr. in tabular. nat. Paris. L. 231. n. 40. — „Iustis petentium desideriis".

1160—1176.

Aug. 6. Anagniae 12618 Canonicis Bononiensibus permittit, ut homines plebatus Medicinae ad solvendas decimas compellant, eosque, qui bona eorum detineant, excommunicent. Pflugk-Harttung Acta III. 241. (Wiener Sitzungsber. XCIV. 673.) — „Dum vestrae devotionis".

„ 6. „ 12619 (8402) Clero Pisano mandat, ut populum ad solvendas canonicis decumas inducant. Ughelli It. sacr. III. 404, Migne 200 p. 1052. — „Dignum est".

„ 17. „ 12620 Fratribus Latiniacensibus ecclesiam et capellam quandam asserit. In bibl. nat. Paris. Cartul. de Lagny ms. lat. 9902. s. XVI. f. 6. — „Iustis petentium desideriis".

„ 21. „ 12621 (8403) Abbati et fratribus ordinis Praemonstratensis concedit, „ut servientibus, qui de mensa eorum vivunt, poenitentiam dent et corpus dominicum in statutis temporibus tradant". Le Paige Bibl. Praem. p. 630. — „Apostolicae sedis".

„ 31. „ 12622 Monasterio Bonae-spei altare de Erquelinnes asserit. Maghe Chronicum ecclesiae Bonae-spei p. 109 teste Wauters Table chronolog. II. 547.

Sept. 15. „ 12623 Abbatissae et sororibus Fontis-Ebraldi scribit de ordine Fontebraldensi in parthenonem Ambresberiensem introducendo. Ex chartul. Font.-Ebr. 5480. f. 285 in bibl. nat. Paris. Misit Delisle. — „Intelleximus ex".

„ 17. „ 12624 (9074) Annoni (al. Aimoni) et fratribus monasterii de Marmuloso significat, castrum Tiberiae, excepta S. Eleutherii ecclesia, Iohanni et Petro et Leoni, filiis b. m. Cencii Fraiapanis, a sese concessum esse. Pflugk-Harttung Acta III. 241, (Borgia Ist. di Velletri p. 241, Nerini Stor. del mon. di S. Bonif. ed. Alessio p. 229). — „Cum ex iniuncto".

„ 17. „ 12625 Monasterio Ursicampi „exclusam in flumine Isarae" et prata quaedam asserit. (Perperam Alexandro IV. tributa; pro „Aggnoni" leg. „Anagniae".) Peigné-Delacourt Cart. d'Ourscamp p. 304. — „Iustis petentium".

„ 19. „ 12626 Fratribus S. Acheoli concessam ab episcopo Ambianensi praebendam in ecclesia S. Mariae confirmat. Neues Archiv IV. 352. — „Iustis patientium (lege: petentium) desideriis".

„ 27. „ 12627 Ecclesiae Belnensis tutelam suscipit ac possessiones quasdam confirmat. Pflugk-Harttung Acta I. 259. — „Cum pro sacris".

12628 (8405) Archiepiscopo Mediolanensi eiusque suffraganeis scribit haec: „Significavit nobis nobilis vir P. quod F(riderico) dicto imperatori, cum olim ab Urbe rediret, castrum Ferruce (al. Verrucae, Vernicae) negavit; unde contigit, quod quatuor castris destructis plus quam duo millia domorum destructa fuerunt et multi homines interfecti". Mandat, ut poenitentiam illi imponant. Coll. Cass. XX. 12, Comp. I. L. V. t. 33. c. 2, Decr. Greg. L. V. t. 38. c. 3. — „Significavit nobis nobilis".

1164—1176.

12629 Rigaldo, abbati Castrensi (dioec. Albiensis), bullam dat, qua monasterii privilegia et libertatem confirmat, imposito fratribus quinque solidorum Melgoriensium censu annuo. (Fragmenta.) In bibl. nat. Paris. Coll. Doat t. 117. f. 57[b] et 58. — „Ad hoc nos disponente".

1167—1176.

Dec. 28. Beneventi 12630 Compositionem inter I(ohannem) abbatem fratresque S. Iohannis de Vineis Suessionensis et fratres Longipontis super decimis terrarum et vinearum de Pratella factam confirmat. Ex chartul. S. Ioh. ms. lat. 11004. s. XIII. f. 11 in bibl. nat. Paris. — „Ex tenore cuiusdam".

1170—1176.

Oct. 9. Anagniae 12631 Abbati et fratribus monasterii Omnium sanctorum de Cutus praecipit, ut archiepiscopo Barensi obediant. P. acolythum suum commendat. (Melius redigendum videtur ad a. 1170—1179.) Pflugk-Harttung Acta III. 242. — „Movemur plurimum".

12632 (8407) I(ldebrando) presbytero cardinali duodecim apostolorum, apostolicae sedis legato, respondet, ut „electum, qui nuper abiurato schismate ad unitatem ecclesiae redierit, faciat a catholicis episcopis suffraganeis Aquileiensis ecclesiae consecrari". App. conc. Lat. XL. 2, Coll. Lips. XXXI. 1, Coll. Cass. XL. 1, Coll. Bamb. XXX. 1, Comp. I. L. 1. t. 4. c. 14, Decr. Greg. L. I. t. 6. c. 5. — „Quod diligentia" „Quia diligentia".

1173—1176.

Mart. 29. Anagniae 12633 Monasterio S. Stephani Cadomensi asserit „duas partes decimae de tota terra Willelmi Lexoviensis, qui cognominatur Iudeus, in villa que dicitur Cambis, quas idem Willelmus de assensu Henrici episcopi Baiocensis monasterio reliquerat“; alias quasdam donationes confirmat. Orig. in Arch. dép. du Calvados in Caen. Fonds de St.-Etienne n. 23, (Copia in bibl. nat. Paris. Cart. de St.-Etienne de Caen ms. lat. nouv. acqu. 1406; cf. tabulas, quae in cartulario huic bullae antecedunt). — „Que a devotis“.

„ 29. „ 12634 Fratribus S. Silvestri Vincentinis scribit, (Conradum) archiepiscopum Moguntinum, apost. sedis legatum, qui controversiam inter eos et canonicos Vincentinos super ecclesia S. Mariae de Fabrica terminare nequierit, causam (Gerardo) episcopo Paduano commisisse. Sententiam ab eo latam confirmat iubetque observari. Pflugk-Harttung Acta III. 243. — „Cum inter vos“.

„ 31. „ 12635 (Petro) archiepiscopo Tarantasiensi, (Odoni) episcopo Valentinensi ac abbati Abundantino causam fratrum Calesiensium committit, qui a monachis Bonevallensibus ordinem Cistersiensem receperint, quamquam (Iohannes) episcopus Gratianopolitanus „non suum praestiterit in hac parte consensum absolute, sed cum ea conditione, si fratres Cartusienses super hoc consentirent“. Quod si ita sit, mandat, cogant Bonevallenses, ut monasterium Calesiense relinquant, Calesienses autem, ut ad ordinem priorem redeant. Pilot Cartul. de Chalais p. 45. — „Cum quidam monachus“.

Apr. 8. „ 12636 (8408) Ad Simonis abbatis S. Albani quaestiones quasdam respondet. Gilberti Foliot epist. ed. Giles II. 104, Migne 200 p. 1053, (App. conc. Lat. VI. 1, VII. 17, XV. 20, Coll. Lips. XXXV. 17, LII. 25, LIX. 1, Coll. Cass. XLII. 18, LIII. 18, LVIII. 1, Coll. Bamb. XXXIII. 17, XLV. 18, L. 1, Comp. I. L. 1. t. 21. c. 15, L. 3. t. 33. c. 23, L. 4. t. 7. c. 1, Decr. Greg. L. I. t. 29. c. 10, L. III. t. 24. c. 4, t. 38. c. 19, L. IV. t. 7. c. 1). — „Consultationibus singulorum“ „De cetero si“ „Propositum est nobis“.

„ 8. „ 12637 (8409) T(eobaldo), episcopo Placentino, praecipit, ut monachis S. Savini „decimam claustri iuxta s. Ambrosium siti“ reddat. Campi Hist. di Piac. II. 360, Migne 200 p. 1054. — „Significantibus nobis“.

„ 11. „ 12638 (8410) (Roberto) archiepiscopo Viennensi, apostolicae sedis legato, et eius suffraganeis ordinis Cartusiensis domus et pascua commendat. Privil. ord. Cart. fol. 1^{b}, Nova coll. stat. ord. Cart., append. p. 7, Migne 200 p. 1055. — „Non latet discretionis“.

„ 20. „ 12639 Herberto abbati et fratribus S. Theoderici Remensis bullam dat. Neues Archiv VII. 103. — „Religiosam vitam“.

„ 22. „ 12640 Monasterio Tironiensi abbatias de Calcho, de Chameis cet. ac ius abbatum inibi instituendorum confirmat, petente Stephano abbate. Alia privilegia addit. Merlet Cart. de la Ste.-Trin. de Tiron II. 92. — „In hiis que a“.

Mai. 4. „ 12641 (8388. 8411) Permutationem de Caleio villa factam inter capitulum ecclesiae S. Aniani (Aurelianensis) et A(delam) Francorum reginam ac roboratam a L(udovico) rege confirmat. (Aliena manu additum est: „pont. nostri a. XVI.“.) Hubert Antiqu. de St.-Aignan d'Orl. Preuves p. 85, Bouquet Rec. XV. 953, Migne 200 p. 1044. — „Cum nostrae sollicitudinis“.

„ 5. „ 12642 (8412) P(etri?) archiepiscopi Salonitani fidem laudat, eumque molestiis afflictum consolatur. Negat se de ecclesia Iaderensi quidquam in eius iniuriam decreturum. L., cappellanum suum, commendat. Sperat, „ecclesiam Dei in proximo pace tranquilla“ potituram esse. Farlati Ill. sacr. III. 186, Fejér C. D. H. II. 176, Migne 200 p. 1056. — „Litteras et dilectum“.

„ 6. „ 12643 Sententiam inter abbatem Dervensem et canonicos S. Nicolai Catalaunensis de ecclesia Campi-Auberti ab episcopo Trecensi latam et a magistro T., canonico Papiensi, repraesentatam, approbat. Fragmentum ap. Lalore Collection IV. 204; Regestum in Neues Archiv VII. 102. — „Cum dilectis filiis“ („Magister T.“).

„ 9. „ 12644 G(erardo) episcopo Paduano et monasterio Nonantulano scribit. Pflugk-Harttung Iter p. 278. — „Perpendimus ex“.

„ 14. „ 12645 Capitulo Ebroicensi asserit „septem sollemnes procurationes, quas ab eorum episcopis ex quadam provida institutione hactenus perceperint“. Canonicis permittit, ut malefactores ecclesiae excommunicent, sicut E(gidius) episcopus eis concesserit. Cart. du chap. d'Evr. s. XIII—XIV. f. 1 in Arch. dép. de l'Eure in Evreux. — „Rationabilibus postulantium votis“.

		1173—1176.
Mai. 23.	Anagniae	12646 (8413) Episcopo et consulibus Bononiensibus scribit, ut ab iniuriis in ecclesiam Nonantulanam desistant. Litem nuntiat Ildebrandi, basilicae duodecim Apostolorum presbyteri cardinalis, arbitrio permissam esse. Tiraboschi St. di Non. II. 277, Savioli Ann. Bol. II. II. 39, Migne 200 p. 1057. — „Cum Nonantulana",
„ 25.	„	12647 Fratribus S. Vincentii Silvanectensibus asserit praebendas, quas in ecclesiis S. Mariae, S. Reguli et S. Franbaldi possident. Pflugk-Harttung Acta I. 260. — „Tunc officium nostrum".
Iun. 2.	„	12648 Fratribus Sarnaiensibus bona ac iura quaedam asserit. Merlet et Moutié Cart. des Vaux de Cernay I. p. 53. — „Iustis petentium desideriis".
„ 18.	„	12649 *Ecclesiae S. Petri Ariensi factam a Philippo, comite Flandriae, donationem confirmat. Invent. des arch. de Lille p. 56.
„ 21.	„	12650 (Bartholomaeo) archiepiscopo Turonensi, apostolicae sedis legato, eiusque suffraganeis abbatem et fratres Maioris-monasterii commendat. Loewenfeld Epistolae p. 147. — „Decet nos religiosa".
„ 28.	„	12651 (Fulcrando) praeposito Magalonensi asserit curam capituli ecclesiae spiritualem, a I(ohanne) episcopo concessam. Mém. de la soc. de Montpellier V. 534. — „Iustis petentium desideriis".
Iul. 6.	„	12652 Inter fratres Massilienses et S. Eusebii factam, P(etro) episcopo Aptensi praesente et U(gone) archiepiscopo Aquensi assentiente, compositionem confirmat. Coll. des Cartulaires IX. 396. — „Cura suscepti".
„ 6.	„	12653 B(alduino) abbati et fratribus Branensibus ius collocandi in ecclesia de Cersiolo tres aut quatuor canonicos asserit. Alia privilegia addit. In tabul. nat. Paris. Cart. de St.-Yved de Braine s. XIII. LL. 1583. f. 22. — „Hortatur nos et".
„ 15.	„	12654 Canonicis S. Gaugerici Cameracensibus asserit praebendas, a Nicolao quondam episcopo ad claustrum et officinas reparandas concessas. Pflugk-Harttung Acta I. 260. — „Ea quae sacris".
„ 22.	„	12655 Monasterio S. Martini Pontisariensi asserit ecclesiam de Charz, a R(otrodo) archiepiscopo Rotomagensi concessam. Autogr. in tab. nat. Paris. L. 230. n. 30. — „Iustis petentium desideriis".
„ 26.	„	12656 Inter fratres S. Mariae et S. Evodii Branenses et monachos S. Leodegarii (Suessionenses) ab Henrico episcopo Silvanectensi et P(etro) abbate S. Remigii Remensi actum arbitrium probat. In tab. nat. Paris. Cartul. de St.Yved de Braine s. XIII. LL. 1583. f. 20. — „Ex litteris venerabilis".
„ 27.	„	12657 Capitulo S. Martini Turonensi privilegia quaedam de „ecclesiae malefactoribus et iuratis" indulget, epistola ad Bartholomaeum decanum directa. In bibl. nat. Paris. Coll. Baluze t. 76. f. 357. — „Hortatur nos et".
Aug. 9.	„	12659 Archiepiscopos et episcopos, in quorum parochiis monasterium Casae-Dei ecclesias habet, monet, ne ab ipsis procurationes exigant nec eis „novas et indebitas consuetudines imponant neque ipsos, qui in eisdem ecclesiis Domino famulantur, irrationabiliter fatigent". Pflugk-Harttung Acta III. 243. — „Decet honestatem vestram".
„ 10.	„	12660 Fratribus S. Victoris Parisiensibus asserit maiorem decimam de Bussiaco, a W(illelmo) archiepiscopo Senonensi, ap. sed. legato, et (Manasse) episcopo Aurelianensi concessam. Privilegia quaedam addit. Autogr. in tabul. nat. Paris. L. 230. n. 1. — „Iustis petentium desideriis".
„ 13.	„	12661 Fratribus Curiae-dei concessam a Manasse, episcopo Arelianensi, domum de Lanches asserit. In bibl. nat. Paris. ms. lat. 12739. f. 551. (Cartam Manassis anno 1171 datam vide ibid.) — „Iustis petentium desideriis".
„ 22.	„	12662 L(aurentio) abbati et fratribus S. Richarii ecclesiam S. Luciani Lulliacensem asserit. In bibl. nat. Paris. ms. lat. 12890. f. 40. — „Cum ecclesia vestra".
„ 23.	„	12663 Capellanis civitatis Patavinae concessa a Gerardo episcopo eiusque antecessoribus quartisia decimarum quarundam confirmat. (Verba „pont. n. a. XIIII." certe addititicia sunt, ipsaque bulla non videtur a suspicione libera.) Gloria Cod. dipl. Pad. II. 281. — „Postulavit a nobis".
„ 26.	„	12664 (8414) Pacem inter Hugonem, episcopum Terracinensem, et Petrum de Roberto a B(ernardo) episcopo Portuensi et P(etro) tit. S. Laurentii in Damaso presbytero cardinali conciliatam confirmat. Cantator Hist. Terracin. p. 399, Migne 200 p. 1058. — „Cum tu et".

1173—1176.

Aug. 30. Anagniae — 12665 (8404) Monasterio S. Germani de Pratis Parisiensi capellam S. Iohannis asserit, litteris ad Hugonem abbatem. Bouillart Hist. de St. Germain des Prez p. 42, Migne 200 p. 1052. — „Ex litteris dilectorum".

Sept. 18. „ — 12666 (9191) Plebano et clericis Maturiensibus cum monachis litigantibus mandat, ut archipresbytero Volterrano et abbati de Spongia iudicibus a sese constitutis respondere non recusent. Praecipit, ut ab iniuriis in Hospitale de Calcinaria, cuius protectionem Innocentius II. susceperit, desistant et de monachis clericisque excommunicatis satisficiant. Pflugk-Harttung Acta III. 244, (App. conc. Lat. XI. 2, Coll. Lips. XXXVI. 2, Coll. Cass. XLIII. 2, Coll. Bamb. XXXIV. 2, Comp. I. L. 2. t. 4. c. 3.) — „Miramur plurimum".

„ 30. „ — 12667 R(oberto) abbati et fratribus S. Michaelis de Periculo-maris concedit, ut decimas ad eorum ecclesias pertinentes ex laicorum manibus redimant. Delisle Chron. de Robert de Torigni II. 306. — „In his que iuste".

„ — 12668 (8406) H(enrico) patriarchae Gradensi et T(heodino) S. Vitalis presbytero cardinali mandat, iudicent inter C. et Leonardum, electos Torcellenses. Coll. Lips. XLVII. 37, Coll. Cass. LI. 34, Coll. Bamb. XLII. 36, Comp. I. L. 2. t. 20. c. 37, Decr. Greg. L. II. t. 28. c. 23. — „Constitutis in praesentia".

1174—1176.

Ian. 16. Anagniae — 12669 (8417) Petentibus Rodulpho abbate et monachis Cluniacensibus, thesaurum, honores, obedientias, possessiones ecclesiae Cluniacensis ab abbatibus alienari invito capitulo vetat. Bibl. Cluniac. p. 1431, Bullar. Cluniac. p. 74, Migne 200 p. 1060. — „Quanto vos et".

„ 17. „ — 12670 (8418) Rodulpho abbati et fratribus Cluniacensibus asserit ecclesiam S. Iohannis ab iis constructam. Bullar. Cluniac. p. 72. — „Iustis petentium desideriis".

„ 17. „ — 12671 W(illelmo), archiepiscopo Senonensi, ap. sed. legato, eiusque suffraganeis scribit, relatum sibi esse, „a quibusdam capellanis parochianos in Ioiacensi monasterio, quod sit de ordine Cisterciensi, habitum sanctae conversationis absque licentia eorum recipere prohiberi". Mandat, moneant capellanos, ne quem ad ordinem Cisterciensem transire impediant. Loewenfeld Epistolae p. 147. — „Res ad nos".

„ 19. „ — 12672 (8419) Parthenonis Gudhemensis bona, a Canuto rege eiusque fratre donata, confirmat. Liljegren Dipl. Suec. I. 97, Örnhjälm Hist. Sueon. p. 562, Migne 200 p. 1060. — „Iustis petentium desideriis".

„ 21. „ — 12673 Abbati et fratribus Clarevallensibus nuntiat, sese sententiam inter fratres S. Benigni Divionenses et monachos de Morans a M(athaeo) episcopo Trecensi et abbate S. Remigii latam approbare. Pflugk-Harttung Acta I. 254. — „Cum venerabilis frater".

Mart. 1. — 12674 (Ariberto) episcopo Vicentino significat, sententiam inter canonicos Vicentinos et Hesoardum, Theobaldum aliosque vasallos super possessionibus magnis litigantes latam a Friderico dicto imperatore confirmatam esse; canonicos deinde, a consulibus civitatis iterum stare iudicio sapientis cuiusdam coactos, condemnatos esse; „licet autem praedictus Fridericus dictus imperator iudicium illius sapientis, quia non erat suum de his iudicare, penitus irritasset (cf. Stumpf 4150 et additam.), nihilominus tamen praefatos vasallos praescriptas possessiones detinere". Mandat, ut si ita est, vasallos eorumque fautores excommunicet. (Cf. infra ep. 12822.) Ex Mus. Brit. ms. addit. 8602 saec. XVII. f. 189 misit Ed. Bishop. (Exstabit ap. Loewenfeld Epistolae II.) — „Significantibus nobis canonicis".

„ 25. „ — 12675 Alberti archipresbyteri et canonicorum Bononiensium statutum confirmat, ut „si quis canonicorum ecclesiae abstulerit quicquam rerum canonicae contra voluntatem conventus, . . . si non restituerit, privetur beneficio suo in parte illa, quae pro vestimentis erogetur, donec communitati fratrum digne satisfecerit de commisso". Pflugk-Harttung Acta III. 245, quod melius ad a. 1160—1176 redigendum videtur. — „Ex publico instrumento".

Iun. 27. „ — 12676 Iubet presbyterum praefici capellae, a Philippo Aimeri in paroecia ecclesiae S. Mariae Divitis constructae, ut concessum sit a b. m. Ioscio, quondam archiepiscopo Turonensi. Ex Coll. Housseau V. n. 1764 in bibl. nat. Paris. misit Delisle, (Mém. de la soc. arch. de Touraine XIV. 182). — „Ex scripto quodam".

1174—1176.

Aug. 31. Anagniae 12677 *Giraldo abbati et fratibus S. Crucis Burdigalensibus oratorium S. Remigii asserit. In bibl. nat. Paris. ms. lat. 12666. (Monasticon Benedictinum IX.) f. 157. Cf. Gall. Chr. II. 861.

Sept. 4. „ 12678 *Giraldo abbati et fratibus S. Crucis Burdigalensibus domum de Balags asserit. In bibl. nat. Paris. l. l. f. 157.

1175—1176.

Nov. 6. Anagniae 12679 (8420) Petro, tit. S. Chrysogoni presbytero cardinali, apostolicae sedis legato, mandat, ostendat Ludovico, Francorum regi, „quam graviter auctoritati Romanae ecclesiae sit detractum super eo, quod (Mauritius) episcopus Parisiensis post appellationem archidiaconatum dare praesumpserit". Attamen, rege postulante, veniam vult iniuriae dare. „Ceterum" inquit „ne nos, vel Grat(ianus) subdiaconus noster tantam confusionem videamur sustinere, regi suadeas, provideat, ut dignam possimus inde consolationem recipere". Duchesne H. Fr. SS. IV. 562, Bouquet Rec. XV. 952, Mansi XXI. 964, Migne 200 p. 1061. — „Si innotesceret".

Dec. 1. „ 12680 Abbati et fratribus S. Mariae Pratensibus asserit quartam nemoris de Marelmifai partem, a fratribus S. Luciani Bellovacensibus vindicatam. („V. non Dec.") Chartul. Belli prati Bellov. in bibl. nat. Paris. ms. lat. 9973. f. 130. — „Cum olim inter".

„ 12681 Monasterii S. Stephani de Eremo protectionem suscipit privilegiaque et possessiones confirmat. Tromby Stor. Cartus. IV. app. p. 132. — „Cum ex inspiratione".

1176. *(Ind. 9. — 25. Sept. — 10, pont. a. 17. — 20. Sept. — 18, 1175. — 25. Mart. — 1176.)*

Ian. 14. „ 12682 (8421) Parthenonem S. Iustinae Lucensem tuendum suscipit, eiusque disciplinam, possessiones, iura, petente Caecilia abbatissa, confirmat. Muratori Ant. It. V. 567, Migne 200. p. 1062: „XVIII. kal. Febr." (Pflugk-Harttung Iter p. 42: „XIV. kal. Febr.") — „Prudentibus virginibus".

„ 15. „ 12683 Monasterium S. Mariae Monteregalense, a Willelmo rege Siciliae construi coeptum, soli sedi Romanae subdit amplissimisque privilegiis ornat. Censum 100 tarenorum annuatim persolvendum sibi suisque succesoribus reservat. Del Giudice Notizie di Morreale, Priv. p. 38, Pflugk-Harttung Acta III. 246: „XVIII. kal. Febr." (Pirri Sic. sacr. I. 451: „XIX. kal. Febr.") — „Ex debito suscepti".

„ 29. „ 12684 (8422) Petro, tit. S. Chrysogoni presbytero cardinali, apostolicae sedis legato, haec nunciat: „Innotuit nobis ex litteris Manuelis, Constantinopolitani imperatoris, quod ipse in manu forti Turcorum terram ingressus, civitates et castra ferro et igne consumpsit, et in medio terrae Soldani Iconii civitatem quandam magnam et populosam construxit, ubi Latinos et Graecos, qui eam custodiant, posuit, et per civitatem ipsam magnae regioni Turcorum dominatur usque adeo, quod viam sepulcri domini visitandi reddidit securam". Principes, comites, barones et alios fideles regni Francorum ad oppugnandos Turcas admoneri iubet. Duchesne H. Fr. SS. IV. 566, Bouquet Rec. XV. 952, Mansi XXI. 970, Migne 200 p. 1063. — „Innotuit nobis ex".

„ 30. „ 12685 (8423) Clericis Alexandrinis significat, se rerum necessitate coactum, electione non facta, eorum ecclesiae episcopum praefecisse. Quod ne in posterum eorum iuri officiat, statuit. Ghilini Annali di Aless. p. 7, Moriondi Mon. Aqu. II. 12, Mansi XXI. 911, Ughelli It. sacr. IV. 314, Schiavinae Ann. Alex. in Hist. Patr. Mon. XI. 31, Migne 200 p. 1064. — „De novitate et".

Mart. 4. „ 12686 (8424) Compositionem a (Willelmo) archiepiscopo Remensi, apostolicae sedis legato, factam inter fratres S. Petri et capellanos ecclesiarum S. Iohannis, S. Nicolai, S. Iacobi Gandavensium confirmat. Miraei Opp. dipl. III. 670, Lokeren S. Pierre à Gand p. 153 n. 260 et p. 183. — „Commissi nobis officii".

„ 8. „ 12687 (Guntramo) electo et capitulo Senensi mandat, curent, ut consules parthenoni S. Ambrosii Montis Cellensis possessiones, extra castrum Quercus grossae occupatas, restituant et ab eiusdem aliarumque ecclesiarum oppressionibus abstineant. Pflugk-Harttung Acta III. 248. — „Dilecta in Christo".

„ 17. „ 12688 (8425) Monasterii Camaldulensis possessiones et privilegia confirmat. Mitarelli Ann. Cam. IV. app. p. 52, Migne 200 p. 1064. — „Officii nostri nos".

„ 20. „ 12689 Ecclesiae Tarantasiensis tutelam suscipit possessionesque et iura confirmat, petente Aimone archiepiscopo. Pflugk-Harttung Acta III. 249. — „In apostolicae sedis".

1176. *(Ind. 9. — 25. Sept. — 10, pont. a. 17. — 20. Sept. — 18, 1175. — 25. Mart. — 1176.)*

Mart. 20. Anagniae 12690 Canonicorum C. Mariae de Vado Ulmi tutelam suscipit ac possessiones et privilegia confirmat. (Pro MCLXXX leg. MCLXXV.) Ex Chartul. S. Evurtii, ms. lat. 10089. p. 507, in bibl. nat. Paris. misit Delisle; in eiusdem bibliothecae Coll. Baluze t. 78. f. 73. — „Quotiens illud".

Apr. 2. „ 12691 Monasterii Leoncellensis patrocinium suscipit, bonaque et privilegia confirmat, petente Pontio abbate. Chevalier Coll. de cart. Dauphin. IV. 29. — „Religiosam vitam eligentibus".

„ 11. „ 12692 (8426) Hubaldo, archiepiscopo Pisano, subiicit Galtelinensem et Civitatensem episcopatus, in Sardiniae iudicatu Gallurensi sitos, ac episcopatum Populoniensem, „pro recompensatione episcopatuum", quos Hubertus, quondam archiepiscopus Pisanus, sedi Romanae concesserit. Insuper ei tribuit primatum super Turritanam, Calaritanam et Arborensem provincias, cum omnibus iuribus ad primatum pertinentibus, eique asserit legationem Sardiniae, usum equi albi crucisque ac pallium, quo utatur in consecratione Aleriensis, Aiacensis, Saguntini ac trium episcoporum, qui supra memorati sunt. Vivianus Praxis iurispatronatus p. 70, Matthaejus Eccl. Pis. hist. I. App. p. 56, Cappelletti Chiese d'It. XVI. 117. — „Tunc apostolice sedi(s)".

„ 11. „ 12693 Hubaldo, archiepiscopo Pisano, eiusque successoribus. Sic ap. Pflugk-Harttung Iter p. 279. — „Fratres nostros".

„ 11. „ 12694 (8427) Praepositum et monachos S. Georgii Lucensis monet, ut ecclesiam S. Matthaei de Fossa Natali, quam „presbyter, qui ibidem moretur, sub obedientiam praepositi regendam et gubernandam" ab (Willelmo) electo Lucensi receperit, „omnino derelinquant". Mansi XXI. 1080, Migne 200 p. 1066. — „Ad aures nostras".

„ 20. „ 12695 (8428) Monasterium Vallumbrosanum tuendum suscipit, et eius possessiones ac iura, petente Iacobo abbate, confirmat. Ughelli It. sacr. III. 221, Lami Eccl. Fl. Mon. I. 547, Migne 200 p. 1067. — „Desiderium, quod ad".

„ 20. „ 12696 Ecclesiam Prunensem tuendam suscipit eiusque possessiones et iura confirmat, petente Iohanne priore. Pflugk-Harttung Acta III. 250. — „Pie postulatio voluntatis".

„ 20. „ 12697 Monasterium S. Michaelis Maianense tuendum suscipit, bonaque eius et privilegia confirmat. Wiener Sitzungsber. XCIV. 673. — „Religiosam vitam eligentibus".

„ 20. „ 12698 Ecclesiae Augustensis (prov. Tarantas.) protectionem, petente Aymone episcopo, suscipit, bonaque et privilegia confirmat. Hist. Patr. Mon. Chart. II. 1048. — „Fratribus et coepiscopis".

„ 20. „ 12699 Controversiam inter monachos S. Salvii et canonicos S. Iohannis de Valencenis super iure parochiali diu litigantes determinat. In bibl. nat. Paris. Coll. Moreau t. 69. f. 222. (Cf. Gall. Chr. III. 133.) — „Cum M(artinus) monachus".

„ 23. „ 12700 Parthenonis S. Mariae Bertocurtensis tutelam suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat, petente Flandrina abbatissa. Cartul. de Bertaucourt, Coll. Grenier 93 f. 36 in bibl. nat. Paris, (Neues Archiv VII. 103.) — „Suscepti regiminis administratione".

„ 26. „ 12701 A(imoni) priori et fratribus S. Salvii indulget, ne cui parochianorum, „nisi clericalem ordinem et habitum habuerit, alias ecclesias in quotidianis officiis vel in aliis ecclesiasticis sacramentis .... contra generalem terrae consuetudinem frequentare liceat, sed ecclesiis, in quarum parochiis habitent, parochialia iura persolvant". Loewenfeld Epistolae p. 148. — „Significatum est nobis".

„ 30. „ 12702 (8429) Monasterium S. Mariae Florentinum tuendum suscipit et eius bona iuraque confirmat, petente Bernardo abbate. Puccinelli Cron. dell' abbadia di Fiorenza p. 258. Margini Bull. Cas. I. 20, Lami Eccl. Fl. M. I. 111, Migne 200 p. 1069. — „Cum omnium".

„ 30. „ 12703 Monasterii S. Petri de Monte-viridi protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat. Soldani Hist. mon. de Passiniano p. 22. — „Cum omnium".

Mai. 13. „ 12704 (8430) Rogero, archiepiscopo Eboracensi, apostolicae sedis legato, et eius canonicis mittit exemplum litterarum Willielmi, Scotiae regis, post pacem cum (Henrico) Anglorum rege factam ab ipso petentis, ut Scotiae ecclesia ecclesiae Eboracensi subiiciatur. Haddan and Stubbs Concils II. i. 244. (Wilkins Conc. I. 481, Migne 200 p. 1071). — „Utilitati ecclesiae".

„ 21. „ 12705 (8431) Petro, tit. S. Chysogoni presbytero, et Hugoni, S. Angeli diacono cardinalibus, apostolicae sedis legatis, mandat, hortentur Henricum, Anglorum regem, ut

1176. *(Ind. 9. — 25. Sept. — 10, pont. a. 17. — 20. Sept. — 18, 1175. — 25. Mart. — 1176.)*

filiam Ludovici, Francorum regis, intra menses duos „a filio suo Richardo, duce Aquitaniae, magnifice traduci faciat, aut eam praedicto regi restituat“. Quod nisi fecerit, totam provinciam Cantuariensem ac comitatum Pictaviensem interdicto affici iubet. Duchesne H. Fr. SS. IV. 562, Bouquet Rec. XV. 954, Mansi XXI. 965, Migne 200 p. 1072. — „Cum filia carissimi“.

Mai. 25. Anagniae 12706 (8439) (Robertum) Exoniensem et (Rogerum) Wigorniensem episcopos et abbatem Faureshamensem laudat, quod Clarembaldum, abbatem S. Augustini Cantuariensem, deiecerint. Hist. mon. S. Aug. Cant. p. 414. (Chron. W. Thorn ap. Twysden H. A. SS. II. 1817, Migne 200 p. 1037). — „Auditis olim“.

„ 25. „ 12707 (8440) Monachos S. Augustini Cantuarienses hortatur, ut dejecto Clarembaldo, alium sibi abbatem sumant. Hist. mon. S. Aug. Cant. p. 413. (Chron. W. Thorn ap. Twysden H. A. SS. II. 1818, Migne 200 p. 1080). — „Auditis olim“.

„ 26. „ 12708 (8441) Capitulo S. Augustini Cantuariensi petente, „quidquid Clarembaldus, quondam electus, de bonis ecclesiae absque consilio et assensu totius capituli in ejus praeiudicium fecerit“, rescindit. Hist. mon. S. Aug. Cant. p. 415. (Chron. W. Thorn ap. Twysden H. A. SS. II. 1818, Migne 200 p. 1080). — „Nostrae sollicitudinis est“.

„ 26. „ 12709 Capitulo S. Augustini Cantuariensi concedit, „ne quisquam, abbas sive praelatus, ecclesiae eorum pueros infra XV. annos in monachili habitu suscipiat“. Hist. mon. S. Aug. Cant. p. 427. — „Nostrae sollicitudinis est“.

„ 26. „ 12710 Capitulo S. Augustini Cantuariensi petente, domui eorum eleemosynariae asserit ecclesiam S. Augustini Northburnensem. Hist. mon. S. Aug. Cant. p. 448. — „Iustis petentium desideriis“.

„ 27. „ 12711 Capitulo S. Aug. Cantuariensi petente, ecclesiae eorum „combustae et omnino fere destructae ad reparationem ipsius ecclesiae“ asserit ecclesiam Faureshamensem. Hist. mon. S. Aug. Cant. p. 429. — „Cum ecclesia vestra“.

„ 28. „ 12712 Capitulo S. Augustini Cantuariensi concedit, „ne quisquam, abbas sive praelatus, ecclesiae eorum segrestaniam (sacristaniam) vel camerariam absque consensu totius capituli ad firmam dare vel sibi usurpare praesumat“. Hist. mon. S. Aug. Cant. p. 426. — „Nostrae sollicitudinis est“.

„ 31. „ 12713 Hospitale Pontis populi (d. Luc.), rogatu Massucii rectoris, tuendum suscipit eiusque bona et iura confirmat ea lege, ut una libra cerae annuatim Lateranensi palatio persolvatur. Pflugk-Harttung Acta III. 251. (Hoc privilegium revocatur ab Alexandro IV, cf. Posse Anal. Vatic. n. 158). — „Quotiens illud a nobis“.

Iun. 16. „ 12714 (8432 Monasterii S. Iohannis in Venere possessiones et iura confirmat, petente Oderisio abbate. Ughelli It. sacr. VI. 709, Migne 200 p. 1075. — „Vox clamantis“.

„ 19. „ 12715 (8433) Monasterium S. Eugenii tuendum suscipit et eius possessiones ac iura confirmat. Lami Eccl. Fl. M. I. 522. — „Quotiens illud a nobis“.

„ 19. „ 12716 Parthenonis Maurianensis-Vallis protectionem suscipit ac disciplinam, bona, privilegia confirmat, petente Petronilla abbatissa. Peigné-Delacourt Cartul. de Morienval p. 11. — „Cura nos amovet“ (leg. ammonet.)

„ 21. „ 12717 Monachis S. Aegidii ecclesiam S. Trinitatis de Altorio (dioc. Arelat.) regendam tradit mandatque, ut ad eius requisitionem aliquem fratrum abbatem ibi instituant. Goiffon Bull. de St.-Gilles p. 87. — „Attendentes religionis“.

„ 22. „ 12718 (8434) Gunteramo, electo Senensi, ecclesiam in Monte Bonizi, a Rainerio eius praedecessore constructam, addicit. Muratori Ant. It. V. 813, Ughelli It. sacr. III. 547, Lami eccl. Fl. mon. IV. 14, Pecci St. di Siena p. 170, Migne 200 p. 1075. — „Communi et speciali“.

Iul. 4. „ 12719 (8435) Monasterii Boscodunensis protectionem suscipit, et bona confirmat, petente Guigone abbate. In bibl. nat. Paris. ms. lat. 12663. f. 105, ubi clausula desideratur, (Gall. Chr. III. Instr. 186, Migne 200 p. 1077.) — „Religiosam vitam eligentibus“.

„ 5. „ 12720 Ecclesiae Barchinonensis tutelam suscipit, terminosque ac possessiones confirmat, petente Bernardo episcopo. Fidel Fita Estudios historicos p. 85, idem in Boletin de la real acad. de la hist., Madrid 1885, VI. 325. — „In eminenti apostolice“.

„ 6. „ 12721 (8436) Ecclesiae Ulciensis privilegia quaedam confirmat. Ulciensis eccl. chart. p. 19. — „Cum ecclesia in“.

		1176. *(Ind. 9. — 25. Sept. — 10, pont. a. 17. — 20. Sept. — 18, 1175. — 25. Mart. — 1176.)*
Iul. 7.	Anagniae	12722 (8437) Ecclesiam Aquileiensem tuendam suscipit, canonicorumque bona confirmat, petente Valderico praeposito. Ughelli It. sacr. V. 69, Migne 200 p. 1077. — „Quoties illud a".
„ 10.	„	12723 Ecclesiae Vetiolanensis tutelam suscipit, possessionesque ac iura confirmat, petente Guidone praeposito. (Subscriptiones valde sunt corruptae). Miscellanea di storia Italiana I 304. — „Effectum iusta".
„ 11.	„	12724 Concordiam inter Simonem, abbatem Sublacensem, et Philippum de Maranis super castro Gennae aliisque factam confirmat. Bibl. de l'école des chartes XXXVIII. 1877. p. 110, (Berger Les Reg. d'Innoc. IV. I. 15. n. 56, Pflugk-Harttung Iter p. 280. n. 662.) — „Cum inter".
„ 11.	„	12725 „Concessionem in feudum castri Gennarum, factam Philippo de Marano et filiis eius confirmat". Pflugk-Harttung Iter p. 280. n. 661.
„ 15.	„	12726 Fulconi decano et capitulo Remensi significat, confirmare se constitutionem super fructibus praebendarum distribuendis, a Samsone quondam archiepiscopo factam et a b. m. Henrico roboratam. Cop. authent. a. 1320 in bibl. nat. Paris. Coll. Baluze 385. n. 236. — „Pervenit ad nos".
„ 20.	„	12727 Monasterii S. Germani de Pratis Parisiensis tutelam suscipit, possessionesque et privilegia confirmat, petente Hugone abbate. Autogr. in tab. nat. Paris. L. 231 n. 47. (Ex chartul. S. Germani de Pratis LL. 1024. f. 13 in tabul. nat. Paris. misit Delisle.) — „In eminenti beati".
„ 21.	„	12728 (8438) Parthenonis S. Mariae Suessionensis sororibus, concedit, „ut donec numerus monialium ad octogenarium reducatur, nullam nisi urgente mortis articulo in sororem recipere, aut numerum ipsum, cum ad eum redactae fuerint, transgredi debeant". Germain Hist. de Notre-dame de Soiss. p. 442, Migne 200 p. 1079. — „Cum in monasterio".
„ 30.	„	12729 Episcopos Scotiae ab Hen(rico) Anglorum rege iurare coactos esse, quod ecclesiae Anglicanae obedirent, vehementer dolet. Scribit, mandasse se (Rogero) archiepiscopo Eboracensi, ut „in eos ius metropoliticum non exerceat", donec causa a sese terminata sit. Registr. ep. Glasguens. I. 35, Haddan and Stubbs Councils II. I. 245. — „Super anxietatibus".
„ 31.	„	12730 Priori et capitulo monasterii S. Augustini Cantuariensis asserit ecclesiam de Middletone, ecclesiam de Faversham, cet. Monast. Anglic. nov. ed. I. 134. — „Iustis petentium desideriis".
Mart. Sept.	„	12731 Ecclesiae S. Andreae Moscianensis possessiones et iura confirmat, petente Angelo priore. („XV. kal. . . .") Pflugk-Harttung Iter p. 280. — „Quotiens illud".
Sept. 2.	„	12732 (8442) Monasterii Lenensis protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat, petente Daniele abbate. Zaccaria Della badia di Leno p. 238. — „Desiderium, quod ad".
„ 2.	„	12733 (8443) Domus Cartusiensis omniumque ordinis domuum protectionem suscipit, possessiones confirmat, privilegia quaedam instituit, petente Guidone priore. Privilegia ord. Cart. f. 1, Nova coll. stat. ord. Cart. append. p. 1, Mansi XXI. 1056, Migne 200 p. 1080. — „Cum vos per Dei".
„ 13.	„	12734 Waltero, abbati Westmonasterii, et eius successoribus usum mitrae, anuli, dalmaticae, tunicae, sandaliorum concedit. Monast. Anglic. nov. ed. I. 311. — „Largitione nostri muneris".
„ 19.	„	12735 Parthenonis de Comps tutelam suscipit, bonaque et iura confirmat. In bibl. nat. Paris. ms. lat. 12750. f. 199, ms. lat. 12818. f. 272. (Mém. de l'acad. de Clermont-Ferrand XIX. 294, Mon. pont. Arverniae p. 302.) — „Prudentibus virginibus".
Oct. 15.	„	12736 Ecclesiae S. Mariae de Vigesimo possessiones confirmat, petente Hugone priore. Pflugk-Harttung Iter p. 280. — „Quotiens illud".
„ 21.	„	Annal. Ceccanenses 1176 in MG. SS. XIX. 286. „12 kal. Nov. venit cancellarius imperatoris Anagniam ad papam Alexandrum".
(Nov.)	(„)	12737 (8444) A. (Hildebrando), basilicae XII apostororum presbytero, et A(rdicioni), S. Theodori diacono cardinalibus, apostolicae sedis legatis, nunciat, (Wichmannum), archiepiscopum Magdeburgensem, C(hristianum) cancellarium (archiepiscopum Moguntinum), (Conradum) electum Wormatiensem et A(rduinum), protonotarium F(riderici) dicti imperatoris, ad pacificandum missos, ab ipso impetrare non potuisse, ut

38*

1176. *(Ind. 9. — 25. Sept. — 10, pont. a. 17. — 20. Sept. — 18, 1175. — 25. Mart, — 1176.)*

„sine Lombardis, aut sine (Willelmi) regis Siciliae, vel (Manuelis) Constantinopolitani imperatoris (assensu) pacem ad plenum statueret". Ex conventu se in Lombardiam cum regis Siciliae nunciis, per litteras vocandis, venturum esse. Mandat, „rectores et consules societatis Lombardiae moneant, ut, ad quem locum securius applicare possit, et liberius et honestius de pace tractare, sibi sine dilatione significent, et interim societatem et unitatem suam consolident et confirment". Pez Thes. anecd. VI. I. 397, Migne 200 p. 1081. — „Pro tractata pace".

Nov. 2. Anagniae — 12738 Ecclesiae S. Basilii Senensis tutelam suscipit, bonaque et iura confirmat, petente Madio presbyterio. Pflugk-Harttung Acta III. 253. — „Quotiens illud a nobis".

„ 8. „ — 12739 (8445) Inter (Theobaldum) Placentinum et Parmensem episcopos, sententiam de ecclesia Castri Speculi et ecclesia S. Christinae a (Iohanne) episcopo Brixiensi latam probat. Campi Hist. di Piac. II. 364, Migne 200 p. 1082: „VI. id. Nov.", (Pflugk-Harttung Iter p. 73: „II. id. Nov."). — „Ex litteris venerabilis".

„ 8. „ — 12740 (8446) Monasterii Schoenthalensis protectionem suscipit, possessiones confirmat, privilegia instituit, petente Hartwico abbate. Wirtemberg. Urkundenb. II. 179. — „Religiosam vitam eligentibus',.

„ 15. „ — 12741 (8447) Monasterii S. Germani Parisiensis protectionem suscipit, possessionesque ac iura confirmat, petente Hugone abbate. Bouillart Hist. de St. Germain des Prez Pr. p. 44, Migne 200 p. 1083. — „Monet nos apostolicae".

„ 28. „ — 12742 (8448) Ecclesiae S. Laurentii Florentinae protectionem suscipit, et bona iuraque confirmat, petente Bernardo priore. Lami Eccl. Fl. Mon. III. 1780, Cianfogni Mem. ist. p. 205, Migne 200 p. 1084. — „Piae voluntatis postulatio".

c. Nov. („) — 12743 (8449) Rectoribus Marchiae respondet, ne credant, se cum imperatore pacem iam composuisse. Licet (Wichmannus) archiepiscopus Magdeburgensis, O. (Christianus archiepiscopus Moguntinus) cancellarius, (Conradus) electus Wormatiensis et (Arduinus) protonotarius imperatoris pacificatum venissent, moveri se non potuisse, „ut pacem ecclesiae sine (pace) eorum et (Willelmi) regis Siciliae et aliorum adiutorum ecclesiae reciperet". Nunciat, una cum regis Siciliae nunciis se ad eos venturum. Haec addit: „viriliter agite et in domino confortamini ac vestro pio proposito persistentes, donec pax consummet societatem vestram, in eodem proposito propensius solidandam". Pez Thes. anecd. VI. I. 388, Gloria Cod. dipl. Padov. II. 332, Migne 200 p. 1086. — „Intelleximus ex litteris".

Dec. 6. Anagnia — proficiscitur „8 id. Decembris". Annal. Ceccanenses 1176 in MG. SS. XIX. 286.

„ per terram Laboris — Vide Romualdi Salern. Annal. in MG. SS. XIX. 443.

„ 25. Beneventi — „Festo nativitatis". Romualdi Salern. Annal. p. 443.

„ 29. „ — 12744 (8450) Domus S. Iuliani Pereirensis protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat. Diffiniciones de Calatrava p. 58, Torres y Tapia Cron. de Alcantara I. 82—84, Henriquez Regula p. 506, Migne 200 p. 1086. — „Quoties illud a nobis".

„ 30. „ — 12745 (8451) Petro, tit. S. Chrysogoni presbytero cardinali, apostolicae sedis legato, mandat, ut monasterium S. Maglorii Parisiense tueatur, a Ludovico Francorum rege sibi commendatum. Duchesne H. Fr. SS. IV. 565, Bouquet Rec, XV. 955, Mansi XXI. 968, Migne 200 p. 1087. — „Ita sollicite nos".

„ 31. „ — 12746 (8452) *Monasterio Laetiensi „de altaribus et omnimoda libertate ecclesiae" bullam tribuit. Reiffenberg Monuments VII. 657, (Migne 200 p. 1088.)

„ 31. „ — 12747 (8453) Monasterii S. Gisleni protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia, petente Lamberto abbate, confirmat. Reiffenberg Monuments VIII. 385, Migne 200 p. 1088. — „Quotiens a nobis illud".

„ 31. „ — 12748 Heriberto abbati S. Theoderici Remensis bullam dat. Neues Archiv VII. 103. — „Religiosam vitam".

12749 (8454) Archiepiscopum Eboracensem et Cantuariensem eodem loco et numero haberi iubet, modo „ut prior habeatur, qui prius fuerit ordinatus". Radulf. de Diceto Im. Hist. ap. Twysden H. A. SS. I. 589, Opp. ed. Stubbs I. 406, Gilberti Foliot epist. ed. Giles II 75, Migne 200 p. 1090. — „Antiquam Eboracensis".

12750 Monasterii Tironiensis patrocinium suscipit, possessionesque et privilegia confirmat, petente Stephano abbate. (1177, p. a. XVII.) Merlet Cart. de la Ste-Trinité de Tiron II. 98. — „Religiosis desideriis dignum".

1176. *(Ind. 9. — 25. Sept. — 10, pont. a. 17. — 20. Sept. — 18, 1175. — 25. Mart. — 1176.)*

12751 *Philippo, abbati monasterii de Melsa, bullam tribuit. Chron. mon. de Melsa I. 178.

12752 *Monasterio S. Salvatoris de insula Senensi privilegium dat. Pflugk-Harttung Iter p. 278.

c. 1176.

12753 (8455) Episcopo Exoniensi (al. Wigorniensi) mandat, interdicat G(aufredo), electo Lincolniensi, „cum eius non sit electio confirmata, ne archidiaconatum vel praebendam cuiquam concedat". App. con. Lat. XL. 1, Coll. Lips. XXXI. 7, Coll. Cass. XL. 5, Coll. Bamb. XXX. 5, Comp. I. l. 1 t. 4. c. 18, Decr. Greg. L. I. t. 6. c. 9. — „Nosti, sicut".

12754 (8456) G(aufrido) electo Lincolniensi scribit de praebenda, quam S. archidiaconus G. nepoti eis contulerit. App. conc. Lat. XXX. 7, Comp. II. l. 1. t. 5. c. 1. — „De multa liberalitate".

12755 R(uperto) abbati Tegernseensi ob fidem erga Romanam ecclesiam gratias agit. Mandat, ut A(lbertum) abbatem Benedictoburanum, canonice electum et ab H(enrico) quondam Gurcensi episcopo (ed. E[ginone] Curiensi episcopo) benedictum, contra (Walterum) abbatem, ab (Hartwico) „dicto Augustensi episcopo intrusum, tueatur, curetque ut monachi Albertum, eiecto intruso, abbatem recipiant. Quod nisi fecerint, eos excommunicari et in monasterio divina officia prohiberi iubet. (Correxi ex copia cod. lat. Monac. 19411, olim Tegerns. 1411 f. 213 in schedis Mon. Germ.). Pez Thes. Anecd. III. iii. 636. — „Rediens ad nos".

12756 R(uperti) S. Quirini Tegernseensis et A(lberti) Benedictoburani abbatum, „in medio pravae nationis positorum", fidem erga sedem apostolicam laudat. Nuntiat, A. et V., fratres Conradi monachi Benedictoburani, qui D. (leg. Hartwico) intruso Augustensi favere noluerint, feudis suis privatos, et cum recuperare ea voluissent, occisos esse. Mandat, ut ecclesiasticam sepulturam eis indulgeant, si ante mortem certa poenitentiae indicia dederint. Pez Thes. Anecd. III. iii. 640. — „Referente nobis".

1159—1177.

Dec. 1. Anagniae 12757 Abbati et fratribus Gardensibus bullam dat. Neues Archiv VII. 103.

„ 20. „ 12758 (8457) Rectores Lombardiae hortatur, ut cives Mutinenses a monasterii Nonantulani oppressione revocent. Tiraboschi St. di Non. II 275, Migne 200 p. 1090. — „Quanto vos sinceriori".

„ 20. „ 12759 Fratribus S. Gervasii (de Fossis) praecipit, nisi post mortem abbatis in eorum monasterio persona idonea inveniatur, ut ex collegio S. Aegidii abbatem eligant. Goiffon Bull. de St.-Gilles p. 88. — „Cum monasterium sancti".

„ 29. „ 12760 Infirmos de Barulo eorumque possessiones tuendas suscipit. Prologo Le carte di Trani p. 257. — „Eos quos manus".

12761 (8459) Iohanni, episcopo Casertano, scribit de quorundam tertio gradu coniunctorum matrimoniis dirimendis. Theineri disqu. crit. p. 431, Migne 200 p. 1092. — „Super eo, quod".

1167—1177.

Beneventi 12762 (8460) Capitulum S. Satyri hortatur, ut abbati obediant et leges ordinis observent. Duchesne Hist. Fr. SS. IV. 604, Martene Coll. VI. 238, Mansi XXI. 994, Migne 200 p. 1092. — „Eos, qui relictis".

1168—1177.

Ian. 4. Beneventi 12763 Decano Parisiensi et abbati S. Germani de Pratis sribit de instituendis novis praebendis in ecclesia S. Oportunae, ad ordinationem capituli S. Germani Autissiodorensis pertinenti. In tabul. nat. Paris. Cartul de St. Germain l'Auxerrois s. XIII. LL. 489 f. 31. — „Pervenit ad nos".

1173—1177.

Dec. 22. Anagniae 12764 (8461) (Mauritio) Parisiensi et (Henrico) Silvanectensi episcopis et (Petro) abbati S. Remigii Remensis mandat, cogant Hu. pincernam Ludovici, Francorum regis, ut monachis Cluniacensibus ablatum nemus Sagitta restituant. Bouquet Rec. XV. 938, Migne 200 p. 1093: „XI. kal. Ian.". (In bibl. nat. Paris. Coll. Baluze 46 f. 104: „VI. kal. Ian."). — „Dilecti filii nostri".

		1173—1177.
„ 15.	„	13612 Wichmannum, archiepiscopum Magdeburgensem, idem facere iubet. Addit, ut, quos alienaverit, mansos monasterio Nienburgensi infra duos menses restituat; alioquin eum per legatos suos ad mandata apostolica efficienda coactum iri scribit. Neues Lausitz. Magazin XL. 518, Heinemann C. D. Anhalt. I. 427. — „Super multis et gravibus".
„ 15.	„	13613 P(etro), episcopo Tusculanensi, et P(etro), tit. S. Susannae presbytero cardinali, ap. sed. legatis, mandat, ut commutationem inter Fridericum imperatorem et Wichmannum, archiepiscopum Magdeburgensem, factam rescindant. Neues Lausitz. Magaz. XL. 519, Heinemann C. D. Anhalt. I. 428. — „Sepius, dum apud".
„ 15.	„	13614 Fratribus S. Germani de Pratis Parisiensibus indulget, ut „si archiepiscopus Senonensis in procurationibus, quas debeant illi quaedam monasterii ecclesiarum, numerum equitaturarum vel hominum, in privilegio diffinitum, excedat, liberum sit eis, quod petatur, denegare". Loewenfeld Epistolae p. 186. — „Quanto specialius".
(„ „)	„	13615 (9325) (Guidoni), archiepiscopo Senonensi, interdicit, „ne in monasterio S. Germani Parisiensi, tanquam ex debito, ulterius procurationem requirat". Bouillart Hist. de St. Germain des Prez. Pr. p. 48. — „Quanto specialius".
(„ „)	(„)	13616 (9326) (Guidoni), archiepiscopo Senonensi, praecipit, ne monasterii S. Germani Parisiensis ecclesias „immoderatis procurationibus inquietet". Bouillart Hist. de St. Germain des Prez. Pr. p. 47. — „Attendentes qualiter".
(„ „)	(„)	13617 (9327) (Guidonem), archiepiscopum Senonensem, reprehendit, quod contra privilegium monachorum S. Germani Parisiensium „quadraginta equos et septuaginta homines ad quandam monasterii ecclesiam ducere et pro hiis omnibus procurationem accipere minime dubitaverit". Bouillart Hist. de St. Germ. des Prez. Pr. p. 47. — „Non excidit a".

		1180. *(Ind. 13. — 25. Sept. — 14, pont. a. 21. — 20. Sept. — 22, 1179 — 25. Mart. — 1180).*
Febr. 16.	Velletri	13618 Monasterii Aureae-vallis (dioc. Trevir.) tutelam suscipit, possessionesque ac iura confirmat, petente Stephano abbate. Goffinet Cartul. d'Orval p. 76. — „Religiosam vitam eligentibus".
„ 18.	„	13619 *Monasterio Miciacensi privilegium dat, petente Andrea abbate. In bibl. nat. Paris. Coll. Baluze 87. f. 107 bis.
„ 22.	„	13620 (8784) Monasterii S. Laurentii Scheningensis disciplinam, possessiones, privilegia, petente Bodone praeposito, confirmat. Falke Cod. Trad. Corb. p. 769. — „Officii nostri nos".
„ 23.	„	13621 Archiepiscopis et episcopis, in quorum episcopatibus sunt ecclesiae monasterii Casinensis. Sic ap. Pflugk-Harttung Iter p. 287. — „Audivimus et".
„ 25.	„	13622 (8785) Archiepiscopis et episcopis Sardiniae praecipit, ne contra concilii nuper celebrati decreta ecclesiarum monasterii Casinensis privilegia invadant. Gattulae Hist. Cas. p. 430, Tosti St. di Montec. II. 208, Hist. Patr. Mon. X. 222, Migne 200 p. 1267. — „Audivimus et audientes".
„ 25.	„	13623 (7933) (Simoni), episcopo Meldensi, concedit, „ut si de rebus, quae ad capitulum pertineant, inter canonicos discordia emerserit, et infra terminum competentem nequiverint convenire, liberum ei sit, de causa cognoscere, vel committere alii negotium terminandum". (Bullam integram praebent ms. lat. 5528 f. 16^b et ms. lat. 18355 f. 9; nomen episcopi indicatum non est). Theodori Poenitentiale II. 611, Migne 200 p. 716. — „Pontificalis exigit".
„ 26.	„	13624 (8786) Ecclesiam Monopolitanam tuendam suscipit eiusque bona et privilegia confirmat, petente Stephano episcopo. Ughelli It. sacr. I. 965, Migne 200 p. 1268. — „Ex iniuncto nobis".
		13625 (Matthaeo) Trecensi episcopo nuntiat, (Simonem) episcopum Meldensem, licet iuxta mandatum apostolicum Her(vei) canonici praebendam integrare debuisset, dimidiam vacantem filio nobilis viri G. de Cheureuse assignasse. Quod irritum esse vult. Matthaeo negotium dat, ut quae mandata sint, exequatur. Loewenfeld Epistolae p. 186. — „Estimabamus, quod".
		13626 (Simonem) episcopum Meldensem graviter increpat, quod mandata apostolica contemnens vacantem Constantii succentoris praebendam, qua Her(vei) canonici dimidiam integrare debuisset, filio nobilis viri G. de Cheureuse donaverit; quam donationem irritam denuntiat. Praescriptam dimidiam nomine Hervei absentis Rorico archidiacono et Guidoni nepoti decani vel eorum alteri assignari iubet. Loewenfeld Epistolae p. 187. — „Ex his, que de te".
		13627 M(ichaelem) decanum et capitulum Meldense de superioribus ad Trecensem et Meldensem episcopos epistolis certiores reddit. Prohibet, ne quem ante praebendam Her(vei) integratam in fratrum numerum recipiant. Loewenfeld Epistolae p. 188. — „Pro integratione prebende".
Mart. 5.	„	13628 Hieronymo priori et canonicis S. Frigdiani Lucensibus nuntiat, sese civitatem Lucensem interdixisse, ut eam ad pecuniam Oddoni de Insula, civi Romano, restituendam cogat; divina tamen officia celebrare eis permittit. Pflugk-Harttung Acta III. 277. — „Quod civitatem Lucanam".
„ 8.	„	13629 Monasterii Vallis-clarae patrocinium suscipit, possessionesque et privilegia confirmat, petente Nicolao abbate. Chartes de Vauclair, ms. lat. 11073. s. XII. f. 58. — „Religiosam vitam eligentibus".
„ 13.	„	13630 (Algisio), archiepiscopo Mediolanensi, (Petro) Papiensi et (Alberico) Laudensi episcopis mandat, ne a monachis Clarevallensibus vel aliis fratribus ordinis Cisterciensis de laboribus, id est de novalibus et de aliis terris, quas propriis manibus vel sumptibus excolant, decimas exigi patiantur. Vignati Cod. dipl. Laud. II. 100, Pflugk-Harttung Acta III. 277. — „Audivimus et audientes".
„ 14.	„	13631 Monasterii S. Mariae de Goffer (vel Silleiensis) tutelam suscipit, et privilegia confirmat, petente Radulfo abbate. Autogr. in Archives dép. de l'Orne in Alençon, fonds de Silly; Copia in bibl. nat. Paris. Chartul. Silleiensi ms. lat. 11059. s. XIII. f. 35. — „Religiosam vitam eligentibus".
„ 15.	„	13632 (8787) Ecclesiam S. Mariae Tuscanensem tuendam suscipit et eius possessiones ac privilegia confirmat, petente Mardocheo priore. („XVIII. kal. Apr.") Ughelli It. sacr. I. 1406. — „Cum nobis, licet".

		1180. *(Ind. 13. — 25. Sept. — 14, pont. a. 21. — 20. Sept. — 22, 1179 — 25. Mart. — 1180.)*
Mart. 15.	Velletri	13633 (8788) Petente abbate et capitulo Cisterciensi, statuit, „ut nulli fratrum sine eorum licentia fas sit de claustro discedere, discedentem vero absque communium literarum cautione nullus audeat retinere (leg. recipere“. Dat. „XVIII. kal. Apr.“) Pérard Recueil p. 255. — „Quotiens a nobis petitur“.
„ 21.	„	13634 Monasterii S. Angeli ad montem possessiones confirmat, petente Lamberto priore. Pflugk-Harttung Iter p. 288. — „Quotiens a nobis“.
„ 28.	„	13635 Controversiam inter Odonem, magistrum scholarum ecclesiae Bituricensis, „confratrum suorum vicem agentem“, et P(etrum) de Karentonio super concessione praebendae ortam diiudicat. In bibl. nat. Paris. Cartul. de Bourges ms. lat. nouv. acquis. 1274. s. XIII. f. 15^b. (Bullam datam esse „Velletri V. kal. Apr.“ ex originali docet Girardot Hist. du chapitre de St. Etienne de Bourges p. 15). — „Quotiens aliqua negotia“.
„ 28.	„	13636 Monasterii S. Germani de Pratis Parisiensis tutelam suscipit, possessionesque et privilegia confirmat, petente Hugone abbate. Autogr. in tab. nat. Paris. L. 231. n. 64. — „In eminenti beati“.
„ 31.	„	13637 (8789) Monasterium S. Mariae Fontis-vivi tuendum suscipit et eius bona iuraque confirmat, petente Armanno abbate. Affò St. di Parma II. 385: „II. kal. Apr.“ (Pflugk-Harttung Iter p. 288: „II. id. Apr.“). — „Religiosam vitam eligentibus“.
Apr. 1.	„	13638 Willelmo abbati et fratribus S. Michaelis de Therassia varia bona asserit, in his „redecimationem feni ac frugum Laudunensis episcopi“. Ex chartular. S. Mich. de Ther., ms. lat. 18375 p. 242 in bibl. nat. Paris. misit Delisle. — „Religiosorum votis“.
„ 2.	„	13639 Archiepiscopis, episcopis et aliis ecclesiarum praelatis mandat, ut de malefactoribus fratrum Fusniacensium iustitiam faciant et illata damna resarciri iubeant. In bibl. nat. Paris. Coll. Moreau t. 70. f. 240. — „Dilecti filii nostri“.
„ 3.	„	13640 A(lgiso), archiepiscopo Mediolanensi, eiusque suffraganeis scribit, curent ne a fratribus Casae novae, sicuti nec ab aliis fratribus ordinis Cisterciensis, decimae de novalibus vel de terris, quas propriis manibus vel sumptibus colant vel de nutrimentis animalium extorqueantur. Pflugk-Harttung Iter p. 288. — „Audivimus et audientes“.
„ 4.	„	13641 A(mato) episcopo, priori et canonicis S. Iuvenalis Narniensibus mandat, sub excommunicationis poena inhibeant, „ne laici vel coniugati praebendas tamquam canonici in ecclesia ipsa recipere vel alii locum in ea vindicare per violentiam praesumant“. Bucciarelli Eccl. Narniensis p. 12, Pflugk-Harttung Acta III. 279. — „Quanto ecclesia vestra“.
„ 5.	„	13642 Ecclesiae Narniensis statutum de numero 24 canonicorum ac de electione novorum approbat. Bucciarelli Eccl. Narniensis p. 13, Pflugk-Harttung Acta III. 279. — „Cum de reformatione“.
„ 7.	„	13643 (8790) O(mnibono) Veronensi et (Garsendonio) Mantuano episcopis mandat, compellant T(urrisendem) nobilem virum, ut Nogariam curtem, vi occupatam, monachis Nonantulanis restituat. Tiraboschi St. di Non. II. 278, Migne 200 p. 1270. — „Dilectorum filiorum“.
„ 8.	„	13644 (8791) Monasterii S. Michaelis Pisani protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat, petente Zacharia abbate. Mittarelli Ann. Cam. IV. app. p. 92. — „Officii nostri nos“.
„ 12.	„	13645 Inter fratres Fulcardimontenses et monasterium de Flai compositionem super terra de Spina a T(heobaldo) episcopo Ambianensi factam approbat. In bibl. nat. Paris. Cartul. Fulcardim. ms. lat. nouv. acqu. 248. f. X^b. — „Ex rescripto compositionis“.
„ 14.	„	13646 Monasterii S. Mariae Molismensis tutelam suscipit ac disciplinam, possessiones, privilegia confirmat, petente Stephano abbate. Pflugk-Harttung Acta I. 273. — „Quotiens illud a“.
„ 14.	„	13647 (8792) Ecclesiam S. Petri Mercatellensem tuendam suscipit eiusque bona ac iura confirmat, petente Rainerio archipresbytero. Ughelli It. sacr. I. 1319. — „Licet omnibus“.
„ 17.	„	13648 Fratribus S. Mariae Buxeriensibus asserit villam de Gruosum, ab A. milite donatam. Cartul. S. Mariae Buxer. ms. lat. 5463. s. XIII. f. 33^b in bibl. nat. Paris. — „Suggestum (est) auribus nostris“.

1180. *(Ind. 13. — 25. Sept. — 14, pont. a. 21. — 20. Sept. — 22, 1179. — 25. Mart. — 1180.)*

Apr. 25.	Velletri	13649 W(illelmo Remensi), S. Sabinae cardinali, apost. sedis legato, et (Arnoldo) Trevirensi archiepiscopis, ac (Bertoldo) Metensi, (Arnulfo) Virdunensi, (Radulfo) Leodiensi episcopis aliisque mandat, ne a fratribus Aureae-vallis vel ab aliis ordinis Cisterciensis monachis decimas exigi patiantur. Goffinet Cartul. d'Orval p. 78. — „Audivimus et audientes".
„ 28.	„	13650 Monasterii Aureae-vallis bona ac privilegia quaedam confirmat. Goffinet Cartul. d'Orval p. 79. — „Iustis petentium desideriis".
„ 28.	„	13651 Monasterii S. Petri de Campo possessiones confirmat, bulla ad Benedictum abbatem. Pflugk-Harttung Iter p. 288. — „Officii nostri".
Mai. 1.	„	13652 (Bertoldum) episcopum Constantiensem et (Christianum) abbatem Salemensem iudices constituit inter Heinricum presbyterum et C. sacerdotem, super capella quadam in parochia Leutkirchensi sita litigantes. („VII. non. Madii"). Weech Cod. dipl. Salemit. p. 39. — „Veniens ad apostolicae".
„ 2.	„	13653 Ecclesiae Bononiensis statutum de numero 18 canonicorum a I(ohanne) episcopo confirmatum approbat. Pflugk-Harttung Acta III. 280. — „Que a praelatis".
„ 3.	„	13654 Archiepiscopis, episcopis et aliis ecclesiarum praelatis, in quorum parochiis possiones monasterii Fusniacensis sunt, mandat, ut parochianos quosdam ab iniuriis in fratres Fusniacenses dehortentur. In bibl. nat. Paris. Coll. Moreau t. 70. f. 242. — „Conquerentibus dilectis filiis".
„ 5.	„	13655 Ecclesiae S. Stephani de Pleissitio Grimoldi (vel Campo Osberti) tutelam suscipit, possessionesque et privilegia confirmat, petente Nicolao priore. Cartul. de l'abb. du Plessis-Grimould s. XVex. f. 8; Copia s. XV. fonds du Plessis n. 13, in Arch. dép. du Calvados in Caen. — „Effectum iusta postulantibus".
„ 12.	„	13656 (8793) Canonicis Mutinensibus asserit castrum Pantianum ceteraque bona, ab A(rdizzone) episcopo iis addicta. Tiraboschi Mem. Mod. III. 82: „IV. id. Mad.", (Pflugk-Harttung Iter p. 52: „IIII. kal. Mad."). — „Iustis petentium".
„ 12.	„	13657 Monasterii Fusniacensis redditus et possessiones confirmat. Autogr. in bibl. nat. Paris. Coll. Grenier t. 289. Foigny nr. 16. — „Iustis petentium desideriis".
„ 13.	„	13658 Venusino et Rubusano episcopis negotium dat, ut gravissimas querimonias a clericis civitatis Tranensis in (Bertrandum) eorum archiepiscopum prolatas diligenter inquirant. Prologo Le carte di Trani p. 261. — „Venientes ad praesentiam".
	„	13659 Monasterii S. Victoris decimas a XL retro annis possessas auferri vetat, „nisi forte terrae, de quibus decimae praestentur, ad eos transierint, qui a praestandis decimis sint exempti". („VI. . . . ."). Autogr. mutilum in tabul. nat. Paris. L. 231. n. 7. (In bibl. nat. Paris. Chartul. S. Victoris ms. lat. 14672. s. XVI. f. 40). — „Iustis postulationibus".
(„)	(„)	13660 (8794) B(artholomaeo), archiepiscopo Turonensi, apostolicae sedis legato, scribit, cum persuasum habuerit, eum „proxima dominica, qua cantatur Laetare Ierusalem (30. Mart.), vel ego sum pastor bonus" (4. Maii) ad sese accessurum, nuncium eius venisse. Addit, se, Ludovici Francorum regis et Philippi regis precibus adductum, „usque ad proximum festum b. Martini (11. Nov.) licet non sine multo et gravi onere R(olandi) electi Dolensis, apud se per annum et amplius exspectantis, terminum prolongare", quo accedere eum iubet. Martene Thes. III. 905, Morice Mém. de Bret. I. 674, Bouquet Rec. XV. 971. — „Non sumus obliti".
c. Mai. Iun.		13661 (Matthaeo) episcopo Trecensi mandat, moneat (Simonem) episcopum Meldensem, ut vacantium praebendarum unam H(erveo) canonico assignare aut dimidiam eius integrare ulterius non differat; qui nisi fecerit, ipse mandatum apostolicum exequatur. Loewenfeld Epistolae p. 190. — „Non sine iniuria".
„ „		13662 (Simonem) episcopum Meldensem de contempto mandato apostolico vehementer obiurgat; iterum iterumque ei mandat, ut H(erveo) canonico integram Hugonis de Oratorio nuper defuncti praebendam assignet vel dimidiam eius tandem integret; alioquin (Matthaeum) episcopum Trecensem mandatum suum impleturum esse scribit. Loewenfeld Epistolae p. 190. — „Verecundum nobis est".
„ „		13663 (Michaeli) decano et capitulo Meldensi praecipit, moneant (Simonem) episcopum Meldensem, ut H(erveo) canonico integram Hugonis de Oratorio nuper defuncti praebendam assignet, vel dimidiam eius tandem integret. De negotio (Matthaeo) Trecensi episcopo dato addit. Loewenfeld Epistolae p. 192. — „Audientes a pluribus".

		1180. *(Ind. 13. — 25. Sept. — 14, pont. a. 21. — 20. Sept. — 22, 1179 — 25. Mart. — 1180.)*
Iun. 13.	Tusculani	13664 (8795) Parthenonis S. Sophiae Aschoviensis protectionem suscipit, bonaque ac privilegia confirmat, petente Wurtrude abbatissa. Würdtwein Nova subs. dipl. X. 90. — „Prudentibus virginibus“.
„ 16.	„	13665 (8796) Monasterio S. Petri Gandavensi asserit ecclesias quasdam, ab Everardo episcopo Tornacensi datas. Miraei Opp. dipl. III. 673, Lokeren S. Pierre à Gand p. 155 n. 264, et p. 187. — „Iustis petentium desideriis“.
„ 17.	„	13666 Monasterio S. Quintini (Montensis) privilegium dat. Neues Archiv VII. 106. — „Religiosam vitam“.
„ 17.	„	13667 (Mariam) comitissam Trecensem hortatur, ut ab iniuriis in L. clericum desistat ablataque ei reddat. Loewenfeld Epistolae p. 193. — „Magnitudinis tue“.
„ 21.	„	13668 (8797) Monasterium Lucellense tuendum suscipit et eius bona iuraque confirmat, petente Archenfrido abbate. (Bulla arte phototypica expressa est apud) Vautray Hist. des év. de Bâle I. inter p. 178 et 179; Schoepflin Als. dipl. I. 271, Trouillat Monum. de Bâle I. 380. — „Religiosam vitam eligentibus“.
„ 22.	(„)	13669 *Monasterii Locicrescentis, rogatu Narduini abbatis, privilegia confirmat et auget. Cartul. de Lieu-croissant in bibl. nat. Paris. Coll. Moreau 874. f. 216.
„ 25.	„	13670 (Theoderico archiepiscopo Vesontionensi eiusque suffraganeis) mandat, ut quidquid ab Herberto quondam intruso vel aliis schismaticis contra fratres ordinis Cisterciensis statutum sit, in irritum revocent. Loewenfeld Epistolae p. 193. — „Cum (corr. Cura) commissae nobis“.
„ 27.	„	13671 (8798) Canonicis Mindensibus praedium Lesynghre asserit. Würdtwein Nova subs. dipl. XI. 99. — „Iustis petentium desideriis“.
Iul. 1.	„	13672 Monasterii Vallis S. Mariae tutelam suscipit, ac disciplinam, possessiones, privilegia confirmat, petente Arnoldo abbate. Pflugk-Harttung Acta I. 275. — „Religiosam vitam eligentibus“.
„ 2.	„	13673 (8800) Ecclesiam Cabilonensem tuendam suscipit bonaque eius confirmat, petente Galtero decano. Gall. Chr. IV. Instr. p. 243, Perry Hist. de Chal. Pr. p. 53, L'Illustre Orbandale II. Pr. p. 63, Migne 200 p. 1271. — „Cum nobis sit“.
„ 5.	„	13674 Monasterii S. Mariae Magdalenae Frankenthalensis protectionem suscipit, ac disciplinam, possessiones, privilegia confirmat, petente Henrico abbate. Pflugk-Harttung Acta I. 277. — „In eminenti apostolicae“.
„ 5.	„	13675 Decano et capitulo Cabilonensi concedit, ut malefactores suos parochianos, „si episcopus secundo vel tertio requisitus ab eis, assensum praebere noluerit“, anathematizent. Ex chartular. S. Vincentii Cabilon., ms. lat. 17090. p. 124, in bibl. nat. Paris. Misit Delisle. — „Defensioni ecclesiarum“.
„ 6.	„	13676 D(eodato) abbati et fratribus S. Victoris significat, confirmare se transactionem eorum cum canonicis S. Sepulcri Massiliensibus, a Willelmo quondam archiepiscopo Ebredunensi factam. Coll. des Cartulaires IX. 365. — „Cum dilectus filius“.
„ 7.	„	13677 Iohanni, episcopo Carnotensi, ecclesiam S. Georgii Vindocinensem subiicit. Lépinois et Merlet Cartul. de N.-D. de Chartres I. 198. — „Iustis petentium desideriis“.
„ 8.	„	13678 (8801) (Omnibono) Veronensi, (Gerardo) Patavino, (Iohanni) Vicentino, (Petro?) Tarvisino episcopis scribit, post pacem cum imperatore et treuga Lombardorum tot laboribus confectam Bononienses castrum et ecclesiam Montisbellii destruxisse; ac, etsi ab imperatoriae partis hominibus violata treuga sit, tamen legatos imperatoris, ut damnum ex treugae legibus compensaretur, iam „magnifice“ expostulasse. Talia facinora ut provideant, ac si facta sint, illata detrimenta sarciri iubeant, petit. Savioli Ann. Bol. II. II. 103, Vignati Stor. dipl. d. lega Lomb. p. 339, Gloria Cod. dipl. Pad. II. 380, (Lupi C. D. Berg. II. 1311). — „Quot sollicitudines“.
„ 8.	„	13679 (8802) Archiepiscopo Ravennati et eius suffraganeis eadem scribit. Lupi C. D. Berg. II. 1311. — „Quot sollicitudines“.
„ 11.	„	13680 (8803) Ecclesiae S. Mariae de Foro protectionem suscipit, possessionesque confirmat, imposito clericis unius bisantii censu annuo. Schiavinae Ann. Alex. in Hist. Patr. Mon. XI. 43, Ghilini Annal. di Aless. p. 9, Moriondi Mon. Aqu. I. 77. — „Cum nobis sit“.
„ 12.	„	13681 Statuit, ut abbas et custos S. Iohannis baptistae Magdeburgensis, ille percepta benedictione, hic percepta obedientia, „in ordinatione sua de indemnitate rerum

1180. *(Ind. 13. — 25. Sept. — 14, pont. a. 21. — 20. Sept. — 22, 1179 — 25. Mart. — 1180.)*

		ecclesiae praebeant iusiurandum". Holstein Urk. d. Kl. Berge (Geschichtsqu. d. Prov. Sachs. IX.) p. 28. — „Si quando postulatur".
Iul. 12.	Tusculani	13682 S(tephano) abbati S. Genovefae et Ph. archidiacono Parisiensi mandat, curent ut canonici S. Oportunae redditus pascuorum quorundam ecclesiae restituant nec in proprios usus convertant. In tabul. nat. Paris. Cart. de St. Germain l'Auxerrois s. XIII. LL. 489. f. 31. — „Ex transmissa insinuatione".
„ 13.	„	13683 (Stephano) abbati S. Genovefae et Ph. archidiacono Parisiensi negotium dat, ne capitulum S. Germani Autissiodorensis a canonicis S. Oportunae super decimis de Marisco inquietari patiantur. In tabul. nat. Paris. Cart. de St. Germain l'Auxerrois s. XIII. LL. 489. f. 31^{b}. — „Querelam dilecti filii".
„ 13.	„	13684 (Odonis) magistri militiae templi Hierosolymitani eiusque fratrum protectionem suscipit ac possessiones et privilegia confirmat. Prutz Malteser Urk. p. 31, idem ap. Löher Archiv. Zeitsch. VIII. 93. — („Omne datum optimum").
„ 13.	„	13685 (Oberto) Terdonensi, T(edaldo) Placentino, O(ffredo) Cremonensi et B(ernardo) Parmensi episcopis et canonicis S. Domnini mandat, moneant parochianos quosdam suos, ut possessiones parthenoni S. Mariae Theodotae ablatas restituant. Pflugk-Harttung Acta III. 281, (Wiener Sitzungsber. XCIV. 671. — „Dilecta in Christo".
„ 18.	„	13686 (8804) Canonicum ab O(thone) episcopo Alexandrino in ecclesia S. Petri constitutum eiusque dignitates ac possessiones confirmat. Ughelli It. sacr. IV. 315, Ghilini Annal. di Aless. p. 8, Schiavinae Ann. Alex. in Hist. Patr. Mon. XI. 40, Moriondi Mon. Aqu. II. 13, Mansi XXI. 912, Migne 200 p. 1272. — „Congruum officii".
„ 30.	„	13687 (8804a) Heinrici Gradensis et Ulrici Aquileiensis patriarcharum de episcopatibus Istricis ac de thesauro ecclesiae Gradensis per Popponem ablato conventum probat. Ex tabular. Caesar. Vindob. In schedis Mon. Germ. (In clausula legendum esse: „III. kal. Aug." ex autographo docet Kaltenbrunner in Wiener Sitzungsber. XCIV. 643. Vehementissime corruptus est textus in Cod. dipl. Istriano I. ad a. 1180). — „Cum inter venerabilem".
		13688 (Simonem) episcopum Meldensem vituperat, quod in Matthaeum episcopum Trecensem, mandatum apostolicum de integranda H(ervei) praebenda executum, Philippum iuniorem regem Francorum instigaverit. Ut a talibus iniuriis desistat, hortatur. Loewenfeld Epistolae p. 194. — „Super inobedientia".
		13689 (Willelmo) Remensi archiepiscopo, S. Sabinae cardinali, apost. sedis legato, significat, (Simonem) episcopum Meldensem in (Matthaeum) episcopum Trecensem et H(erveum) canonicum, cuius praebenda ab eo integrata sit, Philippum iuniorem Francorum regem instigasse; quem ut ab indignatione adversus illos revocet, mandat. Loewenfeld Epistolae p. 195. — „Cum frater noster".
Aug. 11.	„	13690 (Hyacyntho) episcopo Frequentinensi et abbati S. Sophiae Beneventano mandat, cogant abbatissam S. Victorini Beneventani, ut abbati S. Vincentii de Monte et debitos redditus et obedientiam exhibeat (cf. supra ep. 13255). Pflugk-Harttung Acta III. 275. — „Ex transmissa conquestione".
„ 12.	„	13691 (Petro) Teanensi, (Hervaeo) Suessanensi et (Guillelmo) Caiacensi episcopis mandat, ut, cum ab abbate S. Vincentii de Monte fuerint requisiti, Capuam accedant causamque „de tenimentis" ipsius inquirant et determinent. Pflugk-Harttung Acta III. 276. — „Significavit nobis".
Sept. 26.	„	13692 (8805) Monasterii S. Mariae Mirae-vallis protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat, petente Willelmo abbate. Hugo O. P. A. II. Pr. p 165, Doc. de l'hist. des Vosges III. 2. — „Piae postulatio voluntatis".
„ 26.	„	13693 (8806) Monasterii S. Mariae Salinae-vallis protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat, petente H(ezelino) abbate. Hugo O. P. A. II. Pr. p. 454. — „Effectum iusta postulantibus".
Oct. 4.	„	13694 (8807) Archiepiscopis, episcopis, comitibus, baronibus, clero et populo Dalmatiae totiusque Sclavoniae, commendat T(heobaldum), subdiaconum suum, legatum apostolicum. Farlati Ill. sacr. III. 211, Mon. Hung. hist. I. xi. 144, Migne 200 p. 1273. — „Ordo postulat".
„ 24.	„	13695 (8808) Monasterii Laetiensis tutelam suscipit, disciplinamque possessiones et privilegia confirmat, petente Helgoto abbate. Duvivier Recherches p. 625, (Reiffenberg Monuments VII. 642). — „Religiosam vitam eligentibus".

1180. *(Ind. 13. — 25. Sept. — 14, pont. a. 21. — 20. Sept. — 22, 1179. — 25. Mart. — 1180.)*

Nov. 6.	Tusculani	13696 Monasterii S. Salvatoris in insula maris possessiones et privilegia confirmat. Archiv. stor. per le prov. Napolit. VIII. 785.
„ 11.	„	13697 (8809) Monasterii S. Mariae Cicillensis protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat, petente Pepone procuratore. Mittarelli Ann. Cam. IV. app. p. 95. — „Piae postulatio voluntatis".
„ 15.	„	13698 Monasterii S. Martini Glandariensis patrocinium suscipit, possessionesque et iura confirmat. In bibl. nat. Paris. Cartul. de St. Martin de Glandières ms. lat. 10030. s. XIV. f. 64. — „Monet nos apostolicae".
„ 15.	„	13699 Bonardo abbati S. Mariae Stagnensi bullam dat. Neues Archiv VII. 104. — „Religiosam vitam eligentibus".
„ 20.	(„)	13700 *Ulrico, abbati Villariensi, privilegium dat. Wauters L'anc. abb. de Villers p. 18, cf. Chron. Villar. monast. in MG. SS. XXV. 196.
„ 22.	„	13701 Ecclesiae S. Bartholomaei de Caritate tutelam suscipit, possessionesque et privilegia confirmat, petente Nicolao praeposito. In bibl. nat. Paris. Coll. Baluze t. 17. f. 233[b]. — „Quotiens a nobis".
„	„	13702 Ecclesiae S. Mariae Digniensis protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat. (Fragmenta). Gassendi Notitia eccl. Din. p. 57 et 61.
Dec. 9.	„	13703 Ecclesiae S. Gaugerici Cameracensis tutelam suscipit, possessionesque ac libertates confirmat, Balduino praeposito, Alardo decano et canonicis petentibus. Duvivier Recherches p. 630. — „Effectum iusta postulantibus".
„ 18.	„	13704 Monasterii S. Martiani Dertonensis possessiones et iura confirmat, petente Petro abbate. Pflugk-Harttung Iter p. 289. — „Quotiens illud".
„ 23.	„	13705 B(alduino) praeposito, A(lardo) decano et capitulo S. Gaugerici Cameracensis mandat, ut absentibus canonicis modicam tantum partem fructuum praebendarum tribuant, reliquum vero inter mansionarios dividant. Pflugk-Harttung Acta I. 278. — „Ad audientiam apostolatus".
„ 23.	„	13706 In ecclesiae S. Gaugerici Cameracensis canonica, „presbytero tantum vel diacono conferenda", illegitime natum institui vetat, „nisi propter praerogativam scientiae aut vitae placeat capitulo circa eum dispensare". Pflugk-Harttung Acta I. 279. — „Relatum est nobis".
„ 23.	„	13707 Compositionem inter R(ogerium) episcopum Cameracensem et Ph(ilippum) comitem Flandriae super praepositura Novi-castelli, mediante W(illelmo) archiepiscopo Remensi, S. Sabinae cardinali, ap. sed. legato factam, confirmat. Pflugk-Harttung Acta I. 279. — „Si quando postulatur".
		13708 (8811) *(Roberto) Herefordensi et (Balduino) Wigorniensi episcopis et magistro Petro de Melidis mandat, „ut si (Richardus) archiepiscopus Cantuariensis privilegia, quibus abbas et fratres S. Augustini se ab eius impetitione defendi credunt, velit redarguere falsitatis, ea sibi faciant quantocius exhiberi et fideliter conscribi". Chronica W. Thorn ap. Twysden H. A. SS. II. 1831.
		13709 (8812) Universis episcopis, abbatibus, aliis ecclesiarum praelatis per Scotiam constitutis, priori, canonicis, clero et populo S. Andreae praecipit, ut quem Alexius, subdiaconus suus, apostolicae sedis legatus, confirmaverit, Iohanni episcopo obediant. Si Willelmus, Scotorum rex, favere Hugoni intruso perrexerit, se sententiam, ab Hugone, episcopo Dunelmensi, prolatam, ratam facturum. Rogeri de Hoveden Annales 1180 ap. Savile R. A. SS. p. 341, ed. Stubbs II. 209, Mansi XXI. 912, Haddan and Stubbs Councils II. I. 253, Migne 200 p. 1274. — „Comperto nobis, quod".
		13710 (8813) Willelmo, Scotorum regi, significat, nisi Iohanni, episcopo S. Andreae, intra dies 20 „pacem et securitatem" tribuerit, Rogerum, archiepiscopum Eboracensem, apostolicae sedis legatum, mandato suo et „regnum eius subiecturum interdicto, et excommunicationis sententiam in personam eius prolaturum". Haec addit: „Pro certo quoque teneas, quod si in tua duxeris violentia perdurandum, sicut laboravimus, ut regnum tuum libertatem haberet, sic dabimus studium, ut in pristinam subiectionem revertatur". Gesta Henrici II., olim Benedicto Petrob. tributa, 1180 ed. Stubbs I. 263, Rogeri de Hoveden Annal. 1180 ap. Savile R. A. SS. p. 342, ed. Stubbs II. 211, Mansi XXI. 914, Haddan and Stubbs Concils II. I. 255, Migne 200 p. 1275. — „Pro pace tua".

1180. *(Ind. 13. — 25. Sept. — 14, pont. a. 21. — 20. Sept. — 22, 1179. — 25. Mart. — 1180.)*

13711 (8814) Ecclesiarum praelatis per Scotiam constitutis praecipit, ut excommunicationis sententiam ab Alexio, subdiacono suo, apostolicae sedis legato, in Hugonem, ecclesiae S. Andreae invasorem, prolatam observent. Gesta Henrici II., olim Benedicto Petroburg. tributa, 1180 ed. Stubbs I. 265, Rogeri de Hoveden Annal. 1180 ap. Savile R. A. SS. p. 341[b], ed. Stubbs II. 210, Mansi XXI. 913, Haddan and Stubbs Councils II. I. 254, Migne 200 p. 1275. — „Relatum est nobis".

13712 (Matthaeo) episcopo Trecensi gratias agit, quod H(ervei) canonici praebendam, (Simone) episcopo Meldensi hoc facere differente, integraverit. Mandat, ipse et (Guarinus) abbas S. Victoris Parisiensis curent, ut H(erveus) in possessionem praebendae corporalem inducatur neque duorum annorum redditibus defraudetur. Loewenfeld Epistolae p. 196. — „Cum pro integranda".

13713 Herveo canonico Meldensi praebendam a (Matthaeo) episcopo Trecensi integratam confirmat ac privilegia quaedam asserit. Loewenfeld Epistolae p. 197. — „Sacrosancta (Romana)".

13714 Capitulo Meldensi H(erveum) canonicum commendat, cuius praebendam nuper a Matthaeo episcopo Trecensi integratam esse nuntiat. (Michaeli) decano mandat, ut eum investiat. Loewenfeld Epistolae p. 197. — „Quanto sincerius".

13715 (Ascelinam) abbatissam et sorores Iotrenses rogat, ut Giloni „clerico litterato" praebendam in ecclesia sua assignent. Loewenfeld Epistolae p. 198. — „De provisione illorum".

13716 (Bartholomaeum) archiepiscopum, apost. sedis legatum, et canonicos Turonenses rogat, ut magistro Theobaldo domum quandam vacantem concedant. Loewenfeld Epistolae p. 198. Cf. epp. subsequentes. — „Cum dilectus filius".

1180?

13717 Decanum (Hugonem) et canonicos Turonenses iam saepius admonitos, ut magistro Theobaldo domum quandam conferant, mandatum apostolicum adhuc contempsisse miratur; quod ut exequantur, districtius adhortatur. Loewenfeld Epistolae p. 199. — „Attendentes merita".

13718 (A canonicis Turonensibus?) praebendam per biennium rogat pro magistro Theobaldo, qui, ut in scholis theologiae docendae causa remaneret, ultra facultates pecuniam mutuari debuerit. Loewenfeld Epistolae p. 200. — „Iustis peticionibus".

13719 (Rogerum) archiepiscopum Eboracensem, apost. sedis legatum, hortatur, ut fratres Giseburnenses redditibus ecclesiae Burnensis ea, qua adhuc consueverint, libertate frui sinat. Loewenfeld Epistolae p. 200. — „Significantibus nobis".

13720 Fratres Giseburnenses excommunicari vel eorum ecclesiam interdici vetat, statuitque, ut in causis monasterii fratres ad testimonium sine contradictione admittantur. Loewenfeld Epistolae p. 201. — „Iustis postulationibus".

c. 1180.

13721 Ecclesiae Cantuariensi subiicit ecclesiam Roffensem „tam in dispositione rerum, quam in substitutione episcopi", litteris ad Alanum priorem directis. (Fragmentum.) Fifth report of histor. manuscr. p. 432 et 452. — „. . . . sed omnem subiectionem".

13722 Alano, priori Cantuariensi, scribit, sese canonicos eius „a solutione decimarum de hortis, de feno, de herbis pascuorum et de minutiis aliis" liberare. (Fragmentum.) Fifth report of histor. manuscr. p. 446. — „. . . . ea propter dilecti".

13723 Parthenonis Wechterswinklensis protectionem suscipit ac disciplinam Cisterciensem „ante generale concilium" susceptam, possessiones, privilegia confirmat. Schultes Hist. Schrift. I. 176, ubi bulla clausula privata Alexandro IV. et anno 1260 ascribitur; Himmelstein in Arch. d. hist. Ver. f. Unterfranken XV. 135 anno c. 1180 eam attribuit; rectene fecerit, affirmare nequeo. — „Religiosam vitam eligentibus".

1159—1181.

13724 (8815) Henricum, Anglorum regem, hortatur, ut Willelmum capellanum, ab eius ministerialibus in carcerem inclusum, dimittat, eique ablata beneficia restituat. Epist. S. Thomae ed. Giles II. 118, ed. Lupus p. 435, Migne 200 p. 1276. — „Significatum est nobis".

1159—1181.

13725 (8816) Henricum Anglorum regem rogat, ut R. filium Henrici civis Cantuariensis, ob indignationem regiam exsulantem, ad domum et uxorem reverti permittat. Gilberti Foliot epist. ed. Giles II. 112, Migne 200 p. 1277. — „Veniens ad nos R."

13726 (8817) (Henrico) regi Anglorum respondet, R. militi ius patronatus ecclesiae de Ligurgis (al. Bligurgis, Bligurd.) concedi non potuisse. App. conc. Lat. L. 32, Coll. Lips. LII. 29, Coll. Cass. LIII. 22, Coll. Bamb. XLV. 22, Comp. I. L. 3. t. 33. c. 26, (Mansi XXI. 1091). — „Magnificentiae tuae litteras".

13727 (8818) (Henrico) Anglorum regi scribit, „causam iurispatronatus ita coniunctam esse spiritualibus causis, quod non nisi ecclesiastico iudicio valeat definiri". App. conc. Lat. XLVII. 4, Comp. I. L. 2. t. 1. c. 5, Decr. Greg. L. II. t. 1. c. 3. — „Quanto te divina" „Quanto divina".

13728 Decano et capitulo cuidam (al. Vocestem) permittit, ut loco B. episcopi depositi, impetrato assensu H(enrici) Anglorum regis, alium eligant. Comp. II. L. 1. t. 3. c. 2; sed in Comp. I. L. I. t. 4. c. 5, ex eaque ap. Mansi XXII. 482, Migne 201 p. 1375, Lucio III. tribuitur. — „Quia requisistis a nobis".

13729 (8819) Abbatibus S. Albani et Leicestriae mandat, ut ecclesiam de Aleton iubeant monasterio S. Ebrulfi restitui. App. conc. Lat. XLII. 2, Comp. II. L. 2. t. 18. c. 1, (Mansi XXI. 1095). — „Dilecti filii nostri".

13730 (8820) Plebano et clericis S. Nazarii de Albia (Albareto) scribit de controversia, „quam habuerint in ecclesia Solariae". Comp. I. L. 2. t. 20. c. 8, Decr. Greg. L. II. t. 28. c. 8. — „Ex ratione" „Verum post appellationem" „Verum si appellationem".

13731 (8821) Ecclesiae S. Mariani Altissiodorensis protectionem suscipit, bonaque confirmat, petente Milone abbate. Hugo O. P. A. II. Pr. p. 147. — „Religiosam vitam eligentibus".

13732 (8822) Ecclesiae S. Mariani Altissiodorensis protectionem suscipit, bonaque ac privilegia confirmat. Hugo O. P. A. II. Pr. p. 148. — „Quoties illud a".

13733 (8823) Episcopo Anatensi (al. Abarien. Ambianensi) scribit de sepeliendo quodam, qui „in torneamento mortem accepit", suscepto prius dominico corpore. Comp. II. L. 5. t. 7. c. 1, Decr. Greg. L. V. t. 13. c. 2, Mansi XXI. 1100. — „Ad audientiam nostram".

13734 (8824) Episcopo Albiensi mandat, iudicet super paludibus et stagnis quibusdam inter monachos Silvae-maioris et O. quendam vel, si Hierosolymam profectus sit, eius uxorem aut heredes. Comp. II. L. 2. t. 8. c. 1, (Mansi XXI. 1095.) — „Prior et monachi".

13735 (8825) Albiensi (al. Ambianensi) et Bellovacensi episcopis de matrimonio militis cuisdam scribit, mulierem suam capitali odio persequentem. Comp. II. L. 2. t. 7. c. 3, Decr. Gregr. L. II. t. 13. c. 8. — „Ex transmissa nobis".

13736 Monasterii Alcobazensis possessiones et privilegia confirmat. Memorias de litteratura Portugueza V. 312. — „Religiosam vitam".

13737 (8826) Episcopo Alphano (Alifano) scribit de „possessionibus, laicis sub modico censu concessis". App. conc. Lat. XXIX. 7, Coll. Cass. XXVII. 6, Comp. I. L. 1. t. 32. c. 1, L. 3. t. 11. c. 8, Decr. Gregr. L. I. t. 41. c. 1. — „De possessionibus autem" „Requisivit tua".

13738 *Civibus Anagninis castrum Sculcule concedit. Vide Inventarium in Archivio d. soc. Rom. di stor. patr. VII. 268; eiusdem concessionis mentio fieri videtur in Libro censuum Cencii cam., vide Mélanges d'arch. et d'hist. III. 1883 p. 354.

13739 (8827) Abbati et monachis S. Andreae praecipit, ut canonicis de Plaicio (Plautio, Planio) decimas persolvant, subtractasque restituant, si per triginta annos eas solverint. Gilberti Foliot epist. ed. Giles II. 105, App. conc. Lat. XXXVIII. 4, Comp. I. L. 5. t. 28. c. 9, Decr. Greg. L. V. t. 33. c. 6. — „Si de terra".

13740 (8828) Episcopo Andrensi mandat, curet ne in episcopatu suo „clerici ecclesias a parentibus suis fundatas auctoritate propria detineant aut laici filiis vel aliquibus aliis ecclesias ipsas concedant. App. conc. Lat. XV. 15, Coll. Lips. LII. 20, Coll. Cass. LIII. 13, Coll. Bamb. XLV. 13, Comp. I. L. 3. t. 33. c. 18, Decr. Gregr. L. III. t. 38. c. 15, Bibl. Casinensis II. 196. Decretalis fortasse coniungenda est cum 14075. — „Consuluit nos tua".

13741 (8829) Archiepiscopis, episcopis et aliis ecclesiarum praelatis per Angliam constitutis interdicit, ne „in monachos quosdam excommunicationis vel interdicti promulgent sententiam. Coll. Cass. XIX. 8, Comp. I. L. 3. t. 25. c. 4. — „Licet universa loca".

1159—1181.

13742 (8830) Episcopis, archidiaconis et aliis praelatis per Angliam (al. Galliam) constitutis scribit de excommunicandis iis, „qui in monachos vel conversos ordinis cuiusdam violentas manus iniecerint". App. conc. Lat. XIV. 11, Coll. Lips. VII. 12, Coll. Cass. XIX. 12, Coll. Bamb. VII. 10, Comp. I. L. 5. t. 34. c. 14, Decr. Greg. L. V. t. 39. c. 9. — „Parochianos autem".

13743 (8831) (Archiepiscopis et episcopis per Angliam constitutis) mandat, ut „si qui in fratres Hospitalis Hierosolymitani manus violentas iniecerint, eos publice excommunicatos denuncient". App. conc. Lat. XIV. 6, Coll. Lips. VII. 8, Coll. Cass. XIX. 7, Coll. Bamb. VII. 6, Comp. I. L. 5. t. 34. c. 13. — „Graviter oculos".

13744 (8832) Archiepiscopis et episcopis per Galliam (al. Angliam) constitutis scribit contra eos, qui „occasione laicae recognitionis vel potentiae secularis in seculari foro, non requisita episcopi licentia, patronatus ecclesiarum et ecclesiastica beneficia sibi vendicent". Addit de laicis quibusdam, qui „ecclesias terris et aliis possessionibus spoliant, ut sic viros ecclesiasticos faciant coram saeculari iudice litigare". App. conc. Lat. L. 33. 34, Coll. Lips. LII. 30, Coll. Cass. LIII. 23, Coll. Bamb. XLV. 23, Comp. I. L. 3. t. 33. c. 27, Decr. Greg. L. III. t. 38. c. 21. — „Relatum est auribus" „Nostris est auribus" „Ad hoc quoniam".

13745 (8833) Episcopis, archidiaconis et aliis ecclesiarum praelatis per Galliam constitutis scribit, ne fratres Hospitalis Hierosolymitani aut ecclesias eorum interdicant vel excommunicent. App. conc. Lat. XLIV. 7, Coll. Lips. XIII. 5, Coll. Cass. XXIII. 5, Coll. Bamb. XIII. 15. Comp. I. L. 5. t. 28. c. 8. — „Sane quoniam a".

13746 Anglonensi episcopo scribit, ex relatione episcopi Catanensis, de muliere, quae in domum viri redire recuset, quia, licet cum eo per quinquennium permanserit, numquam amplexum eius pertulerit ac „liquidis possit documentis probare, eundem virum confessum fuisse, quod numquam eam cognovisset, et ad sublevandam impotentiam coeundi consuluisse incantatrices mulierculas et a medicis remedium postulasse". Coll. Cantabrig. in Cod. colleg. Trinit. Cantabr. R. 9. 17. saec. XII. f. 101. — „Significavit vobis".

13747 Parthenonis S. Mariae Aquileiensis tutelam suscipit, bonaque et iura confirmat. Wiener Sitzungsber. XCIV. 678. — „Virginibus sacris".

13748 (8834) Episcopo Atrebatensi respondet, sese litem eius cum S. clerico super oblationibus quibusdam terminandam commississe Ambianensi et Silvanectensi episcopis. Coll. Lips. XXI. 3, Comp. I. L. 3. t. 26. c. 30, Giraldi Cambr. Gemma eccl. in Opp. ed. Brewer II. 41, Mansi XXI. 1089. — „Plene nobis innotuit".

13749 (8835) Episcopo Atrebatensi (al. Arelatensi) scribit de silva Nigrae vallis monachis Caroliloci a canonicis Bellovacensibus reddenda. Coll. Lips. XXXV. 7, Coll. Cass. XLII. 7, Comp. I. L. 3. t. 15. c. 4, Decr. Greg. L. III. t. 17. c. 3. — „Cum dilecti filii".

13750 In ecclesiae Atrebatensis paroecia sine episcopi et capituli assensu ecclesiam aedificari vel divina celebrari vetat. (Quisnam Alexander scripserit hanc et eas, quae sequuntur, epistolas usque ad num. 13760, in cartulario non est indicatum.) In bibl. nat. Paris. Cartul. d'Arras ms. lat. 9930. s. XIII. f. 4. — „Hortatur nos et".

13751 Canonicorum Atrebatensium constitutionem, „ut forinseci canonici tantum medietate praebendarum suarum sint contenti, nisi studii vel peregrinationis causa aut in curia papae fuerint absentes", confirmat. In bibl. nat. Paris. Cartul. d'Arras ms. lat. 9930. s. XIII. f. 4^b et 5^b. Vide notam ad 13750. — „Decet nos ecclesiasticis".

13752 Capitulo Atrebatensi indulget, ne cui archiepiscopo vel episcopo liceat, indebitas exactiones eis ullo modo imponere. In bibl. nat. Paris. Cart. d'Arras ms. lat. 9930. s. XIII. f. 5. Vide notam ad 13750. — „Tunc officium nostrum".

13753 Canonicis Atrebatensibus permittit, ut si clericus vel laicus in diocesi constitutus decaniam vel altare eis conferre voluerit, donum ipsius recipiant. In bibl. nat. Paris. cart. d'Arras ms. lat. 9930. s. XIII. f. 5^b. Vide notam ad 13750. — „Officii nostri nos".

13754 Fratribus S. Vedasti (Atrebatensibus) praecipit, civitate Atrebatensi pro culpa Flandrensis comitis interdicta, ne „excommunicatos vel interdictos episcopi ad divina officia vel ad sepulturas recipiant, sed clausis ianuis, non pulsatis campanis cet., officia celebrent." In bibl. nat. Paris. Cart. d'Arras ms. lat. 9930. s. XIII. f. 5^b. Vide notam ad 13750. — „Non possumus non".

1159—1181.

13755 Canonicorum Atrebatensium privilegia super electione episcopi, decani, praepositi, cantoris confirmat. Alia iura addit. In bibl. nat. Paris. Cart. d'Arras ms. lat. 9930. s. XIII. f. 6. Vide notam ad 13750. — „Apostolicae sedis cui".

13756 Episcopo Atrebatensi scribit de controversiis inter personas seculares, super rebus temporalibus litigantes. In bibl. nat. Paris. Cart. d'Arras ms. lat. 9930. s. XIII. f. 7[b]. Vide notam ad 13750. — „Quanto personam tuam".

13757 Canonicorum Atrebatensium statutum, „ut panis et vinum illis tantummodo distribuatur, qui matutinis vel diurnis officiis interfuerint", approbat. In bibl. nat. Paris. Cart. d'Arras ms. lat. 9930. s. XIII. f. 7[b]. Vide notam ad 13750. — „Audivimus quasi ex".

13758 Canonicis Atrebatensibus de coercendis ecclesiae malefactoribus privilegium dat. In bibl. nat. Paris. Cart. d'Arras ms. lat. 9930. s. XIII. f. 8. Vide notam ad 13750. — „Ex officii nostri debito".

13759 Ecclesiam Atrebatensem a rapinis Symonis de Oysi defendit. In bibl. nat. Paris. Cartul. d'Arras ms. lat. 9930. s. XIII. f. 8. Vide notam ad 13750. — „Ad aures nostras".

13760 Canonicorum Atrebatensium possessiones confirmat, statuitque ne census ecclesiis eorum impositi augeantur. In bibl. nat. Paris. Cart. d'Arras ms. lat. 9930. s. XIII. f. 9. Vide notam ad 13750. — „Officium nobis domino".

13761 (8836) Monasterii S. Audoeni protectionem suscipit, ac disciplinam possessiones, privilegia confirmat. Pommeraye Hist. de l'abbaye de St. Ouen p. 406, Migne 200 p. 1277. — „Iustis petitionibus".

13762 (8837) Episcopo Abulensi (leg. Avilensi) scribit de G. presbytero ecclesiae S. Iacobi post appellationem ad apostolicam sedem factam per episcopum Zamorensem excommunicato. Comp. II. L. 2. t. 19. c. 7, Decr. Greg. L. II. t. 28. c. 34. – „Ad audientiam nostram".

13763 (8838) Archiepiscopo Barensi scribit de P. civi Barensi, quem, „cum ipse mulierem quandam nomine E. iurasset, desponsasset et cognovisset", alii mulieri matrimonium iuramento pollicitum esse accusatur. App. conc. Lat. LIX. 55, Coll. Cass. LVIII. 38, Coll. Bamb. LI. 36, Comp. I. L. 4. t. 1. c. 15, (Mansi XXI. 1091). — „Veniens ad nos P."

13764 (8839) Episcopo Bathoniensi mandat, ut quibus rex Scotiae, cum S. comitis „patrimonium detineret occupatum, ecclesias concesserit", eos removeat. App. conc. Lat. XLVII. 2, Comp. II. L. 3. t. 24. c. 1, (Mansi XXI. 1098.) — „Dilectus filius noster" („Dilectus frater noster").

13765 (8840) Episcopo Bathoniensi quaerenti, utrum iis, „qui infra nubiles annos matrimonii nomine coniunguntur, vel eorum alteri, antequam ad annos aptos matrimonio perveniant, liceat a matrimonio tali discedere", respondet, legitimam aetatem expectandam et tunc matrimonium aut confirmandum aut separandum esse. Comp. I. L. 4. t. 2. c. 10, Decr. Greg. L. IV. t. 2. c. 8. — „A nobis tua".

13766 (8841) Episcopo Bathoniensi mandat, moneat N., ut M. mulieri, „ab eo ecclesiastico iudicio separatae, dotem restituat, aut secundum consuetudinem terrae in praesentia episcopi iustitiae plenitudinem exhibeat". App. conc. Lat. XXXIII. 2, Coll. Lips. LXIII. 7, Coll. Cass. LXII. 6, Comp. I. L. 4. t. 21. c. 2. — „Ex conquestione M. (al. E.)" „Ex quaestione M."

13767 (8842) Episcopo Bathoniensi scribit de iis, „qui infra annos aptos matrimoniis contrahendis sponsalia contrahunt". App. conc. Lat. VI. 29, Coll. Lips. LIX. 40, Coll. Cass. LVIII. 27, Coll. Bamb. LI. 27, Comp. I. L. 4. t. 2. c. 9, Decr. Greg. L. IV. t. 2. c. 7. — „De illis, qui infra".

13768 (8843) Episcopo Bathoniensi scribit, „mulieres vel etiam alias personas, quae sui iuris non sint, ab episcopo dioecesano absolvi posse, si manus in clericum iniecerint violentas"; de his vero, qui „magnae sunt potentiae, et ita delicati, quod laborem veniendi ad sedem apostolicam nequeunt sustinere", respondet, statum personae prius et veritatem negotii esse intimandam Romano pontifici et secundum consilium eius tales esse de commisso scelere corrigendos. App. conc. Lat. XIV. 12, Coll. Lips. VII. 2, Coll. Cass. XIX. 2, Coll. Bamb. VII. 2, Comp. I. L. 5. t. 34. c. 7, Decr. Greg. L. V. t. 39. c. 6. — „Mulieres vel etiam" „Mulieres etiam vel".

1159—1181.

13769 (8844) Episcopo Bathoniensi scribit, „subdiaconos nulli nisi Romano pontifici licere in dominicis diebus ordinare, quamvis consecrandi Deo dicatas virgines et minores ordines his diebus habeant licentiam celebrandi"; cet. App. conc. Lat. XXVI. 23, Coll. Lips. XVIII. 1, Coll. Cass. XXIX. 1, Coll. Bamb. XIX. 1, Comp. I. L. 1. t. 6. c. 1, Decr. Greg. L. I. t. 11. c. 1. — „Subdiaconos autem".

13770 (8845) Episcopo Bathoniensi (al. Bartholomaeo Exoniensi) respondet, „tam eos, qui trahantur in causam, quam principales fautores eorum, si manifeste iustitiam impediant, censura ecclesiastica coercendos esse". App. conc. Lat. VII. 2, Coll. Lips. XXXV. 2, Coll. Cass. XLII. 2, Coll. Bamb. XXXIII. 2, Comp. I. L. 1. t. 21. c. 2, Decr. Greg. L. I. t. 29. c. 1. — „Quia quaesitum est".

13771 (8846) Bathoniensi et Exoniensi episcopis scribit haec: „Si aliquis in clericum, nutrientem comam, ignorans quod clericus fuerit, manus iniecerit violentas, propter hoc non debet apostolico conspectui praesentari, nec etiam excommunicatione notari". App. conc. Lat. XIV. 1, Coll. Lips. VII. 1, Coll. Bamb. VII. 1, Coll. Cass. XIV. 1, Comp. I. L. 5. t. 34. c. 5, Decr. Greg. L. V. t. 39. c. 4. — „Si vero aliquis in".

13772 (8847) Episcopo Bellovacensi respondet, qui „ad confessionem de criminibus conveniunt et quamvis confiteri velint, se tamen asserunt non posse abstinere", eorum confessionem recipiendam et eis de criminibus consilium exhibendum esse. Comp. II. L. 5. t. 17. c. 3, Decr. Greg. L. V. t. 38. c. 5. — „Quod quidam, sicut".

13773 (8848) Episcopo Bellovacensi (al. Bavarensi, al. Baionensi, al. Baiocensi) respondet „non licere cuidam cum ea matrimonium contrahere, quam, uxore sua vivente, sibi de facto copulaverit"; „mulierem lepra percussam seu alia gravi infirmate detentam non esse a viro propterea separandam"; leprosis „liberum esse ad matrimonium convolare". App. conc. Lat. VI. 16, XXXVII. 3, Coll. Lips. LIX. 29, LXI. 2, Coll. Cass. LVIII, 17, LX. 2, Coll. Bamb. LI. 16, LIII. 2, Comp. I. L. 4. t. 7. c. 3, L. 4. t. 8. c. 2, Decr. Greg. L. IV. t. 7. c. 3, t. 8. c. 2, (Pflugk-Harttung Iter p. 830). — „Super hoc, quod de" „Super hoc vero, quod" „Super eo vero, quod" Quoniam ex multis" („Leprosis autem").

13774 (8849) Episcopo Bellovacensi respondet, „si matrimonia ita oculte contrahantur, quod exinde legitima probatio non appareat, eos, qui ea contrahant, ab ecclesia non esse aliquatenus compellendos" (ad cohabitandum); cet. App. conc. Lat. L. 17, Comp. I. L. 4. t. 3. c. 3, Decr. Greg. L. IV. t. 3. c. 2, t. 17. c. 9. — „Quod nobis ex".

13775 (8850) Episcopo Bellovacensi respondet de parochianis quibusdam, qui „accepta pecunia, de parentela inter virum et uxorem exhibent iuramenta, per quae inter ipsos divortii sententia promulgatur, postea vero privatim nullam inter eos consanguinitatis lineam asserentes, se corruptos muneribus dicunt et testimonium perhibuisse falsitati"; cet. Comp. I. L. 2. t. 13. c. 7, Decr. Gregr. L. II. t. 20. c. 9. — „Sicut nobis est".

13776 Ecclesiae S. Stephani Bituricensis protectionem suscipit possessionesque confirmat, petente Hubaldo decano. In bibl. nat. Paris. Cartul. de Bourges ms. lat. nouv. acqu. 1274. s. XIII. f. 13. — „Piae postulatio voluntatis".

13777 Canonicis Bituricensibus concedit, ut si archiepiscopus eorum absens fuerit aut ter commonitus facere denegaverit, ipsi malefactores ecclesiae excommunicent. Libertates quasdam et immunitates confirmat. In bibl. nat. Paris. Cartul. de Bourges ms. lat. nouv. acquis. 1274. s. XIII. f. 17[b]. — „Apostolicae sedis auctoritas".

13778 Capituli Bituricensis „iura et dignitates in electione canonicorum" et alia quaedam confirmat. In bibl. nat. Paris. Cartul. de Bourges ms. lat. nouv. nouv. acqu. 1274. s. XIII. f. 16[b]. — „Cum circa nos".

13779 Odoni magistro (ecclesiae scholarum) Bituricensi cancellariam asserit eique indulget, „ne quis doctoris officium in villa Bituricensi, nisi ab ipso prius licentia fuerit expetita, qualibet levitate audeat exercere, ita tamen ut ab iis, qui docere vel legere voluerint, nullum omnino pretium exigatur". Loewenfeld Epistolae p. 202. — „Iustis petentium desideriis".

13780 Prohibet, ne scholae Bituricenses vendantur neve quis sine licentia Odonis archischoli in urbe vel suburbiis „legere" audeat. Loewenfeld Epistolae p. 202. — „Si quando postulatur".

1159—1181.

13781 Iuxta monasterium Bonavallense domos aedificari vetat. In Chartul. Bonavallensi, quod composuit et possidet Ulyxes Chevalier Romanensis p. 3.

13782 Fratres Bonavallenses a solvendis decumis eximit. In Chartul. Bonavallensi, quod composuit et possidet Ulyxes Chevalier Romanensis p. 3.

13783 (8851) Episcopo et archipresbytero Bononiensi respondet, „si generaliter appellationem quis interponeret, ab omni gravamine, quod sibi posset contingere, huiusmodi appellationem tenere non debere". App. conc. Lat. L. 54, Coll. Lips. XLVII. 25, Coll. Cass. LI. 23, Coll. Bamb. XLII. 22, Comp. I. L. 2. t. 20. c. 27, Decr. Greg. L. II. t. 28. c. 18. — „Consuluit nos vestra" „Super eo, quod".

confirmat, petente Nazaro praeposito. Pflugk-Harttung Acta III. 287, (Giulini Mem. di Milano VI. 509). — „Quotiens a nobis“.

Aug. 16. Viterbii 14423 (9373) (Wolframo), abbati S. Michaelis Bambergensi, mitrae usum concedit. Ussermann Ep. Bamb. C. Pr. p. 122. — „Ordo rationis“.

14424 *Monasterii Cassiacensis tutelam suscipit ac possessiones confirmat, petente Ebalo abbate. Mém. de la soc. acad. de St. Quentin IV. sér. I. 271, cf. Gall. Chr. IX. 431.

„ 30. urbe Castellana Moritur „III. kal. Sept.“, Emort. mon. Casin. ap. Muratori R. It. SS. V. 75, Necrol. Casin. ap. eund. VII. 944, Hist. Farf. in MG. SS. XI. 590, Chronica de Mailros 1181 ap. Fell R. A. SS. p. 175, ed. Stevenson p. 91; cf. Alexandri epitaphium in Archivio della soc. Romana di stor. patr. II. 361, et in Magno chron. Belg. ap. Pistorium et Struvium R. G. SS. III. 207, et ap. Watterich II. 649. Chron. Gaufr. prioris Vosiensis ap. Labbe Bibl. II. 327, in MG. SS. XXVI. 203: „Hebdomada eiusdem mensis (Augusti) ultima Alexander urbe Castellana decedens“. (Annal. Ratispon. 1181 in MG. SS. XVII. 589: „kal. Sept.“; Annal. Ceccanenses 1181 ibid. XIX. 287: „Tertio die intrante mense Septembri Alexander papa obiit“; Gesta Henrici II., olim Benedicto Petroburg. tributa, 1181 ed. Stubbs I. 282: „migravit in ipsa b. Matthaei apostoli vigilia. mense Septembris, duodecimo kalendas Octobris“).

VICTOR IV. (OCTAVIANUS) antipapa. 1159—1164.

Victor usurpavit sententiam hanc: „Tu es gloria mea, tu es susceptor meus, tu exaltas caput meum domine“ (14434, 14442, 14444, 14469, 14474, 14480.)

Testes bullis eius subscripserunt:

ep. Botomiensis (Bituntinus?)	Iohannes	Oct.-Nov. 1159 (bull. 14427)
„ Ferentinensis	Hubaldus	a 19. Febr. 1160 ad 11. Sept. 1162
„ Melphiensis	Riccardus	a Oct.-Nov. 1159 ad 2. Mart. 1160
„ Signinus	Theodericus	anno 1163 (bull. 14480)
„ Tusculanus	Imarus	a 15. Febr. 1160 ad 19. Febr. 1160
	Theobaldus	a 11. Sept. 1162 ad 27. Oct. 1162
„ . . . . ?	Livdo(?).	anno 1163 (bull. 14480)
pr. card. tit. Calixti	Guido (Cremensis)	a Oct.Nov. 1159 ad a. 1163 (bull. 14480)
„ „ „ S. Chrysogoni	Albertus	anno 1163 (bull. 14480)
„ „ „ S. Clementis	Heinricus	a 18. Mart. 1161 ad 25. Iul. 1161
„ „ „ Pastoris	Iohannes	a 19. Nov. 1162 ad 27. Oct. 1162
„ „ „ SS. Silvestri et Martini	Iohannes	a Oct.-Nov. 1159 ad 9. Iun. 1161
„ „ „ S. Susannae	Humfredus	a 25. Iul. 1161 ad 1163 (bull. 14480)
diac. card. S. Angeli	Landus	a 15. Febr. 1160 ad 1163 (bull. 14480)
„ „ S. Georgii ad velum aureum	Gerardus	a 13. Iul. 1162 ad 27. Oct. 1162
„ „ S. Mariae in Aquiro	Iohannes	a 15. Febr. 1160 ad 2. Mart. 1160
	Gerardus	a 13. Iul. 1162 ad 1163 (bull. 14480)
„ „ SS. Sergii et Bacchi	Berardus (al. Bernhardus)	a 15. Febr. 1160 ad 25. Iul. 1161
„ „ S. R. E.	Gerardus	a 19. Nov. 1160 ad 9. Iun. 1161
„ „ S. R. E.	Aicardus	d. 29. Dec. 1160

Datae bullae sunt p. m.

Iohannis S. R. E. subdiaconi et scriptoris	Oct.-Nov. 1159 (bulla 14427)
Godefridi S. R. E. notarii	Febr. 1160 (bulla 14433)
Magistri Gerardi S. R. E. subdiaconi	a 15. Febr. 1160 ad 9. Iun. 1161
Gerardi S. R. E. subdiaconi et dictatoris	d. 11. Mai 1161 (bulla 14497)
Gerardi S. R. E. subdiaconi et notarii	d. 11. Mai 1161 (bulla 14498) ad 25. Iul. 1161
Iohannis S. R. E. presb. card. et cancellarii	a 5. Apr. 1162 ad annum 1163 (bulla 14480).

		1159. *(Ind. 8, pont. a. 1.)*
Sept. 7.	Romae in ecclesia b. Petri	Eligitur. Vide supra ad 7. Sept. 1159 in Alexandri III. regestis.
		Inthronizatur. Vide Victorianorum epist. in Ragewini Gest. Frid. L. IV. c. 52 in MG. SS. XX. 474: „nostrum electum manto induimus et intronizatum in sede b. Petri collocavimus“. Cf. Arnulfi Lexov. epist. ed. Giles p. 124, ap. Watterich II. 466: „Sic indutus ad cathedram (S. Petri) cucurrit“.
„ 7.	ad palatium S. Petri	deducitur. Vide cardinalium epistolam in Ragewini Gest. Frid. L. IV. c. 52 in MG. SS. XX. 474.
(„) —		14425 (Rainaldo) archiepiscopo Coloniensi de electione sua scribit eumque rogat, ut Fridericum imperatorem ad superandos schismaticos cohortetur. Chronica regia Colon. in MG. SS. XVII. 773, ed. Waitz p. 106. (Ante consecrationem scriptam esse epistolam, putat Meyer Die Wahl Alexanders III. p. 24). — „Credimus indubitanter“.
Oct. 4.	Farfae	Consecratur ab Imaro Tusculano, (Ricardo) Melphiensi et Ubaldo Ferentinensi episcopis; vide supra Alexandri III. ep. 10601. „In prima dominica mensis Octobris“, Ragev. L. IV. c. 50 et 52. l. l. p. 470, 474, cf. cardinalium Alexandrinorum epistolam in Theineri Disqu. crit. p. 213, ap. Watterich II. 493. Farfae factam consecrationem esse, reperimus in Annal. Ceccanens. 1159 in MG. SS. XIX. 284. (Romae eam die 7. Octobris administratam esse, perperam tradit Chronica reg. Coloniens. 1161 in MG. SS. XVII. 773, ed. Waitz p. 105.
„ 28.	Signiae	14426 (9374) Patriarchis, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, ducibus, marchionibus, comitibus et ceteris principibus et egregiae familiae imperiali, in sacratissima curia domini Friderici, serenissimi ac invictissimi Romanorum imperatoris, commorantibus mandat, rogent imperatorem, ut ecclesiae salutem curae sibi habeat. Nunciat, se sepulto Hadriano IV. canonice electum, et „prima dominica mensis Octobris“ (4. Oct.) consecratum esse. Monet, caveant litteras „Rolandi, quondam cancellarii, per conspirationem et coniurationem contra ecclesiam Dei et imperium Wilhelmo Siculo astricti, qui“, inquit „die XII. post electionem nostram (18. Sept.) se fecit intrudi“. Ragewini Gesta Frid. L. IV. c. 50 in MG. SS. XX. 470 (Watterich II. 460). — „Quam et in quantum („Quantum honorem“).
Oct. Nov.	„	14427 (9375) Monasterium Althahense superius tuendum suscipit eiusque bona et iura confirmat, imposito fratribus unius aurei censu annuo, „quemadmodum ab Adelberto comite et Frederico advocato statutum sit“. Mon. Boic. XII. 108; cf. Lang Regesta I. 236. — „Pie postulatio voluntatis“.
Dec. 5.	Vetrallae	14428 (9376) Heinrici, abbatis Laureshamensis, erga se studium laudat, eique gratias agit de „sancto consilio, quod Fridericus, Romanorum imperator augustus, ad restaurandam ecclesiae unitatem et haeresim scismaticam resecandam eius aliorumque consilio dispensaverit“. H(ermannum) Verdensem et D(anielem) Pragensem episcopos de suis rebus narraturos esse. Chron. Lauresham. in MG. SS. XXI. 445. — „Super devotione“.
		1160. *(Ind. 8. — 25. Sept. — 9, pont. a. 1. — 4. Oct. — 2.)*
Fbr. 5-11.	prope Papiam in ecclesia S. Salvatoris	hospitatur, dum in concilio Papiensi per dies septem de schismate agitur. Vide Epistolam concilii Papiensis in MG. Leg. II. 126, Ragewini Gest. Frid. L. IV. c. 70 in MG. SS. XX. 485. Cf. Vincentii Prag. Annal. 1161 in MG. SS. XVII. 679, Font. Rer. Austriac. I. v. 130: „extra castrum Victor in quodam claustro morabatur“. (Incepit concilium die 5. m. Februarii, sic est enim in Henrici Berchtesgadensis, qui concilio interfuit, epistola ap. Ragewinum L. IV. c. 72 p. 488: „curia, quae in octavis epiphaniae (13. Ian.) Papiae fuerat indicta, usque in sextam feriam proximam ante caput ieiunii (5. Febr.) est dilata“, et in Annal. Reichersperg. 1160 in MG. SS. XVII. 467: „in nonis Februarii curiae et colloquii initium habetur“. Cf. Reuter I. 507 not. c. et sequentes, Hefele 2. ed. V. 583.
Febr. 12.	Papiam	„prima sexta feria quadragesimae“ deducitur, ubi „imperator ante ianuas ecclesiae eum suscepit et descendenti de equo strepam humiliter tenuit et apprehensum per manum usque ad altare conduxit et pedes eius est osculatus“, Epist. concilii Papiensis l. l. p. 486. — Vincentii Prag. Annal. 1161 l. l.: „ad maius monasterium adducitur; imperator ei debitam exhibet reverentiam: deposita videlicet veste, equum eius albissimum ornatum usque ad gradus monasterii adducit, eique descendenti strepam tenet, deinde ... usque ad altare adducunt, et ibi, Victore iam papa supra cathedram suam residente, dominus imperator pedem eius salutat, munera offerunt, aliis principibus

1160. *(Ind. 8. — 25. Sept. — 9, pont. a. 1. — 4. Oct. — 2.)*

		id ipsum facientibus". Annal. Reichersp. 1160 in MG. SS. XVII. 467: „Tertia itaque idus Februarii cet. . . ., et statim sequenti die, 2. id. Febr. ab ipso imperatore et episcopis suscipitur, et inthronizatur in monasterio S. Siri", quibus verbis auctor nihil aliud hoc loco significare voluit, quam quod Vincentius Prag. vocibus „in cathedra sua residere" expressit; cf. enim supra ad 7. Sept.
Febr. 13.	Papiae	„Proxima die sequenti, id est sabbato, habito generali concilio Rolandum olim cancellarium schismaticum et eius principales fautores accensis candelis anathematizat". Epist. concilii Papiensis l. l. Cf. etiam epistolam Henrici et Odonis cardinalium ap. Bouquet Rec. XV. 753.
„ 15.	„	14429 (9377) Castrum Winzenburgense ab H(ermanno), episcopo Hildesheimensi, eiusque successoribus alienari vetat. (Facsimile bullae apud) Walther Lex. dipl. tab. XI.; Orig. Guelf. III. 449. — „Sacrosancta Romana".
„ 15.	„	14430 Canonicis Magdeburgensibus usum dalmaticae, chirothecarum, sandaliorum confirmat, additque, ut mitris de cetero utantur. W(ichmanno) archiepiscopo eiusque successoribus „episcopatum de Pomerano" (i. e. Caminensem) subiicit. Geschichtsblätter f. Magdeburg IV. 300. Cf. Gesta archiep. Magd. in MG. SS. XIV. 445. — „Iustis petentium desideriis".
„ 16.	„	14431 (9378) Alberto, episcopo Virdunensi, concedit, ut ecclesiam S. Michaelis absolvat interdicto. Transactionem inter monasterium S. Michaelis et ecclesiam S. Dionysii factam confirmat. Baluzii Misc. III. 8, Calmet Hist. de Lorr. II. Pr. p. 359. — „Iusta postulantium".
„ 17.	„	14432 (9379) B(runoni), abbati Rosenfeldensi, significat, se eius abbatiam ecclesiae Hamburgensi tribuisse. Lappenberg Hamb. Urk. I. 207. — „Venerabilis frater noster".
(„)	„	14433 (9380) Petente Hartwigo archiepiscopo, ecclesiae Hamburgensi asserit Aldenburgensem, Meklenburgensem, Raceburgensem episcopatus; praeterea abbatiam Rosenfeldensem, imposito archiepiscopis bisantum trium censu annuo. Abbatiam Rastedensem ab Hadriano IV. eidem ecclesiae iniuste sublatam restituit. Lappenberg Hamb. Urk. I. 206, Westphalen Mon. ined. II. 2036. — „Quociens illud a".
„ 19.	„	14434 Monasterii Ilsenburgensis possessiones et privilegia confirmat, petente Sigebodone abbate. Iacobs Urk. d. Kl. Ilsenb. I. 27. — „Ad hoc universalis".
„ 24.	„	14435 (9381) Ecclesiae Basileensis possessiones quasdam, petente Orthliebo episcopo, confirmat. Herrgott Geneal. Habsb. II. 182: „VI. kal. Mart.", Trouillat Mon. de Bâle I. 336: „XI. kal. Mart.". — „Quociens illud a".
„ 27.	„	14436 (9382) Heinrico, abbati Laureshamensi, per Christianum, praepositum Merseburgensem, (leg. archiepiscopum Moguntinum) mitram mittit rogatu Friderici imperatoris et Regenoldi, electi Coloniensis. Chron Laureshamense in MG. SS. XXI. 445. — „Sacrosancta Romana".
(„)	„	14437 *Arnoldo, archiepiscopo Moguntino, „vicem apostolici super omnem sui metropolitanatus diocesim legationemque" tribuit. Vita Arnoldi archiep. Mog. ap. Jaffé Bibl. III. 645.
Mart. 2.	„	14438 Monasterium Vallis S. Mariae eiusque bona tuenda suscipit ac confirmat, petente Duotelino abbate. Decimas de novalibus vel de nutrimentis animalium a fratribus exigi vetat. Pflugk-Harttung Acta I. 284. — „Quotiens illud a".
Iun. 24.	Parmae	14439 (9407) Ludovico, regi Francorum, T. capellanum et Stephanum, nuncios suos, commendat. Duchesne Hist. Fr. SS. IV. 582, Bouquet Rec. XVI. 24, Mansi XXI. 977. (Hoc anno epistolam scriptam esse, suspicatur Reuter I. 156 n. 6). — „De nobilitatis ac".
c. Aug.—	(Papiae)	Rudolfi, archiepiscopi Moguntini, post necatum Arnoldum electi „intrusionem, intrudentes cum intruso, excommunicationis anathemate condempnat". Christiani Chron. Mogunt. ap. Jaffé Bibl. III. 691. (Cf. etiam infra ad 20 Iun. 1161).
Sept. 13.	„	14440 (9383) Guillelmo domino Montispessulani scribit, Fridericum imperatorem de eo sibi spem ostendisse. Monet, ut „schismata reprimat". Magistrum Bandinum, subdiaconum suum, apostolicae sedis legatum, commendat. Gariel Ser. I. 202, Bouquet Rec. XV. 779 not. a. — „Ecclesiae catholicae neccessitas".
Nov. 10.	„	14441 Encyclica, quam infra damus num. 14443, manu saec. XVII. ex Chartulario ecclesiae Barcinonensis descripta legitur in bibl. nat. Paris. Coll. Baluze t. 107 fol. 123^{b} cum hac clausula: „Dat. Papiae IIII. idus Novembris". (Hoc igitur exemplar in Hispaniam destinatum est). — „Schismaticorum sectas".

1160. *(Ind. 8. — 25. Sept. — 9, pont. a. 1. — 4. Oct. — 2.)*

Nov. 19. Papiae 14442 (9384) Ecclesiae Hildesheimensis protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat. In schedis societatis Mon. Germ.: „XIII. kal. Dec." cf. Neues Archiv VII. 107. (Orig. Guelf. III. 450: „XIII. kal. Oct.", Neues Archiv IV. 66: „VIII. kal. Oct.") — „Iustis petentium desideriis".

Dec. 3. „ 14443 Archiepiscopis, episcopis, abbatibus, praepositis, archidiaconis et aliis personis ecclesiasticis, ducibus, baronibus, comitibus et universis Christi fidelibus significat, ecclesiam Dei per Rolandum eiusque sequaces simonia et periuriis maculari, cancellariam merito nunc vocari „carcerariam", episcopatus, legationes et singulas dignitates „quasi iumenta vel pecora vendi". Narrat, illos vivente adhuc papa Adriano sese coniurasse et unum de coniuratis papam constituisse, foedere cum Siculo (rege Willelmo I.) et Mediolanensibus facto; seque ipsum multoties ab eis et praecipue a Willelmo Papiensi quondam cardinali (tit. S. Petri ad vincula) ad coniurationem invitatum fuisse. „Propter eorum", inquit, „rapacitates et manifestissimas simonias ordo ecclesiasticus factus est in derisum et in proverbium omnium regionum. Composuerunt de eis cantilenam et diversa carmina plurimi stulti, qui in choreis et locis forensibus per Gallias et per Italiam decantant et sacerdotale officium factum est materia histrionum". Friderici, Romanorum „christianissimi imperatoris", studium erga Romanam ecclesiam laudat. Liverani Spicilegium Liberianum p. 763, Pflugk-Harttung Acta II. 378. — „Schismaticorum sectas".

„ 29. „ 14444 (9385) Ecclesiam S. Vincentii Bergomatem tuendam suscipit, eiusque bona et iura confirmat, petente Adelardo archidiacono. Lupi C. D. Berg. II. 1179. — „Commisse nobis".

1161. *(Ind. 9. — 25. Sept. — 10, pont. a. 2. — 4. Oct. — 3.)*

Ian. 16. Taurini 14445 (9405) „E(berhardo), Salzburgensi archiepiscopo, eiusque suffraganeis episcopis et dilectis filiis abbatibus, prepositis, decanis et aliis ecclesiarum prelatis per eundem archiepiscopatum constitutis salutem et apostolicam benedictionem. Divinis humanisque rationibus consonum probatur et consentaneum, menbrorum saluti caput sollicite providere et ad subiectionem et famulatum sui capitis menbra concorditer convenire, nec ab eius institutis et regulis ullatenus deviare. Nulli siquidem catholicorum extat ambiguum nullique debet esse incognitum, sacrosanctam Romanam et apostolicam ecclesiam ab ipso domino et salvatore nostro accepisse primatum. Unde merito cardo et caput omnium ecclesiarum ab ipso salvatore Iesu Christo est instituta, ut sicut cardine hostium regitur, ita eiusdem sancte sedis doctrina et auctoritate omnes ecclesiae Domino disponente regantur. Quae tales nimirum sibi statuit filios procreare, per quos veluti per columpnas immobiles possit in sue libertatis sublimitate atque vigore iugiter inconcussa servari et cum fluctus erroris et scismatis, diabolo consueta venena fundente, fortiter intumuerint, eorum vigilantia et industria valeant auxiliante domino reprimi et tranquillitas ecclesiae celerius reformari. Quanto autem errore et scismate predicta mater vestra per Rolandi symoniaci et invasoris suorumque complicium conspirationes et mendacia et periuria concuciatur et fatigetur, et quam manifestis symoniis, rapacitatibus et importunis exactionibus, quod dolentes dicimus, hactenus per eosdem fuerit deformata, vestrae discretioni non credimus esse occultum, cum iam rerum experientia celebrique fama predicante, fere per universum orbem sit cognitum et divulgatum. De tanta igitur concussione et scissura ecclesiae plurimum dolentes et ad statum rectitudinis omnia reduci cupientes, communicato fratrum nostrorum episcoporum et cardinalium multorum et religiosorum consilio, dominica, qua cantatur Vocem iocunditatis (21. Maii), generale concilium Cremone statuimus celebrandum. Ad quod venerabiles fratres nostros primates, archiepiscopos, abbates, prepositos, decanos, aliosque ecclesiarum prelatos de universo orbe dignum duximus convocandos, quorum consilio et auctoritate rete Petri exuberantia malorum aliquatenus scissum resarciatur et unitas ecclesiae domino cooperante consolidetur. Quocirca fraternitati vestrae per apostolica scripta mandamus, et in virtute obedientiae auctoritate beatorum apostolorum Petri et Pauli firmiter precipimus, quatinus ad iam dictum concilium in prefixo termino, omni occasione postposita, veniatis, ut que corrigenda sunt corrigantur, statuenda statuantur, et que tenenda fuerint, invocata spiritus sancti gratia, communi consensu teneantur et confirmentur. Quicunque enim tam venerando et sancto concilio se subtrahere presumpserit, illius se non esse

1161. *(Ind. 9. — 25. Sept. — 10, pont. a. 2. — 4. Oct. — 3.)*

menbrum comprobabit, quam, sicut superius diximus, caput et magistram tocius ecclesiae redemptor et salvator noster instituit. Datum Taurini 17 Kalendas Februarii". Ex cod. S. Petri Salzburgensi saec. XII. Dedit Wattenbach. De tempore cf. Reuter I. 174. — „Divinis humanisque".

Mart. 18.	Albae	14446 (9386) Monachis Einsidlensibus Vare praedium asserit. Tschudi Chron. Helv. I. 82. — „Iustis petentium desideriis".
Mai 11.	Cremonae	14447 Monasterii Tuitiensis, rogatu Halberni abbatis, protectionem suscipit, possessiones cum decimis confirmat, fratribusque liberam abbatis eligendi facultatem dat. Pflugk-Harttung Acta I. 286. — „Quotiens ea quae".
„ 11.	„	14448 Monasterii Tuitiensis, rogatu Hartberni abbatis, protectionem suscipit, decimasque et iura quaedam confirmat. (Bullam falsam esse, contendit Pflugk-Harttung l. l.; cui assentire nequeo). Lacomblet Urkundenb. IV. 778, Pflugk-Harttung Acta I. 287. — „Quotiens ea quae".
„ 21.	„	Concilium. Chronica regia Colon. in MG. SS. XVII. 773, ed. Waitz p. 106: „Similia (atque in concilio Papiensi a. 1160) acta sunt apud curiam et synodum, quam imperator Cremonae habuit in dominica, quae est ante ascensionem Domini"; cf. supra ep. 14445). Annal. Laubienses 1161 in MG. SS. VI. 24: „Victor mense Maio Cremonae cogit concilium, ad quod de toto imperio Romano personae confluunt; ipse etiam imperator praesens adest". Gest. abb. Trudon. Cont. Lib. III. c. 8 in MG. SS. X. 348 de hoc concilio perperam ad annum 1160 narrant: „Transalpini clerici, Germani videlicet, Francigenae et Anglici ac diversarum aderant provinciarum".
Iun. 3.	„	14449 *Wirico, abbati S. Trudonis, usum anuli et mitrae concedit „in vigilia pentecostes". Gest. abb. Trud. Cont. L. III. c. 8. in MG. SS. X. 348.
„ 4.	„	„Sequenti die". Gest. abb. Trud. Cont. Lib. III. c. 8. l. l.
„ 9.	„	14450 Monasterii S. Trudonis tutelam suscipit, possessionesque et privilegia confirmat, petente Wirico abbate. Piot Cartul. de S. Trond I. p. 97, (Gest. abb. Trud. Cont. L. III. c. 8 in MG. SS. X. 348). — „Quotiens ea que".
„ 9.	„	14451 Monasterii Epternacensis protectionem suscipit ac libertatem et possessiones confirmat, petente Friderico, Romanorum imperatore. Gerardo abbati eiusque successoribus usum mitrae, sandaliorum, dalmaticae et ius praedicandi concedit. Beyer M. U. I. 683. — „Pie postulatio voluntatis".
„ 17.	Laudam	pervenit „die sabbati, quae fuit septimodecimo die mensis Iunii". Ottonis Morenae Hist. in MG. SS. XVIII. 632.
„ 19.	Laudae	Concilii die primo Victor iterum papa sancitur. Ottonis Morenae Hist. p. 632: „festivitate SS. Gervasii et Protasii inceptum est concilium, quod a principio Papiae, deinde Cremonae fieri dispositum fuerat, postremum . . . . Laudae celebratum est". Annal. S. Petri Erphesfurd. 1161 in MG. SS. XVI. 22: „XIII. kal. Iul.".
„ 20.	„	Concilii die altero „XII. kal. Iulii . . . . praesente imperatore Friderico, Rudolfum Moguntinum electum et Christianum superelectum utrosque ecclesiastica censura deposuit, et Cunradum, Ottonis Noricorum palatini comitis germanum, praefatae sedi inthronizavit". Chron. Sampetrinum 1161 in Geschichtsqu. d. Pr. Sachsen I. 32, cf. Ann. S. Petri Erphesf. 1161 in MG. SS. XVI. 22. (Iam hoc die Conradum a Victore investitum esse, non concordare cum epistola 14472, ad Christianum destinata, putat Reuter I. 582 not. c. Notetur vero oportet, in epistola laudata litteram C. non Christianum, sed Conradum supplendam esse).
„ 22.	„	Concilii die supremo „festivitate S. Iacobi Alphaei excommunicantur Ubertus, Mediolanensis archiepiscopus, una cum consulibus Mediolani et omnes eorum consiliarii et (Hugo), episcopus Placentinus, et (Raimundus) Brixiensis, et Placentiae ac Brixiae consules, ac omnes illi, qui interfecerant (Arnoldum), archiepiscopum Moguntinum, et qui in eius morte consenserant; et (Gerardus) episcopus Bononiensis et . . . . . . deponuntur irrecuperabiliter; episcopus vero (Iohannes) Patavinus, et episcopus . . . ., usque ad Kalendas Augusti termino eis dato, ab officio suspenduntur". Ottonis Morenae Hist. in MG. SS. XVIII. 632.
„ 26.	„	14452 Balduino, abbati Lesbornensi, et Guntero, praeposito Lippoldsbergensi, mandat, commoneant sub anathematis poena Lambertum clericum et laicum E. ac alios quosdam, ut presbytero Egrich infra 40 dies de illatis iniuriis satisfaciant. Stumpf Acta Magunt. p. 76. — „Lector (leg. Lator) presentium".

		1161. *(Ind. 9. — 25. Sept. — 10, pont. a. 2. — 4. Oct. — 3.)*
Iul. 25.	Laudae	14453 (9387) Episcopis Trevirensis ecclesiae suffraganeis, et abbatibus, praepositis, archidiaconis, decanis et universo clero infra Trevirensem provinciam constituto nunciat, Hillinum archiepiscopum legatum apostolicae sedis per universam Trevirensem provinciam proditum esse. Günther Cod. dipl. Rh. Mos. I. 368, Beyer M. U. I. 684. — „Ad matrem et caput".
„ 25.	„	14454 (9388) Hillini, archiepiscopi Trevirensis, privilegia et bona confirmat. Beyer M. U. I. 685. — „In eminenti sedis".
„ 25.	„	14455 (9389) Hillino, archiepiscopo Trevirensi, eiusque ecclesiae asserit castrum de Nassov, a capitulo Wormatiensi pro mansis 19 in villa Parthenheim traditum. Günther Cod. dipl. Rhen. Mos. I. 366, Beyer M. U. I. 687. — „Que a personis".
„ 25.	„	14456 (9390) Hillino, archiepiscopo Trevirensi, abbatiam S. Maximini asserit, pacemque conciliatam inter praedecessorem eius et Henricum comitem Namurcensem confirmat. Würdtwein Nova subs. dipl. IX. 204, Beyer M. U. I. 686. — „In eminenti sedis".
c. Sept. 29.	ap. Regium	Vide Epist. B(urchardi notarii) Coloniensis ap. Sudendorf Registrum II. 134: „festo b. Michaelis . . . . neglecto".
		c. 1161.
		14457 *Radulpho (abbati?), Waldemari Danorum regis „scribae" et legato, „in re divina agenda anuli usum indulget". Saxonis Grammatici Gesta Danorum ed. Müller p. 774, ed. Holder p. 533.
		Bernhardum (diaconum cardinalem SS. Sergii et Bacchi) in Daniam legatum mittit. Saxonis Grammatici Gesta Danorum ed. Müller p. 775, ed. Holder p. 534.
		1162. *(Ind. 10. — 20. Sept. — 11, , pont. a. 3. — 4. Oct. — 4.)*
Ian. 15.	Cremonae	14458 (9391) Abbatissae Verga-villensis protectionem suscipit, bonaque ac privilegia confirmat. (Bulla haec Victori III. perperam ascribitur). Calmet Hist. de Lorr. I. Pr. p. 483. — „Novit apostolicae sedis".
Febr 11.	„	14459 (9392) L(udovico), Francorum regi, iam pluribus litteris ad suscipiendam causam suam invitato, haec scribit: „dedisses iam diu, sicut vere putamus, precibus nostris effectum, nisi pravi homines tuam rectissimam animam a sanctis consiliis avertissent". St., legatum suum, commendat, qui quae promiserit, ea se facturum „et pro antiqua dilectione et pro consunguinitate, quae per dilectissimam sibi uxorem eius inter sese nuper contracta feliciter existat". Duchesne Hist. Fr. SS. IV. 583, Bouquet Rec. XVI. 25, Mansi XXI. 977, (Würdtwein Nova subs. dipl. IX. 48). — „Deus omnipotens, qui" („De negotio ecclesiae").
Mart.	„	Vide epist. Eberhardi archiep. Salzburg. ap. Tengnagel Vet. mon. p. 406.
Apr. 5.	„	14460 (9393) Compositionem inter Erphonem, abbatem S. Petri Neovillarensis, et Philippum, dispensatorem ecclesiae S. Adelphi, factam confirmat. Würdtmein Nova subs. dipl. IX. 374, Schoepflin Als. dipl. I. 250. — „Officii nostri decet".
„ 23.	„	14461 (9394) G(eroni), episcopo Halberstadensi, concedit, ut canonici eius dalmaticis induti sacra procurent, abbatesque T(ietherus) Ilsenburgensis et R(udolfus) Wimodeburgensis mitris utantur. Pflugk-Harttung Acta I. 288, Schmidt Urk. des Hochst. Halberst. I. 224. — „Novit apostolicae sedis".
„ 25.	„	14462 (9395) Monachis Vlierbacensibus praecipit, ut „infra XXX. dies" abbatem sibi praeficiant. (Videtur pro: „VII. Maii" legendum esse: „VII. kal. Mai.") Miraei Opp. dipl. II. 829. — „Ad apostolicae sedis".
	(„)	14463 (9396) Abbati Affligemensi significat, se fratres Vlierbacenses „ab omni, quem ad eum habuerint, respectu absolvere, ut ovile", inquit „quod vestra cum ovibus dispersit rapacitas, alterius pro eorum libertate pastoris infra XL. dies electi reparet et conservet pietas". Miraei Opp. dipl. II. 828. — „Ratio vestrae religionis".
Iun. 16.	„	14464 (9397) Parthenonis Ersteinensis protectionem suscipit. Würdtwein Nova subs. dipl. IX. 378. — „Novit apostolicae sedis".
„ 30.	„	14465 *Conrado, abbati Corbeiensi, eiusque successoribus monasterium Werbense subiicit, ea lege, ut „duos aureos inde singulis annis sibi suisque successoribus persolvant". Wilmans Additamenta p. 46. n. 50. — („Sacrosancta Romana").

1162. *(Ind. 10. — 25. Sept. — 11, pont. a. 3 — 4. Oct. — 4.)*

14466 Conrado, abbati Corbeiensi, usum sandaliorum, dalmaticae, mitrae et anuli, aliaque privilegia concedit. Monasterii tutelam suscipit ac possessiones confirmat. Wilmans Additamenta p. 47. — „Et iustitie ratio".

Iul. 4. Cremonae — 14467 (9398) Clero episcopatus Halberstadensis significat, se Geroni episcopo et eius successoribus crucis palliique usum asseruisse, eique „vices suas ac plenam potestatem commisisse super suspendendis seu absolvendis praepositis et decanis, qui ad concilium vocati venire contempserint". Pflugk-Harttung Acta I. 289, Schmidt Urk. d. Hochst. Halb. I. 226. — „Ad sedem pietatis".

„ 13. Bononiae — 14468 (9399) Abbati Hersfeldensi usum infulae, dalmaticae, sandaliorum, annuli conconcedit. Wenck Hess. Landesg. III. Urk. p. 76. — „Officii nostri nos".

„ 17. Parmae — 14469 Herleboldo, abbati Stabulensi, concedit, ut quibusdam diebus festis utatur anulo, mitra, dalmatica, sandaliis, utque in ecclesia sermonem ad populum faciat. Neues Archiv II. 215, Pflugk-Harttung Acta I. 289, (Mém. de l'acad. roy. de Belgique XXI., Notice de Stavelot par Gachard p. 14). — „Consuevit apostolice".

Aug. 29. ap. Laonam — super pontis medium fluvii Saonae a Friderico imperatore „in decollatione S. Iohannis baptistae" nocte deducitur. Cf. Chron. reg. Colon. 1162 in MG. SS. XVII. 777, ed. Waitz p. 112, Gesta abb. Trud. Cont. libr. III. c. 8 in MG. SS. X. 348, Hugonis Pictav. Hist. Vizel. ap. D'Achery II. 540, in MG. SS. XXVI. 146. (Laona, hodie St. Jean de Laone, sita est in loco, ubi flumen Ouche incidit in Saonam. De scriptorum relationibus, de die locoque uberrime disseruit Reuter I. 527 not. d.).

Sept. 7. ap. Laena (Laonam) — 14470 (9400) Monasterium Fultenbacense tuendum suscipit. Khamm Hier. Aug. V. (Pars III. Reg.) 286. — „Iustis petentium desideriis".

„ 7. ap. Leonam — Concilium. Chronica regia Colon. 1162 in MG. SS. XVII. 777, ed. Waitz p. 112: „Generali synodo indicta . . . . . . Fridericius imperator et Waldemarus rex Danorum cum tota illa frequentia pontificum et principum Victorem universalem papam nominant, et Alexandrum cum suis sequacibus scismaticos iudicant". — Saxonis Grammatici Gesta Danor. ed. Müller p. 781, ed. Holder p. 538: „Octavianus, vocato concilio, quam iustis suffragiis in adipiscendo sacerdotio usus fuerit, loquacius quam verius astruit; Rodlandum vero honorem, quem oblatum repudiasset, vetitum occupasse; seque causam suam generali pontificum cognitioni inspiciendam praebente, illum impietatis conscientia canonicae discretionis iudicium formidare. Praeterea, ad conciliandos sibi pontificum animos, eorum dignitatem benignis decretorum sanctionibus adornat: „„haud prius Romanam ad sedem provocandum, constituens, quam si lis ipsorum pronunciatione finiri non possit"". Finiente eo Caesar: „„provinciarum reges huius controversiae finiendae gratia ad colloquium a se invitatos"" dicit, „„eorum sententiae repugnare nefas ducturo; quos ideo non adesse, quod in Romani imperatoris iniuriam Romae pontificem creare cupiant, alienae civitatis ius suis suffragiis administrare conantes"". Post haec Regnaldus, Coloniae urbis antistes, religionis causam dicere adorsus, quanto iniuriae pondere Romani imperatoris aequitatem provincialium regum temeritas attentaret, argumentando demonstrare pergit: „„Nam si controversiam in eorum civitatibus de pontificatu ortam Caesar suis suffragiis finire vellet, haud dubie id gravium iniuriarum loco ducerent, cum ipsi simile in urbe Roma perpetrare conentur"". Quam assertionem tam valido rationis praesidio subnixam putavit, ut nunc Latialiter, nunc Gallice Germaniceque fando, ternis actionem vocibus iteraret . . . Assensis itaque pontificibus, cum Octavianus . . . accensis luminibus adversum Alexandrum eiusque suffragatores solenni execratione usurus videretur, Waldemarus, hortante Absalone (episcopo Roschildensi), ne sacrilego eius facinori interesset, concione excessit". Concilium hoc non die 29. Aug., in quem indicta erat teste Chron. reg. Col. l. l., sed die 7. et 8. m. Augusti celebratum esse probat Reuter I. 529; De fide relationis apud Saxonem Gramm. cf. ibid. p. 530 not. h., Prutz Friedrich I. Bd. I. 424. Hefele 2 ed. V. 605.

„ 8. ap. Laonam — Livonem, electum Othoniensem, consecrat „die postero". Saxo Grammaticus ed. Müller p. 784, ed. Holder p. 539.

„ 11. Bisuntii — 14471 (9401) Ecclesiae Bonnensis iura ac possessiones confirmat, petente Gerardo praeposito. Günther Cod. dipl. Rh. Mos. I. 371. — „Ut devotis et humilibus".

„ 11. „ — 14472 (9402) C(onradum), electum Moguntinum, hortatur, ne monasterium Werbense, C(onrado) abbati Corbeiensi a sese traditum, iniuriis affici a Bobbone comite patiatur.

1162. *(Ind. 10. — 25. Sept. — 11, pont. a. 3. — 4. Oct. — 4.)*

Martene et Dur. Vet. Script. I. 865, Wigand Archiv III. II. 4, Wilmans Additamenta p. 46, Jaffé Bibl. I. 603. — Praedecessorum nostrorum".

Sept. 11. | Bisuntii | 14473 Monasterii S. Mariae Romersdorfensis tutelam suscipit, bonaque et iura confirmat, petente Rodulfo abbate. Beyer M. U. I. 692, Wegeler Die Praemonstr.-Abt. Rommersdorf, Append. p. 3. — „Quociens ea petuntur".

„ 26. | ap. Faverniacum | 14474 Monasterium S. Petri Balmense tuendum suscipit et „ab omni obedientia et subiectione Cluniacensis ecclesiae absolvit". Possessiones eius confirmat, petente Hugone abbate. Monnier Recherches hist. sur Beaume-les-Messieurs, ms. saec. XIX., nouv. acquis. franç. 1039, Copia s. XVIII. in Coll. Moreau t. 71. f. 105, in bibl. nat. Paris. — „Officii nostri nos".

Oct. 8. | Tulli | 14475 (9403) Monasterii Bonifagetensis protectionem suscipit, possessionesque confirmat, petente Ascelino abbate. Hugo O. P. A. I. Pr. p. 309. — „Desiderium, quod ad".

„ 27. | Metis | 14476 Agnete, abbatissa S. Glodesindis Metensis, petente praeposituram S. Theobaldi tuendam suscipit eiusque possessiones ac sororum S. Glodesindis in praeposituram iura confirmat. Hist. de Metz III. Preuves p. 128. (In Gall. Chr. XIII. 930 bulla data legitur „XVI. kal. Nov." i. e. 17. Oct.). — „Ad hoc, auctore domino".

Nov. 1. | Treveris | Synodum „in festo omnium sanctorum cum multis episcopis et religiosis personis celebrat". Annal. Palidenses 1162 in MG. SS. XVI. 92. Quo in concilio „cum episcopis Teutonicis et Italicis sibi adhaerentibus Rolandum et eius sequaces anathematizat". Sigeb. cont. Aquicinct. 1162 ibidem VI. 409.

„ 4. | „ | 14477 (9404) Universas ecclesias per Babenbergensem episcopatum constitutas hortatur, ut sibi aere alieno laboranti „factis collationibus" subveniant. Jaffé Bibl. V. 533. — „Mater et caput".

1160—1163.

Apr. 1. | Vercellis | 14478 (9406) Arducio, episcopo Genevensi, significat, se A(medeo) comiti praecepisse, ut ablata ecclesiae Genevensi restitueret iniuriisque in eam abstineret. Spon Hist. de Gen. II. 22. — „Quoniam sedis apostolicae".

1161—1163.

Iun. 13. | Cremonae | 14479 H(erberto) archiepiscopo et capitulo S. Iohannis Vesontionensi significat, sese ad eorum petitionem P(etro) abbati S. Vincentii usum mitrae et anuli concessisse. Gall. Christ. XV. Instr. p. 40. — „Consuevit apostolicae sedis".

1163. *(Ind. 11.— 25. Sept. — 12, pont. a. 4. — 4. Oct. — 5.)*

Cremonam | se confert post disturbatum colloquium Vesontionense (rectius: Laonense), ut tradit Acerbus Morena in MG. SS. XVIII. 640.

Cremonae | 14480 Monasterii S. Martini Glandariensis protectionem suscipit, possessionesque confirmat, petente Folmaro abbate. (Notae temporis hae sunt: „Ind. 11, inc. a. 1163, p. a. 4". Testium nomina male desripta sunt, de fide vero bullae non est dubitandum). In bibl. nat. Paris. Cartul. S. Mart. s. XIV. ms. lat. 10030. f. 2, Coll. Moreau 72. f. 51. — „Apostolicae sedis consuetudo".

Nov. 2. | Laudam | venit „die sabbati, quae fuit secunda dies mensis Novembris". Acerbi Morenae Contin. in MG. SS. XVIII. 642.

„ 4. | Laudae | „proximo die lunae apostolicus et imperator et (Udalricus) patriarcha Aquileiensis et (Hugo) abbas Cluniacensis cum aliis quibusdam episcopis et archiepiscopis extra ecclesiam maiorem de Laude-veteri corpus b. Bassiani suis humeris portant; et ab aliis deinde ad Novum-Laude transvehitur". Acerbi Morenae Cont. in MG. SS. XVIII. 642.

(Paviae hoc anno mense Novembri aut Decembri Victorem a Conrado archiepiscopo Moguntino receptum esse, ex Helmoldi Chron. Slav. L. I. c. 90 contendit Böhmer-Will Reg. arch. Mog. II. 5. n. 29; Helmoldi vero verba non huc pertinere, sed ad annum 1160, iam recte annotavit Lappenberg in MG. SS. XXI. 82.

1159—1164.

14481 Archiepiscopis, episcopis, abbatibus, praepositis et omni clero, ducibus, marchionibus, comitibus, egregiae ac strenuissimae militiae et universo populo in regno Teutonico constituto scribit, et ecclesiae et imperii negotiis prospicere et malorum pravi-

1159—1164.

tatibus obviare, suum munus esse. „Duo sunt“ inquit „principalia, quibus status hominum noscitur esse regendus, auctoritas Romani pontificis et potestas imperialis; horum usque adeo consona videntur officia, et principatus mutua societate coniunctus, ut alter alterius onera sustineat et in eodem simul habeant potestatem“. (Fragmentum). Neues Archiv VI. 449. — „Necessaria rerum dispositione“.

14482 *Henrico (II.) episcopo Leodiensi impetrante, pacem (Dei) ab Henrico I. episcopo Leodiensi institutam confirmat. Vide Aegidii Aureaevall. Gesta epp. Leod. c. 30 in MG. SS. XXV. 105.

1164. *(Ind. 12, pont. a. 5.)*

Apr. 12. | Lucae | „Veniens Luccam egrotare cepit, novemque diebus agonizans (Apr. 12—20) ad extrema perductus est“. Annal. Palid. in MG. SS. XVI. 91.

„ 13. | „ | 14483 Huberto abbati et fratribus Tongerloensibus asserit ecclesiam de Dyst, ab Elewidi illustri femina eiusque filiis per manum Henrici episcopi Leodensis collatam. Alias quasdam possessiones confirmat. Messager des sciences hist. de Belg. 1859. p. 32, ubi perperam bulla Victori II. tribuitur. — „Et apostolice sedis“.

(„) | („) | 14484 Huberto abbati et fratribus S. Mariae Tongerloensibus concedit, „ut ipsius loci advocatiam nullus usurpet, sed dux Lotharingiae, qui pro tempore fuerit, sicut a b. m. Conrado, quondam Romanorum rege, rationabiliter statutum sit, absque aliqua exactione eis et rebus eorum patrocinium praebeat“. (Fragmentum). Dynter Chron. des ducs de Brabant II. 88.

„ 20. | „ | Moritur. Marangonis Chron. Pisanum 1165 in Archivio storico VI. II. 35, in MG. SS. XIX. 250: „XII. kal. Maii“. Acerbi Morenae Cont. in MG. SS. XVIII. 643: „die lunae, quae fuit (adde: vigesima) dies mensis Aprilis“. Eum „quarta feria post octavas paschae“ (22. April.) obiisse, perperam tradit nuncius in Epist. S. Thomae ed. Lupus L. I. ep. 7. p. 15, ed. Giles II. 241, quem sequitur Gervasius in chron. 1164 ap. Twysden H. A. SS. I. 1389, ed. Stubbs. I. 182; in errore item versatur auctor Annal. Casinens. 1164 in MG. SS. XIX. 312, ubi Victor dicitur die 14. Apr. mortuus esse.

PASCHALIS III. (GUIDO CREMENSIS) antipapa. 1164—1168.

Paschalis III. hac sententia usus est: „Adiutor meus esto domine, ne derelinquas me“. 14491.

Paschalis bullis subscripserunt:

ep. Albanensis	Iohannes	14488, 14490, 14491, 14492, 14495
„ Praenestinus	Vivianus	14495
„ Tusculanus	Martinus	14490, 14491, 14492, 14495
presb. card. tit. S. Chrysogoni	Albertus	14488, 14490, 14491, 14492, 14495
„ „ „ S. Clementis	Opizo	14490, 14491, 14492,
„ „ „ S. Pastoris	Iohannes	14488, 14490, 14491, 14492, 14495
„ „ „ S. Susannae	Unfredus	14488, 14490, 14491, 14492, 14495
diac. card. S. Angeli	Landus	14488, 14490, 14491, 14492, 14495
„ „ S. Mariae in Aquiro	Gerardus	14488, 14491, 14492
„ „ S. Mariae novae	Lanfredus	14488, 14490, 14491, 14492
„ „ S. R. E.	Iohannes de Sculcula	14495
„ „ S. R. E.	Otto	14495
„ „ S. R. E.	Wido	14495
„ „ S. R. E.	Stephanus	14495

Datae bullae sunt p. m.

Iohannis S. R. E. presb. card. et cancellarii 14488, 14490, 14491, 14492

Ricardi civitatis Castellanae episcopi 14495.

1164. *(Ind. 12, pont. a. 1.)*

Apr. 22. | Lucae | Eligitur a Rainaldo, archiepiscopo Coloniensi, et Victoris IV. cardinalibus. Chronica regia Colon. 1164 in MG. SS. XVII. 778, ed. Waitz p. 115: „Wido successit Cre-

1164. *(Ind. 12, pont. a. 1.)*

		mensis episcopus 10. kal. Maii". Marangonis Chron. Pisanum 1165 in Archivio stor. Ital. VI. II. 35, in MG. SS. XIX. 250: „Hoc (Victoris obitum) audiente (archi)cancellario (Reinaldo) Lucam ivit festinanter, et cum cardinalibus ipsius Victoris secundo die elegit Guidonem in papam". In Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 111, ed. Giles II. 264 Fridericus imperator postea Reinaldo dixisse haec verba fertur: „tu ... novum mihi pontificem elegisti". Cf. Acerbi Morenae Cont. in MG. SS. XVIII. 643.
Apr. 26.	Lucae	Consecratur. Chronica regia Colon. 1164 l. l.: „Ab Henrico, Leodiensi episcopo, ordinatus est 6. kal. Maii". Annal. Reichersperg. 1164 in MG. SS. XVII. 470: „Hunc consecravit Leodicensis episcopus sine cardinalibus". Cf. Aegidii Aureaevall. Gest. epp. Leod. L. III. c. 30 in MG. SS. XXV. 104.
Mai. 3.	„	14485 Archiepiscopos, episcopos, abbates, praepositos et universos ecclesiarum praelatos hortatur, ut xenodochii Hierosolymitani fratribus subveniant. De privilegiis eiusdem addit. Cop. vidimata tabulae Iohannis episcopi Caminensis inserta in tabul. regio Berolinensi. — „Quam amabilis (deo) et".
Nov. 30.	Pisas	perducitur a Christiano (archiepiscopo Moguntino), cancellario imperatoris, „die S. Andreae". Marangonis Chronicon Pisanum 1165 in Archivio storico VI. II. 38, MG. SS. XIX. 251. (Anno 1165 hoc factum esse, contendit Böhmer-Will Regesta archiep. Mog. II. 18 num. 3 propterea, ut opinor, quia die 1. Nov. 1164 diploma Friderici I., Stumpf n. 4035, recognovit; hoc diploma ab aliis falsum, ab alius genuinum iudicatur; sed quomodocumque fides tabulae se habet, notandum est, diplomata in absentia cancellarii nomine eius recognosci potuisse, ut recte animadverterunt Ficker Forsch. z. R. u. R. It. II. 139 n. 26 et Giesebrecht in Forsch. z. d. Gesch. XXI. 629. Marango praeterea haec ad annum 1165 calculi Pisani narrat, qui nobis est annus 1164).

1165. *(Ind. 13, pont. a. 1. — 26. Apr. — 2.)*

	Cisternae Neronis	Sigeberti Contin. Aquic. in MG. SS. VI. 411: „Paschalis .... Cisternam Neronis, ubi Alexander papa fuerat consecratus, totam terrae coaequavit".
Sept. Oct.	Viterbium	a Christiano cancellario deducitur. Marangonis Chron. Pisanum 1165 l. l. De tempore cf. Reuter II. 190.
Nov.	Viterbii	dum Alexander III. Romam revenit. Annal. Reichersp. 1165 in MG. SS. XVII. 472.

1166. *(Ind. 14. — 1. Sept. — 15, pont. a. 2. — 26. Apr. — 3.)*

Apr. 13.	Viterbii	14486 (9408) Ludovicum, Francorum regem, „consanguineum suum", monet, ut „ad cor redeat, et tantis ecclesiae dei scandalis, quae per eum solum vigere dicantur, tandem finem imponat, ut imperialem animum" inquit „reformata pace ecclesiae, ad imperii et regni tui unitatem, et tui voluntatem citius possimus revocare". Duchesne H. Fr. SS. IV. 729, Bouquet Rec. XVI. 118, cf. Reuter II. 196. — „Praedecessoris nostri".
„ 13.	„	14487 (9409) B. Veltr., nobilem virum, hortatur, ut „pravitati schismaticorum resistat, et animum regis aliorumque principum ad unitatem ecclesiasticae pacis revocet". Duchesne H. Fr. SS. IV. 728, Bouquet Rec. XVI. 118. — „Nobilitatem tuam tanto".
Nov. 18.	„	14488 Inter Gregorium Hornbacensem abbatem et Anselmum de Ringelste agitatae de fundo Wazehiheim controversiae decisionem ab Illino, Treverorum archiepiscopo et apostol. sedis legato, factam confirmat. Pflugk-Harttung Acta II. 381. — „Iustum ac rationabile".

1167. *(Ind. 15, pont. a. 3. — 26. Apr. — 4.)*

Apr. 8.	Viterbii?	Benincasae electo Pisano „sacerdotii dignitatem donat sabbato sancto". Marangonis Chron. Pisan. 1168 in Archivio storico VI. II. 47, in MG. SS. XIX. 256.
„ 10.	„ ?	Benincasam archiepiscopum Pisanum consecrat „die lunae proximiori post pasca". Marangonis Chron. Pisan. 1168 l. l.
c. Iun.	„	„Nuntios quamplures ad imperatorem (Fridericum) dirigit, ut quam citius possit, nulla dilatione habita Romam pergat, hostes debellet, et Rolandum cancellarium de Roma expellat, ac ipsum in Roma ponat, victoriamque de inimicis suis acquirat, ac omnes

1167. *(Ind. 15. pont. a. 3. — 26. Apr. — 4.)*

		inimicos ipsius suae ditioni subiuget; insuper etiam dicens . . . . . . messem iam nunc fore albam ad metendum, vineamque maturam esse ad vindemiandum". Acerbi Morenae Continuat. anonym. in MG. SS. XVIII. 653.
Iul. 22.	Romam	pervenit. Marangonis chron. Pisan. 1168 l. l.: „Imperator Fridericus cum papa Pasquali venit Romam undecimo kal. Aug. apud ecclesiam S. Petri".
„ (22)	Romae in eccl. S. Petri	Inthronizatur. Chron. regia Colon. 1167 in MG. SS. XVII. 781, ed. Waitz p. 118: „Papam Paschalem in sede b. Petri collocavit (imperator)". Cf. Marangonis chron. Pisan. 1168 verba citata.
„ 30.	„	„sequenti die dominico (post d. 24. Iulii) missam celebrat et in capite imperatoris circulum aureum imponit", Acerbi Morenae Contin. anonym. p. 654. „Papam Paschalem in sede b. Petri collocavit (imperator), ubi etiam idem papa III. kal. Augusti, dominica ante Vincula S. Petri, 15 electos, alios in patriarchas, alios in archiepiscopos, nonnullos in episcopos ordinavit", Chronica regia Colon. 1167 in MG. SS. XVII. 781, ed. Waitz p. 118.
„ 31.	Romae apud S. Petrum	14489 (9410) Petentibus canonicis ecclesiae Argentoratensis, edictum Friderici imperatoris confirmat, „ut tributarii ecclesiae statutis temporibus iura iis persolvant, et si contumaciter ea usque ad festum S. Andreae retinere praesumpserint et satisfacere neglexerint, a iure proprio cadant, et si proterve adhuc retinuerint, anathematis gladio feriantur". Würdtwein Nova subs. dipl. X. 25, Wiegand Urk. v. Strassburg I. 95. — „Immobili debet".
Aug. 1.	Romae in ecclesia b. Petri	„Sequenti Martis die, in quo fuit tunc festivitas S. Petri ad vincula, quae fuit in kalendis Augusti, Fridericum imperatorem et Beatricem eius coniugem ex coronis auro purissimis ac multis pretiosissimis gemmis decoratis coronat", Acerbi Morenae Contin. anonym. p. 654. „In festo b. Petri dominam Beatricem uxorem caesaris in imperatricem consecravit", Chronica regia Colon. max. 1167 l. l. Cf. Marangonis Chron. Pisan. 1168 l. l.
„ 6.	Romae ap. S. Petrum	14490 Ludovico, episcopo Basileensi, decumarum episcopatus partem quartam asserit, ita tamen, ut eae singulis annis in singulis ecclesiis, non autem quarto quoque anno „in integrum" recipiantur. Trouillat Mon. de Bâle I. 344. — „Oportet nos pro".
„ 6.	„	14491 Monasterii Stabulensis tutelam suscipit, possessionesque et privilegia confirmat, petente Herlebaldo abbate. Pflugk-Harttung Acta I. 290, (Mémoires de l'acad. roy. de Belgique XXI. Notice de Stavelot p. 15). — „Piae postulatio voluntatis".
„ 6.	„	14492 Herlebaldo, abbati Stabulensi, eiusque successoribus usum anuli, mitrae, dalmaticae, sandaliorum, sermonemque in ecclesia sua ad populum faciendi ius asserit. Alexandri, episcopi Leodiensis, donationem confirmat. Pflugk-Harttung Acta I. 293, (Mémoires de l'acad. roy. de Belgique XXI. Notice de Stavelot p. 15). — „Consuevit apostolicae sedis".
„	Viterbii	relinquitur a Friderico imperatore. Acerbi Morenae contin. anonym. p. 656.
		14493 *Hermannum, abbatem Fuldensem, a sese consecratum privilegiis ornat; inter alia concedit, ut „minores ordines episcopali auctoritate conferat". (Verba: „minores . . . . conferat" non sunt a suspicione libera). Vide Brower Fuld. Antiquit. p. 300, Monasteriorum Germ. Centuria I. p. 61. Cf. Pflugk-Harttung Dipl.-hist. Forsch. p. 508.

1164—1168.

14494 *Christiano, christianissimo sedis apostolicae legato, imperialis aulae cancellario et Romae ecclesiae filio fidelissimo, salutem et apostolicam benedictionem". Huius formae epistolae Christiano directae memorantur in nota marginali Gestorum archiepp. Magdeb. Contin. in MG. SS. XIV. 417.

1168. *(Ind. 1, pont. a. 4. — 26. Apr. — 5.)*

Febr. 26.	Romae ap. S. Petrum	14495 (9411) Episcopatum Cameracensem, ab obedientia archiepiscopi Remensis, Alexandri III. partibus faventis, solutum, Philippo, archiepiscopo Coloniensi, subiicit. Lacomblet Urk. I. 300, Pflugk-Harttung Acta I. 294. Cf. ea, quae annotat Papst ap. Hirsch Jahrb. Heinrich II. T. II. 62 n. 3. — „Sedes apostolica".
Aug. Sept.	In turre	Stephani Theobaldi. Vide Iohannis Sarisberiensis epist., Opp. ed. Giles II. 165, Epist. S. Thomae ed. Lupus p. 476.

1168. *(Ind. 1, pont. a. 4. — 26. Apr. — 5.)*

Sept. 20. Romae ap. S. Petrum — Moritur „mense Septembris die 20“, Annal. Ceccanenses 1168 in MG. SS. XIX. 286; (Chron. reg. Colon. in MG. SS. XVII. 782, ed. Waitz p. 120: „XVIII. kal. Oct.“ i. e. 14. Sept.). „Cum apud b. Petri ecclesiam incubaret“, Bosonis card. Vita Alexandri III. ap. Watterich II. 411.

CALIXTUS III. (IOHANNES DE STRUMA) antipapa. 1168–1178.

Calixti sententia haec est: „Conserva me domine, quoniam speravi in te“. 14503, 14504.

Eius bullis subscripserunt:

ep. Papiensis	Syrus	14504
„ Praenestinus	Vivianus	14503. 14504
„ Sabinensis	Iohannes	14503. 14504
presb. card. tit. S. Chrysogon.	Albertus	14503. 14504
„ „ „ SS. Laurentii in Damaso	Otto	14503. 14504
„ „ „ Pastoris	Iohannes	14503
„ „ „ SS. Silvestri et Martini tit. Equitii	Stephanus	14503. 14504
„ „ „ S. Susannae	Unfredus	14503
„ „ „ S. Stephani in Coelio monte	Gero	14503
diac. card. S. Angeli	Landus	14503
„ „ S. Eustachii	Stephanus	14503. 14504
„ „ S. Mariae in Aquiro	Gerardus	14503. 14504
„ „ S. Mariae in Monasterio	Nicholaus	14503. 14504
„ „ S. Mariae in porticu	Wifredus	14503. 14504
„ „ S. Mariae novae	Ughicio	14503. 14504
„ „ SS. Sergii et Bacchi	Willelmus	14503. 14504

Datae bullae eius sunt p. m.

Martini Tusculani episcopi et S. R. E. cancellarii 14503

Stephani Parisiensis, domini Martini Tusculani episcopi et S. R. E. cancellarii vicem gerentis 14498

Sixti, domini Martini Tusculani episcopi et S. R. E. cancellarii vicem gerentis 14504.

1168. *(Ind. 2, pont. a. 1.)*

c. Sept. — Romae — Eligitur. Append. ad Ragewini Gesta Frid. imp. 1168 in MG. SS. XX. 493: „a Romanis praeter Centios Iohannes Albanensis abbas eligitur et Calixtus III. nuncupatur“. Annal. Ceccanenses 1168 in MG. SS. XIX. 286: „pars eius (Paschalis III.) elegit electum de Albanis in papam Calixtum“. Cf. Bosonis card. Vita Alexandri III. ap. Watterich II. 411, Annal. Coloniens. max. 1168 in MG. SS. XVII. 782, ed. Waitz p. 120, Chron. de Mailros ap. Fell R. A. SS. p. 170, ed. Stevenson p. 81.

1169.

Mart. 16. Faventiae — 14496 B(runonem) praepositum, H(ugonem) decanum maioris ecclesiae Coloniensis et T(heodericum) abbatem Campensem constituit iudices inter (Irmentrudem) abbatissam Dithkirchensem et parochianos de Sehteme (Sechtem) super presbytero in ecclesia eiusdem villae instituendo litigantes. Pflugk-Harttung Acta I. 295. — „Pervenit ad audientiam“.

1170. *(Ind. 3. — Sept. — 4, pont. a. 2. — Sept. — 3.)*

Mart. 6. Viterbii — 14497 Decimas monasterio S. Trudperti ab Immone et Wolfvino et Wolfrobo concessas et ab O(ttone) episcopo Constantiensi firmatas corroborat. Zeitsch. f. d. Gesch. d. Oberrheins XXX. 82. — „Ex iniuncto nobis“.

Aug. 29. „ — 14498 (9412) Cellae S. Fidis Slettstadensis, monasterio Conchensi subiectae, protectionem suscipit, et possessiones confirmat, petente Nybelone praeposito. Würdtwein Nova subs. dipl. X. 31. — „Sanctorum patrum sanctionibus“.

		1170. *(Ind. 3. — Sept. — 4, pont. a. 2. — Sept. — 3.)*
Sept. —		14499 *Monasterio S. Eugenii Senensi decimas quasdam asserit. Wiener Sitzungsber. XCIV. 678. (Quae de hac bulla annotat Pflugk-Harttung Iter p. 278 n. 654, non intellego).
		1170?
Mai. 19.	Viterbii	14500 Ir(mentrudi) abbatissae Dithkirchensi significat, se sententiam inter eam et parochianos de Setheme, a Brunone praeposito et Hugone decano maioris ecclesiae Coloniensis latam comprobare. Pflugk-Harttung Acta I. 295. — „Ea quae a viris".
Iul. 9.	„	14501 Ir(mentrudi) abbatissae Dithkirchensi alteras eiusdem argumenti litteras dat. Pflugk-Harttung Acta I. 296. — „Ea quae a dilectis".
		1171. *(Ind. 4. — Sept. — 5, pont. a. 3. — Sept. — 4.)*
Iun. 1.	Viterbii	14502 *Ecclesiam Constantiensem „cum omnibus possessionibus, praesentibus et futuris, et in specie cum monasterio b. Georgii in Petri domo cum omnibus ad ipsum pertinentibus" in tutelam sedis apostolicae recipit. Neugart Ep. Const. I. II. 146.
		1172. *(Ind. 5. — Sept. — 6, pont. a. 4. — Sept. — 5.)*
Apr. 15.	ap. Montem Altinum	14503 Erlebaldo, abbati Stabulensi, concedit, ut anulo, mitra, dalmatica, sandaliis utatur, utque in sua ecclesia sermonem ad populam faciat. Pflugk-Harttung Acta I. 296, ubi pro „ap. montem Alcinum" legendum „Altinum", hodie Montalto, et orbiculi sententia corrigenda est. (Regestum in Mém. de l'acad. royale de Belgique XXI., Notice de Stavelot par Gachard p. 15). — „Consuevit apostolicae sedis".
		1173. *(Ind. 6. — Sept. — 7, pont. a. 5. — Sept. — 6.)*
Apr. 26.	Fulginei	14504 (9413) Monasterii S. Blasii possessiones confirmat, petente Wernero abbate. Neugart C. D. Al. II. 103, Wirtemberg. Urkundenb. II. 172. — „Quia sedis apostolicae".
		1169—1175.
Sept. 2.	ap. sanctum Flavianum	14505 R(udolfo) episcopo, H(enrico) praeposito, archidiaconibus totique capitulo maioris ecclesiae Leodiensis litteras dirigit. Regestum in Neues Archiv IV. 624. — „Quod tamquam viri".
„ 20.	„	14506 (9414) Parthenonis Dithkirchensis disciplinam privilegiaque, a Reinaldo et Philippo archiepiscopis Coloniensibus constituta, probat. Günther Cod. dipl. Rh. Mosel. I. 424. — „Ratio pietatis".
		1177—1178.
	Viterbio	discedit. Romoaldi Salern. Annal. 1178 in MG. SS. XIX. 459. Bosonis card. Vita Alexandri III. ap. Watterich II. 447. De tempore fugae cf. Reuter III. 761.
		1178. *(Ind. 11, pont. a. 10.)*
	in Albano	Romoaldi Salernit. Annal. p. 459, Bosonis card. vita Alex. p. 447.
Aug. 29.	Monte Tusculani	„In decollatione b. Iohannis ad pedes domini Alexandri papae III. venit". Annal. Casinens. 1178 in MG. SS. XIX. 312, Romoaldi Salern. Annal. ibid. XIX. 460, Annal. Ceccanenses 1178 ibid. XIX. 286; Rad. de Diceto Im. Hist. ap. Twysden H. A. SS. I. 601, ed. Stubbs I. 426.

INNOCENTIUS III. (LANDUS SITINUS) antipapa. 1179—1180.

1179.

Sept. 29. Eligitur a schismaticis „3. kal. Oct.". Annal. Ceccanenses 1178 in MG. SS. XIX. 286. Cf. Sigeberti contin. Aquicinct. 1179 in MG. SS. VI. 418. Anno 1179, non quem tradunt Ann. Ceccan. et ex Calixti III. regestis facile colligas, anno 1178 electum esse Landum, probat Watterich II. 647 not. 1; quem sequitur Reuter III. 497.

Consecratur. Annal. Ceccanenses 1178. l. l.

1180.

Ian. — apud Palumbaram — deprehenditur in turri, quam a fratre Victoris IV. antipapae acceperat. Annal. Ceccanenses 1180 in MG. SS. XIX. 287: „mens. Ian."; Annal. Casinenses 1180 ibid. XIX. 312: „apud Palumbaram". Cf. Sigeberti contin. Aquicinct. 1179 ibid. VI. 418.

in monasterium Cavense — deportatur cum sociis. Annal. Casinens. 1180 l. l.: „ad Cavas"; Annal. Ceccanenses 1180 l. l.: „apud Caveam"; Sigeberti cont. Aquicinct. 1179 l. l.: „in cavea".

LUCIUS III. 1181—1185.

Lucii III. sententia haec est: „Adiuva nos deus salutaris noster" 14514, 14520, 14525, 14542, 14573, 14604, 14623, 14631, 14633, 14638 cet.

Testes subscripserunt bullis eius:

ep. Albanensis	Henricus	a c. Aug. 1182 ad 11. Nov. 1185
„ Ostiensis et Velletrensis	Theobaldus	a 15. Iun. 1184 ad 11. Nov. 1185
„ Portuensis et S. Rufinae sedis	Theodinus	a 5. Nov. 1181 ad 11. Nov. 1185
„ Praenestinus	Paulus	a 5. Nov. 1181 ad 13. Mai. 1184
„ Sabinensis, Salzburgensis minister	Conradus	a 30. Apr. 1182 ad 5. Iun. 1182
„ Sabinensis, et Moguntinae sedis archiepiscopus	Conradus	a 25. Oct. 1184 ad 11. Nov. 1185
„ Tusculanus	Petrus	a 18. Febr. 1182 ad 14. Iul. 1182
pr. card. tit. XII. apostolorum	Pandulfus	a 4. Ian. 1183 ad 11. Nov. 1185
„ „ „ S. Caeciliae	Cinthius	a 5. Nov. 1181 ad 18. Iun. 1182
„ „ „ S. Clementis	Hugo	a 5. Nov. 1181 ad 17. Mart. 1182
„ „ „ S. Crucis in Ierusalem	Arduinus	a 5. Nov. 1181 ad 4. Ian. 1183
	Albinus	a 4. Mai 1185 ad 11. Nov. 1185
„ „ SS. Iohannis et Pauli tit. Pamachii	Rainerius	a c. Aug. 1182 ad 16. Mai. 1183
	Melior	a 4. Apr. 1185 ad 11. Nov. 1185
„ „ „ S. Laurentii in Damaso	Petrus	a 18. Iun. 1182 ad 7. Iul. 1182
	Hubertus	a c. Aug. 1182 ad 18. Oct. 1185
Mediolanensis archiepiscopus et pr. card.	Hubertus	d. 11. Nov. 1185
„ „ „ S. Marcelli	Matthaeus	a 5. Nov. 1181 ad 14. Iul. 1182
	Adelardus	a 20. Apr. 1185 ad 11. Nov. 1185
„ „ „ S. Marci	Iohannes	a 7. Iul. 1182 ad 11. Nov. 1185
„ „ „ S. Mariae trans Tiberim tit. Calixti	Laborans	a 5. Nov. 1181 ad 11. Nov. 1185
„ „ „ S. Sabinae, Remorum archiepiscopus	Willelmus	a 1. Oct. 1184 ad 11. Dec. 1184
„ „ „ S. Stephani in Celio monte	Vivianus	a 5. Nov. 1181 ad 7. Mai 1184
„ „ „ S. Susannae	Petrus	a 5. Nov. 1181 ad 13. Mai 1184
diac. card. S. Adriani	Rainerius	a 5. Nov. 1181 ad 14. Iul. 1182
	Gerardus	a c. Aug. 1182 ad 4. Mai 1184
„ „ S. Angeli	Hugo	d. 14. Iul. 1182
	Bobo	a c. Aug. 1182 ad 13. Mai 1184
„ „ SS. Cosmae et Damiani	Gratianus	a 5. Nov. 1181 ad 11. Nov. 1185
„ „ S. Georgii ad velum aureum	Rainerius	a 5. Nov. 1181 ad 2. Dec. 1182
	Radulfus	a 20. Apr. 1185 ad 11. Nov. 1185
„ „ S. Mariae in Cosmidin	Iacinthus	a 12. Nov. 1181 ad 13. Mai 1184

diac. card. S. Mariae in porticu . . . . . Rolandus . . . . . . a 20. Apr. 1185 ad 11. Nov. 1185
„ „ S. Mariae in via lata . . . . . Soffredus . . . . . a c. Aug. 1182 ad 11. Nov. 1185
„ „ S. Mariae novae . . . . Mathaeus . . . . . a 5. Nov. 1181 ad 31. Dec. 1181
Albinus . . . . a c. Aug. 1182 ad 10. Mart. 1185
„ „ S. Nicolai in carcere Tulliano Petrus . . . . a 20. Apr. 1185 ad 11. Nov. 1185
„ „ SS. Sergii et Bachi . . . . . . Octavianus . . . . a c. Aug. 1182 ad 13. Mai 1184
„ „ S. Theodori . . . . Ardicio . . . . a 25. Mart. 1182 ad 11. Nov. 1185.

Datae bullae sunt p. m.
Alberti S. R. E. presb. card. et cancellarii a. 28. Sept. 1181 ad 7. Mai 1184
et a. 21. Dec. 1184 ad 11. Nov. 1185
Hugonis S. R. E. notarii . . . . a. 15. Iun. 1184 ad 11. Dec. 1184
et 14691, 14830, 14867, 14872, 14887, 14888, 14889, 14907, 14914, 14918, 14925, 14926, 14932, 14937, 14959, 15454, 15456, 15459.

1181. *(Ind. 15, pont. a. 1.)*

Sept. 1. — Eligitur „feria III." post obitum Alexandri III. Chronica Gaufredi prioris Vosiensis ap. Labbe Bibl. II. 327, in MG. SS. XXVI. 203.

„ 6. Velitris — Consecratur. Chron. Gaufr. Vos. l. l.: „sequenti dominica prima Septembris". Annales Casinenses 1181 in MG. SS. XIX. 312: „ap. Velletrum". Annal. Ceccanenses 1181 in MG. SS. XIX. 287: „ap. Velitras".

„ 28. „ — 14507 (9415) *Monasterii S. Petri ad vincula Ravennatis protectionem suscipit bonaque ac iura confirmat, imposito monachis duodecim monetae Papiensis denariorum censu annuo. Rubei Hist. Rav. p. 353.

14508 *Sermonetanos duabus epistolis hortatur, ut bellum cum Setinis componant. Lombardini Delle ist. di Sezze, Velletri 1876, p. 41.

Oct. 14. „ — 14509 (9416) Monasterii S. Mariae Gallomontensis, petente Gaufrido abbate, protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat. Neustria pia p. 873, Migne 201 p. 1071. — „Quoties a nobis".

Nov. 2. Laterani — 14510 (9417) Monasterio S. Mauricii Mindensi bona quaedam a Mirabili, nobili viro, donata asserit. Erhard Reg. hist. Westf. II. Cod. dipl. p. 161, (Spilcker Beiträge I. 188.) — „Que religiosis locis".

„ 2. „ — 14511 Xenodochii Hierosolymitani possessiones et privilegia confirmat, petente Rogerio magistro. In bibl. nat. Paris. ms. lat. 9001. f. 49 — „Christianae religionis fidei".

„ 5. „ — 14512 Ecclesiam S. Martini Senensem tuendam suscipit eiusque possessiones et iura confirmat, petente Bernardo priore. Pflugk-Harttung Acta III. 288. — „Quotiens a nobis petitur".

„ 7. „ — 14513 Monasterio Dervensi asserit ecclesiam de Tramilleo, a Philippo, quondam episcopo Trecensi, donatam. Ex Coll. Moreau t. 85. f. 139 in bibl. nat. Paris. Misit Delisle. (Lalore Coll. des cartul. IV. 205.) — „Iustis petentium desideriis".

„ 12. „ — 14514 Hubaldo, archiepiscopo Pisano, subiicit Galtelinensem et Civitatensem episcopatus, in Sardiniae iudicatu Gallurensi sitos, ac episcopatum Populoniensem, „pro recompensatione episcopatuum", quos Hubertus, quondam archiepiscopus Pisanus, sedi Romanae concesserit. Insuper ei tribuit primatum super Turritanam, Calaritanam et Arborensem provincias eique asserit legationem Sardiniae, usum equi albi crucisque, ac pallium, quo utatur in consecratione Aleriensis, Aiacensis, Saguntini ac trium episcoporum, qui supra memorati sunt. Vivianus Praxis iurispatronatus p. 72: „9. kal. Nov.", Pflugk-Harttung Acta III. 289: „II. id. Nov.". Uterque ex autographo. — „Tunc apostolice sedis".

„ 12. „ — 14515 (9419) Ecclesiam Lucensem tuendam suscipit, eiusque possessiones et privilegia confirmat, petente Guilielmo episcopo. Memorie e docum. IV. II. 194, Migne 201 p. 1074. — „Ordo iuris expostulat".

„ 13. „ — 14516 (9420) P(hilippo) archiepiscopo (Coloniensi) significat, se praeposito Bonnensi mandasse, ut comitem Sainensem, si illata monasterio Siegburgensi damna non compensasset, excommunicatione afficeret. Lacomblet Urk. I. 341, Migne 201 p. 1077. — „Pro quibusdam iniuriis".

„ 16. „ — 14517 (9421) Abbatissae S. Mariae Suessionensi concedit, ne satisfacere promisso, de praebendis quatuor a Mathildi quondam abbatissa facto, cogatur. Germain Hist. de Notre-dame de Soiss. p. 443, Migne 201 p. 1077. — „Significasti nobis".

		1181. *(Ind. 15, pont. a. 1.)*
(Nov.)	Romae	Gerhardo, abbati Sigebergensi, ut Anno quondam archiepiscopus Coloniensis transferatur petenti, „promittit domnus papa, se (Friderico) imperatori (cuius litteras attulerat abbas) suam praesentiam in brevi exhibiturum, et cum eo super negotio abbatis tractaturum, nec quidquam ex his, quae imperator promovere vellet, esse negaturum". Translatio S. Annonis in MG. SS. XI. 516.
„ 17.	Romae ap. S. Petrum	14518 Monasterio Caziacensi prioratum de Rouaco asserit. In bibl. nat. Paris. Coll. Grenier t. 22. f. 63, (Mém. de la soc. acad. de St. Quentin IV. sér. I. 270). — „Viris religiosis annuere".
„ 18.	„	14519 (9422) Monasterium Siegburgense tuendum suscipit et eius bona iuraque confirmat, petente Gerardo abbate. Lacomblet Urk. I. 337, Migne 201 p. 1077, (Miraei Opp. dipl. II. 1186). — „Quotiens a nobis petitur".
„ 18.	„	14520 (9423) Ecclesiae S. Mariae et S. Iohannis Cappenbergensis tutelam suscipit, possessionesque et privilegia confirmat, petente Hermanno praeposito. Erhard. Reg. hist. Westf. II. Cod. dipl. p. 155. — „Religiosam vitam eligentibus".
„ 22.	„	14521 (Desiderio) episcopo Morinensi mandat, ut abbati S. Bertini Sithiensi restitui faciat decumas et obventiones altaris de Popringe, a clerico Lamberto, uxorato et plures filios habenti, affectatas. In bibl. nat. Paris. Coll. Moreau t. 88. f. 49. — „Ex parte dilecti".
„ 24.	„	14522 Congregationi Camaldulensi concedit facultatem liberae electionis abbatis et prioris. Wiener Sitzungsber. XCIV. 670. — „Quae canonicis sanctionibus".
„ 26.	„	14523 Monasterium S. Salvatoris Camaldulense tuendum suscipit, eiusque bona et privilegia confirmat. Wiener Sitzungsber. XCIV. 678. — „Religiosam vitam eligentibus".
„ 26?	„	14524 Monasterium S. Laurentii Aversanum tuendum suscipit eiusque possessiones et iura confirmat, petente Abdone abbate. („Dat. VI.? kal. Dec."). Pflugk-Harttung Iter p. 293. — „Effectum iusta".
„ 26.	„	14525 (9424) Monasterio S. Petri Cerretensis protectionem suscipit bonaque ac privilegia, petente Mauro abbate, confirmat. Mittarelli Ann. Cam. IV. app. p. 103, Migne 201 p. 1079. — „Quotiens a nobis petitur".
„ 29.	„	14526 (9425) Archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prioribus, archidiaconis, decanis, presbyteris et aliis ecclesiarum praelatis praecipit, ut prohibeant, ne „de novalibus, vel de aliis terris, quas fratres Hierosolymitani hospitalis propriis manibus et sumptibus excolunt, seu de nutrimentis animalium decimae aut etiam primitiae exigantur". Priviléges de l'ordre de Malte p. 87, teste Bréquigny Table chron. IV. 21; Migne 201 p. 1081. — „Audivimus et audientes".
Nov. Dec.	„	14527 (9426) Archipresbytero et canonicis ecclesiae Lucensis significat, priorem S. Frigdiani privilegiorum confirmandorum causa ad sese venisse. Affirmat, se eorum iur tuiturum. Baluzii Misc. IV. 596. — „Literas vestras".
Dec. 1.	„	14528 (9432) Ecclesiam SS. Crispini et Crispiniani de Cavea Suessionensem tuendam suscipit, eiusque bona et iura confirmat, petente Theobaldo abbate. Gall. Chr. X. Instr. p. 126, Migne 201 p. 1086. (Dies locusque addantur ex autogr. in tab. nat. Paris. L. 232 n. 10 asservato). — „Effectum iusta postulantibus".
„ 1.	„	14529 Inter canonicos et ostiarios ecclesiae Veronensis latam ab O(mnibono) episcopo super decimis quibusdam sententiam confirmat. Pflugk-Harttung Iter p. 809. — „Ea que a".
„ 1.	„	14530 Ecclesiae S. Laurentii de Nemore tutelam suscipit possessionesque et privilegia, petente Milone priore, confirmat. Ex Coll. Moreau t. 85. f. 25 in bibl. nat. Paris. Misit Delisle. — „Quotiens a nobis".
„ 5.	(„)	14531 *Bullae Philiberto, priori Balmensi, hoc die datae meminit Monnier Recherches sur Beaume-les-Messieurs, ms. franç. nouv. acqu. 1039. s. XIX. f. 228 in bibl. nat. Paris.
„ 11.	„	14532 (9427) (Galfrido) episcopo Eliensi et S. archidiacono Norwicensi mandat, moneant Ileyam et Philippum clericos Londinenses, ut procuratori Ruberti clerici de S. Albano pecuniam, quam pro iis solverit mercatoribus Bononiensibus, restituant. Coll. Cass. XLIV. 5: „V. id. Dec.", (App. conc. Lat. XXIII. 5, Coll. Lips. XXVII. 5, Coll. Bamb. XXV. 5, Comp. I. L. 1. t. 35. c. 6, L. 3. t. 18. c. 4, Decr. Greg. L. II. t. 7. c. 5, L. III. t. 22. c. 2); in bibl. nat. Paris. ms. lat. 16992 fol. 223: „V. kal. Dec.". — „Pervenit ad nos" („Ceterum quia novis").

1181. *(Ind. 15, pont. a. 1.)*

Dec. 12.	Romae ap. S. Petrum	14533 Decano et capitulo Cabilonensi concessa ab Alexandro III. papa privilegia confirmat. Ex Chartular. S. Vincentii Cabilon. ms. lat. 17090 p. 123, in bibl. nat. Paris. Misit Delisle. — „Monet nos".
„ 13.	„	14534 A decano et maiore parte capituli S. Amati Duacensis factam „super quotidiana distributione panis et vini inter canonicos residentes" constitutionem approbat. Pflugk-Harttung Acta I. 297. — „Si quando postulatur".
„ 13.	„	14535 Canonicis S. Amati Duacensibus asserit beneficium quoddam, post mortem possessoris „in communitatem praebendarum capituli redactum". Pflugk-Harttung Acta I. 298. — „Significatum est nobis".
„ 15.	(„)	14536 *Casali S. Iacobi Luceriensi privilegium dat. Pflugk-Harttung Iter p. 293.
„ 15.	„	14537 Ecclesiae S. Andreae Burdegalensis protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat, petente Geraudo decano. Archives hist. de la Gironde XIII. 361. — „Effectum iusta postulantibus".
„ 16.	„	14538 Monasterii Vizeliacensis patrocinium suscipit ac privilegia, petente Gerardo abbate, confirmat, imposito monachis unius librae argenti censu annuo. Bull. de la soc. de l'Yonne XXII. 521. — „Religiosis votis annuere".
„ 18.	„	14539 Monasterii S. Petri de Villa magna possessiones et iura confirmat, petente Iohanne abbate. Pflugk-Harttung Iter p. 294. — „Quotiens a nobis".
„ 19.	„	14540 (Bonifacium) abbatem Nonantulanum monet, ut gregem sibi commissum verbo et exemplo instruat, monachosque hortatur, ut abbati obediant. Pflugk-Harttung Acta III. 291. — „Ideo sumus ad".
„ 24.	Laterani	14541 A. decani et capituli Insulensis statuta super quotidiana panis et vini distributione ac fructibus praebendarum mortuorum canonicorum approbat. Pflugk-Harttung Acta I. 298. — „Ideo nobis est".
„ 29.	„	14542 (9428) Parthenonem S. Hilari tuendum suscipit eiusque bona et iura confirmat, petente Capitenigro abbatissa. Lami Eccl. Fl. M. I. 202, Del. erud. 1737 p. 220, Soldani Hist. mon. de Passin. p. 129, Migne 201 p. 1083. — „Prudentibus virginibus".
„ 29.	„	14543 (9429) Archiepiscopis et episcopis per regnum Teutonicum constitutis praecipit, ut abbates et praepositos Praemonstratenses quotannis accedere ad generale capitulum cogant. Le Paige Bibl. Praem. p. 634, Migne 201 p. 1085. — „Quae a viris ecclesiasticis".
„ 30.	„	14544 (9430) Kanuto, illustri regi Sueciae, Egidium, episcopum Arusiensem a sese factum, commendat. (Verba: „pontificatus nostri a. II." patet aliena manu addita esse). Liljegren Dipl. Suec. I. 117, Migne 201 p. 1085. — „Ecce iuxta precum".
„ 31.	„	14545 Ecclesiae S. Mariae Cameracensis patrocinium suscipit, possessionesque et privilegia confirmat, petente Hugone decano. Duvivier Recherches p. 636. — „Quotiens a nobis petitur".
„ 31.	„	14546 Ecclesiae S. Crucis Cameracensis tutelam suscipit, bonaque et consuetudines confirmat. Pflugk-Harttung Acta I. 299. — „Quotiens a nobis petitur".
		14547 (9431) (Bartholomaeo) archiepiscopo Turonensi, per Mathaeum presbyterum cardinalem (tit. S. Marcelli) quaerenti, suadet, ut archiepiscopatum simoniace impetratum dimittat. App. conc. Lat. XL. 4, Coll. Lips. I. 5, Coll. Cass. XIII. 5, Comp. I. L. 5. t. 2. c. 21, Decr. Greg. L. V. t. 3. c. 23. — „Presbyter cardinalis" „Matthaeus cardinalis" „Matthias cardinalis".
		14548 (Michaeli) decano et capitulo Meldensi significat, nuntiatum sibi esse Her(vei) canonici beneficium integratum non esse sufficiens, ut ecclesiae suae decenter servire posset. Cui ut provideant, mandat. Loewenfeld Epistolae p. 208. — „Quanto specialius".
		14549 (9433) Monasterii S. Germani Parisiensis protectionem suscipit iuraque confirmat, petente Hugone abbate. Bouillart Hist. de St. Germain des Prez Pr. p. 48, Migne 201 p. 1088. Cf. infra bullam 14563. — „In eminenti b. Petri".

1181—1182.

Sept. 27.	Velletri	14550 Praebendam ab Eustachio archidiacono in ecclesia Cenomanensi constitutam confirmat, statuitque ut ista praebenda nulli concedatur „nisi presbytero vel diacono in proximis quatuor temporibus promovendo, eidem ecclesiae in presbyteratus ordine perpetuo servituro". Chartul. Cenoman. p. 84. in Institut des provinces de France 2. sér. II. — „Piae postulatio voluntatis".

1181—1182.

Oct. 3. Velletri — 14551 Compositionem inter (Theobaldum) episcopum et canonicos Placentinos super ecclesia in Gariverto factam ab O. archipresbytero Modoctiensi approbat. Wiener Sitzungsber. XCIV. 678. — „Iustis petentium“.

1182. *(Ind. 15. — 1. Sept. — 1, pont. a. 1. — 6. Sept. — 2, 1181. — 25. Mart. — 1182.)*

Ian. 3. Laterani — 14552 „Canonicis ministerialibus altari S. Mastidiae deputatis“ asserit bona quaedam, a M(anasse) episcopo Trecensi concessa. Pflugk-Harttung Acta I. 300. — „Ex parte venerabilis“.

„ 3. „ — 14553 Monasterii S. Mariae Magdalenae Bellicampi tutelam suscipit ac possessiones confirmat, petente Balduino abbate. (Fragmentum). Académie des sciences de Besançon 1838 p. 118. — „Religiosam vitam eligentibus“.

„ 5. „ — 14554 Arnaldum magistrum ac fratres militiae templi Hierosolymitani tuendos suscipit, eiusque possessiones et privilegia confirmat. Autogr. in tab. nat. Paris. L. 232. n. 12. — „Omne datum optimum“.

„ 5. „ — 14555 E(verardo) Tornacensi et D(esiderio) Morinensi episcopis ac G(erardo) praeposito Brugensi interdicit, ne quid ab ecclesia S. Petri Insulensi „panis et vini nomine“ exigant, nisi officio ecclesiae interfuerint. Pflugk-Harttung Acta I. 301. — „Significatum est“.

„ 8. „ — 14556 Consulibus et universo populo Verulano asserit „usum in silvis caesis, faciendis et laborandis“, quem domini de Babuco et cives Alatrini sibi vendicaverant. Theiner Cod. dipl. dom. temp. s. sed. I. 101. — „Ad audientiam apostolatus“.

„ 8. „ — 14557 (9441) Ecclesiae S. Salvatoris de Rivoalto Venetae tutelam suscipit ac possessiones et privilegia confirmat, petente Martino priore. Cornelii Eccl. Ven. XIV. 104, Migne 201 p. 1091. — „Religiosam vitam eligentibus“.

„ „ — 14558 (9454) Ecclesiae S. Mariani Eugubinae tutelam suscipit ac possessiones privilegiaque confirmat, bulla ad Berardum priorem. (Fragmentum. „Dat. 4. . . Ianuar.“). Ughelli It. sacr. I. 639, Migne 201 p. 1115, cf. Pflugk-Harttung Iter p. 294. — „Quotiens a nobis“.

„ 10. „ — 14559 Abbate et fratribus S. Victoris Parisiensis petentibus, statuit, „ut si quis terras eorum censuales seu campipartiales quolibet alienationis titulo ad ecclesias alias transtulerit, nulli eas liceat contra communem consuetudinem ecclesiarum Parisiensis episcopatus ultra annum et diem retinere“. Autogr. in tab. nat. Paris. L. 232. n. 2. — „Attendentes devotionem“.

„ 11. „ — 14560 *Transactionem factam inter Guichardum, quondam archiepiscopum Lugdunensem, ap. sed. legatum, et Guigonem comitem Forensem confirmat. Huillard-Bréholles Titr. de la mais. duc. de Bourbon I. 6.

„ 11. „ — 14561 (Theodorico) archiepiscopo Vesontionensi, (Stephano) Augustodunensi, (Engilberto) Cabilonensi, (Manassi) Lingonensi, (Stephano) Matisconensi episcopis mandat, „ut parochianos suos compellant ad iustitiam ecclesiae Cabilonensi exhibendam“. Ex chartular. S. Vincentii Cabilon. ms. lat. 17090 p. 125 in bibl. nat. Paris. Misit Delisle. — „Pastoralis officii“.

„ 12. „ — 14562 Monasterii S. Lupi Trecensis possessiones et privilegia confirmat, petente G(uitero) abbate. Lalore Coll. des Cartul. I. 100. — „Iustis petentium desideriis“.

„ 13. „ — 14563 Monasterii S. Germani de Pratis Parisiensis protectionem suscipit. (Bulla fortasse eadem est ac 14549). Ex chartular. S. Germani de Pratis f. 98 in tabular. nat. Paris. Misit Delisle. — „In eminenti“.

„ 13. „ — 14564 Decano S. Amati Duacensi permittit, ut „si subditi eius, pro poenitentia ad Romanam ecclesiam mittendi, in mortis articulo constituti fuerint, beneficium absolutionis eis impendat“. Pflugk-Harttung Acta I. 301. — „Apostolicae sedis benignitate“.

„ 13. „ — 14565 (9442) G. abbati Vizeliacensi et eius successoribus usum mitrae concedit. Launoii Opp. II. I. 288, Migne 201 p. 1093. — „Fratres nostri, episcopi“.

„ 15. „ — 14566 (9443) Pacem inter monachos et burgenses Trenorcienses super quibusdam consuetudinibus coagmentatam confirmat. Iuenin Nouv. hist. de Tournus Pr. p. 179, Migne 201 p. 1094. — „Religiosis viris annuere“.

„ 15. „ — 14567 (9444) Monasterii Bonifagetensis protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia, petente Wiardo abbate, confirmat. Hugo O. P. A. I. Pr. p. 311, Migne 201 p. 1094. — „Religiosam vitam eligentibus“.

1182. *(Ind. 15. — 1. Sept. — 1, pont. a. 1. — 6. Sept. — 2, 1181. — 25. Mart. — 1182.)*

Ian. 15.	Laterani	14568 Arnaldum magistrum et fratres templi Hierosolymitani tuendos suscipit eiusque possessiones ac privilegia confirmat. Prutz Malteser Urk. p. 42, ubi errore typographi pro „Ian. 5." positum esse videtur „Ian. 15."; cf. supra 14554. — „Omne datum optimum".
„ 16.	„	14569 Qui in ecclesia S. Salvatoris de Rivoalto (Veneta) festo S. Thomae martyris convenerint, eis octo dies de iniuncta poenitentia relaxat. Pflugk-Harttung Acta III. 409. — „Cum universas ecclesias".
„ 16.	„	14570 (9445) (Leonardo) episcopo Torcellano et (Ildebrando) priori S. Mariae de Caritate mandat, ut I(ohannem) Praemarinum, plebanum S. Bartolomaei, a negligenda sententia, pro ecclesia Veneta S. Salvatoris lata, deterreant. Cornelii Eccl. Ven. XIV. 106, Migne 201 p. 1097. — „Cum inter ecclesiam".
„ 21.	„	14571 Gerardo, episcopo Patavino, mandat, cogat Aug. et B. (al. Hug. et R.) cives, ut terram quandam C. parochiano eius restituant. Dondi Dissertazioni VI. docum. p. 117, Gloria Cod. dipl. Pad. II. 453. — „Cum transmissa conquestione".
„ 21.	„	14572 (9446) Parthenoni S. Iuliani Autissiodorensi asserit homines quatuor et nemus S. Iuliani, a R. comite Ioigniaci primo in controversiam vocata, post sororibus concessa. Gall. Chr. XII. 137, Migne 201 p. 1098. — „Ex tenore scripti".
„ 22.	„	14573 (9447) Monasterii S. Petri Stivagiensis possessiones quasdam, ab ecclesia Hohenburgensi datas, rogatu Garneri abbatis, confirmat. Hugo O. P. A. II. Pr. p. 251 et 554, Würdtwein Nova sub. dipl. X. 118, Migne 201 p. 1098: „XI. kal. Febr.", ex autographo. (Neues Archiv VII. 108: „X. kal. Febr."). — „Iustitiae ratio exigit".
„ 22.	„	14574 (9448) Ecclesiae S. Petri Iovillarensis protectionem suscipit, possessionesque et privilegia confirmat, petente Raimundo abbate. Hugo O. P. A. I. Pr. p. 716, (Migne 201 p. 1100, ubi mirabili negligentia inscriptio ex alia Lucii bulla 14580 huc translata est). — „Religiosam vitam eligentibus".
„ 23.	„	14575 (9449) Monasterio S. Augustini Morinensi ecclesiam Qualquellensem „cum decimatione segetum, allecium et aliarum rerum ad eam spectante" asserit. (Bulla Lucio II. perperam ascripta). Miraei Opp. IV. 377, Migne 201 p. 1103. — „Iustis petentium desideriis".
„ 25.	„	14576 (9450) Monasterii S. Mariae Soroensis protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat, petente Simone abbate. Thorkelin Diplom. Arna-Magn. I. 266, Migne 201 p. 1104. — „Religiosam vitam eligentibus".
„ 26.	(„)	14577 *Sorores S. Mariae Santonenses vel earum capellanos, servitio ecclesiae destinatos, a quoquam nisi a legato sedis apostolicae excommunicari vel interdici vetat. Mém. de la soc. des antiqu. de l'ouest IV. (1839) p. 163.
„ 28.	„	14578 A fratribus Compendiensibus decimas de nutrimentis animalium exigi vetat. In cartul. Compend. s. XIII. LL. 1622 f. 63 in tabul. nat. Paris. (In cartul. Compend. s. XVII. ms. lat. 9171 f. 33 in bibl. nat. Paris.). — „Si quando postulatur".
„ 29.	„	14579 (9451) S(imoni), episcopo Meldensi, concedit, „ut nullus, qui in ecclesia eius personatum receperit, in chorum recipiatur, nisi de obsequio ecclesiae in persona propria exhibendo promissionem fecerit congruentem". Martene et Dur. Vet. Script. I. 951, Du Plessis Hist. de Meaux II. 68, Theodori Poenitentiale II. 424, ubi bulla Lucio II. perperam tribuitur, Migne 201 p. 1106. — „Quae pro ecclesiarum".
„ 29.	„	14580 (9452) Monasterii S. Mariae Regiae-vallis tutelam suscipit, et possessiones iuraque confirmat, petente Galtero abbate. Hugo O. P. A. II. Pr. p. 412, Migne 201 p. 1107. — „Religiosam vitam eligentibus".
„ 30.	„	14581 (9453) Monasterii S. Mariae de nemore protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat, petente Guarnero abbate. Hugo O. P. A. II. Pr. p. 136, Migne 201 p. 1110. — „Religiosam vitam eligentibus".
Febr. 2.	„	14582 (9455) I. priori et fratribus ecclesiae S. Frigdiani Lucensis concedit, „ut quod a D., priore ecclesiae S. Martini Senensis, iis inconsultis illicite factum sit in manifestum detrimentum ecclesiae, non teneantur aliquatenus observare". Baluzii Misc. IV. 597, Migne 201 p. 1116. — „Relatum est nobis".
„ 5.	„	14583 Sororibus S. Spiritus Paraclitensibus permittit „beneficia recipere et ad utilitatem coenobii retinere". Lalore Coll. des cartul. II. 30. — „Iustis nos convenit".
„ 5.	„	14584 Sororibus S. Spiritus Paraclitensibus asserit decimas minutas de quibusdam locis percipiendas. Lalore Coll. des cartul. II. 30. — „Iustis petentium desideriis".

		1182. *(Ind. 15. — 1. Sept. — 1, pont. a. 1. — 6. Sept. — 2, 1181. — 25. Mart. — 1182.)*
Febr. 12.	Laterani	14585 Ecclesiae S. Michaelis ad Montem possessiones confirmat, petente Lamberto priore. Pflugk-Harttung Iter p. 294. — „Pie postulatio".
„ 13.	„	14586 Theobaldo decano et canonicis S. Amandi Duacensibus bullam dat. Neues Archiv VII. 108. — „Quotiens a nobis".
„ 15.	„	14587 Altimontensi et Alvensi abbatibus negotium dat, ut fratrum S. Gisleni et presbyteri de Pinon super decima quadam controversiam determinent. In bibl. nat. Paris. ms. lat. 12674 (Monast. Benedict. XVII.) f. 203 b. — „Querelam dilectorum".
„ 16.	„	14588 Monasterii S. Mariae Thenoliensis tutelam suscipit, possessionesque et iura confirmat, petente Gregorio abbate. In bibl. nat. Paris. Coll. Grenier t. 258. f. 67 et t. 267. f. 217. — „Religiosam vitam eligentibus".
„ 16.	„	14589 Monasterium S. Victoris Parisiense protegendum suscipit, eiusque possessiones et privilegia confirmat, petente Guarino abbate. Autogr. in tabul. nat. Paris. L. 232. n. 4. (Cop. authent. a. 1544 ibid. L. 223). — „Religiosam vitam eligentibus".
„ 16.	„	14590 Monasterio S. Theoderici Remensis bullam dat. Neues Archiv VII. 108. — „Iustis petentium".
„ 17.	„	14591 Parthenonis S. Spiritus Paraclitensis bona et privilegia confirmat, petente Melisende abbatissa. Lalore Coll. des cart. II. 27. — „Susceptae ammonet officium".
„ 18.	„	14592 (9456) Ecclesiae S. Waldetrudis Montensis protectionem suscipit, bonaque ac privilegia confirmat, petente Elisabeth priorissa. Miraei Opp. dipl. III. 350, Migne 201 p. 1116. — „Prudentibus virginibus".
„ 18.	„	14593 Monasterii Eihamensis tutelam suscipit possessionesque ac iura confirmat, petente Lamberto abbate. Piot Cart. d'Eename p. 55. — „Quotiens a nobis".
„ 19.	„	14594 Praeposito, archidiacono et aliis canonicis Tarraconensibus concedit, ut, ecclesia eorum pastore vacante, causas suffraganeorum audiant, ordine iudiciario terminent, vel aliis idoneis personis comittant. Villanueva Viage literar. XIX. 299. — „Apostolicae sedis auctoritas".
„ 25.	„	14595 (9457) Parthenonis S. Mariae et S. Petri de Caroli-castro protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat. (Signa chronologica sunt corrupta). Dunod Hist. des Sequanois I. Pr. p. 100, Migne 201 p. 1118. Cf. Chifflet Lettre touchant Beatrix de Chalon p. 129. — „Officium (leg. Effectum) iusta postulantibus".
„ 27.	„	14596 Ecclesiae Larinensis protectionem suscipit, bonaque et privilegia confirmat, petente Petro episcopo. Tria Mem. stor. di Larino p. 190, Cappelletti Chiese d'It. XIX. 229. — „Ut (an Et?) ordo rationis".
„	„	14597 Sororibus Crisenonensibus annualia canonicorum Castri Censor(ii) asserit. („IX. id. Febr."). In bibl. nat. Paris. Chartul. Crisenon. s. XIII. ex., ms. lat. 9885. f. 3 b. — „Iustis petentium desideriis".
Mart. 2.	„	14598 (9458) Capitulo S. Petri Osnabrugensi permittit, ut „decimas ad ecclesiam ipsam spectantes quibuscumque modis poterint, de manu redimant laicorum et eas suis usibus applicent". Möser Osn. Gesch. IV. 102, Migne 201 p. 1120. — „Quae a nobis rationabiliter".
„ 2.	„	14599 Iocelino, episcopo Glasguensi, „ob fidem, quam ipse et ordo Cisteriensis, de quo assumptus sit, circa Romanam ecclesiam gesserint", indulget, „ne cui liceat, nisi Romano pontifici vel legato ab eius latere destinato, in eum vel ecclesiam eius interdicti, suspensionis vel excommunicationis sententiam promulgare". Registrum ep. Glasg. I. 52. — „Affectum devocionis et".
„ 3.	„	14600 (9459) (Arnoldo), episcopo Osnabrugensi, interdicit, „ne decimas, quae de manu laica sint ereptae vel liberari potuerint in futurum, cuiquam laicorum assignet". Möser Osn. Gesch. IV. 103, Migne 201 p. 1121. — „Fraternitatis tuae discretio".
„ 3.	„	14601 (9460) Praeposito et conventui Osnabrugensi concedit, „ut illorum devotioni et extremae voluntati, qui se in eorum ecclesia sepeliri deliberaverint, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, nullus obsistat". Möser Osn. Gesch. IV. 103, Migne 201 p. 1121. — „Si quando postulatur".
„ 4.	„	14602 Quod sororibus Crisenonensibus Gaufridus de Arseio concesserit, „ut singulis diebus de bosco mortuo de Arseio liceat eis portare, quantum in quadriga una poterint duo equi deferre", confirmat. Alia quaedam addit. In bibl. nat. Paris. Chartul. Crisenon. s. XIII. ex., ms. lat. 9885 f. 3. — „Significatum est nobis".

1182. *(Ind. 15. — 1. Sept. — 1, pont. a. 1. — 6. Sept. — 2, 1181. — 25. Mart. — 1182.)*

Mart. 7.	Laterani	14603 Abbati Fiscannensi bullam tribuit. Neues Archiv VII. 108. — „Cum monasterium".
„ 8.	„	14604 (9461) Monasterii S. Cassiani Carisiensis protectionem suscipit, bonaque et privilegia confirmat, petente Angelo abbate. Mittarelli Ann. Cam. IV. app. p. 107, Migne 201 p. 1121. — „Quotiens a nobis petitur".
„ 9.	„	14605 Iocelino episcopo Glasguensi indulget, ne religiosis viris in eius dioecesi morantibus liceat, ecclesiam parochialem, cum vacaverit, in manu sua tenere, vel perpetuos vicarios instituere vel aliquibus assignare sine episcopali auctoritate. Nisi infra tres menses idonea persona praesentata sit, ipse aliquam eligat. Ecclesiis novos census imponi aut veteres augmentari vetat. Registrum ep. Glasg. I. 53. — „In eminenti ecclesie".
„ 9.	„	14606 (9462) Ecclesiae Mutinensis protectionem suscipit et possessiones iuraque confirmat, petente Bonifatio praeposito. Tiraboschi Mem. Mod. III. 82, Migne 201 p. 1124. — „Effectum iusta postulantibus".
„ 10.	„	14607 (9463) Praeposito et canonicis ecclesiae Placentinae concedit, „ne cui liceat infra parochias ecclesiarum eorum sine dioecesani episcopi et eorum assensu ecclesiam vel oratorium construere, salvis nimirum autenticis scriptis Romanae ecclesiae". Campi Hist. di Piac. II. 366, Migne 201 p. 1126. — „Dignum est et".
„ 10.	„	14608 (9464) Canonicorum Placentinorum institutum sancit: „ut tantum decem et octo canonici et quinque custodes sint in ecclesia eorum". Campi Hist. di Piac. II. 367, Migne 201 p. 1126. — „Relatum est nobis".
„ 10.	„	14609 Iocelino episcopo Glasguensi concedit, ut, nisi infra tres menses ecclesiarum vacantium patroni idoneas personas praesentaverint, ipse eas ordinet. Statuit praeterea, ut qui in ecclesia canonice sit institutus, si patronus ius suum amittat, a novo patrono non possit amoveri. Registrum ep. Glasg. I. 54. — „Cum de pastorum".
„ 10.	„	14610 Episcopis, abbatibus, archidiaconis, decanis et presbyteris per regnum Scotiae constitutis mandat, ne a fratribus Mailrosensibus de laboribus, id est de novalibus vel de aliis terris, quas propriis manibus vel sumptibus excolunt, vel de nutrimentis animalium decimas extorqueri sinant. Alia privilegia memoratis fratribus concedit. Registrum S. Mariae de Neubotle p. 223. — „Audivimus et audientes".
„ 11.	„	Willelmum, Scotiae regem, excommunicatione, totumque regnum eius interdicto liberat „quinto idus Martii". Gesta Heinr. II., olim Benedicto Petroburg. tributa, 1182 ed. Stubbs. I. 286.
„ 11.	„	14611 Iocelino episcopo Glasguensi concedit, ut lites de patronatu ante eum et iudicio eius terminentur. Registrum ep. Glasg. I. 52, Haddan and Stubbs Councils II. I. 47. — „Si quando postulatur".
„	„	14612 Radulfo de Diceto decaniam et capellam infra circuitum ecclesiae S. Pauli fundatas confirmat. Radulfi de Diceto Opp. hist. ed. Stubbs I. p. LXIV.
„ 13.	Velletri	Iohannem Cumin, electum Dublinensem, „III. id. Martii ordinat in sacerdotem". Gesta Heinr. II., olim Benedicto Petroburg. tributa, 1182 ed. Stubbs I. 287.
„ 17.	„	14613 (9465) Episcopis, abbatibus, clero et populo per Scotiam constituto significat, se, petentibus Ioscelino episcopo Glascuensi et Arnoldo Mailrosensi et Osberto Kalcoensi abbatibus et Waltero priore S. Columbae de Insula, Willelmum Scotorum regem excommunicatione, regnumque eius interdicto solvisse. Rogeri de Hoveden Annal. 1182 ap. Savile R. A. SS. p. 351^{b}, ed. Stubbs. II. 268, Manrique Ann. Cist. III. 119, Mansi XXII. 474, Haddan and Stubbs Councils II. I. 258, Migne 201 p. 1127. — „Cum regibus".
(„)	(„)	Willelmo Scotorum regi per Ioscelinum episcopum Glascuensem et Arnaldum Mailrosensem et Osbertum Calcoensem abbates mittit „auream rosam". Chronica de Mailros 1182 ap. Fell Rer. Angl. SS. p. 175, ed. Stevenson p. 92.
„ 17.	„	14614 Ecclesiae Glasguensis tutelam suscipit, bonaque et iura confirmat, petente Iocelino episcopo. Registrum ep. Glasg. I. 49. — „In eminenti apostolice".
(„)	(„)	14615 Osberto abbati et fratribus S. Mariae Calcoensibus indulget, ne quis archiepiscopus, episcopus vel alius ecclesiarum praelatus in eos excommunicationis, suspensionis seu interdicti sententiam promulgare debeat. Liber S. Mariae de Calchou II. 359. — „Licet universa loca".

1182. *(Ind. 15. — 1. Sept. — 1, pont. a. 1. — 6. Sept. — 2, 1181. — 25. Mart. — 1182.)*

Mart. 17. (Velletri) 14616 W(illelmo) archiepiscopo Remensi, S. Sabinae cardinali, eiusque suffraganeis et abbatibus, archidiaconibus, praepositis in eorum episcopatibus constitutis litteras dat. Neues Archiv VII. 108: „Dat. Laterani XVI. kal. Apr.“, quae verba mendum aperte continent; aut „Velletri“ legendum est aut signa temporis corrigenda sunt.

„ 19. „ 14617 (9466) Monasterii Bellelagiensis protectionem suscipit, possessionesque ac iura confirmat. (Pro „Vellan.“ leg. „Velletri“). Hugo O. P. A. I. Pr. p. 217 et Migne 201 p. 1127: „XIIII. kal. Apr.“; Trouillat Mon. de Bâle I. 385: „VIIII. kal. Apr.“. — „Religiosam vitam eligentibus“.

„ 21. „ Iohannem (Cumin), archiepiscopum Dublinensem, consecrat „XII. kal. April., dominica in Ramis Palmarum“. Gesta Heinr. II., olim Benedicto Petroburg. tributa, 1182 ed. Stubbs I. 287.

„ 25. „ 14618 (9467) Xenodochium parthenonis S. Mariae Pontetectensis tuendum suscipit, eiusque possessiones confirmat, petente Caecilia abbatissa. Memorie e docum. V. III. 691. — „Sicut rationi contraria“.

„ 27. „ 14619 Monasterii S. Thomae martyris de Aberbrothoc tutelam suscipit, possessionesque et privilegia confirmat, petente Henrico abbate. Liber S. Thome de Aberbr. p. 151. — „Quociens a nobis petitur“.

Apr. 8. „ 14620 (9468) Monasterii S. Quintini Montensis protectionem suscipit, ac bona iuraque confirmat. Guiberti Opp. p. 620, Migne 201 p. 1130. — „Effectum iusta postulantibus“.

„ 11. „ 14621 (9469) Theobaldo, abbati Cluniacensi, concedit, „ut in parochiis ad ius eius pertinentibus nullus futuris temporibus ordo seu religio nisi Cluniacensis ponatur, atque ut infra terminos parochiarum eius nullus cimiterium construere praesumat“. Bullar. Cluniac. p. 76, Migne 201 p. 1132. — „Iniuncti nobis a“.

„ 11. „ 14622 (9470) Monasterii S. Petri Rumiliacensis protectionem suscipit, bonaque ac iura confirmat. Bullar. Cluniac. p. 77, Migne 201 p. 1133. — „Quotiens a nobis petitur“.

„ 14. „ 14623 (9471) Monasterii Reichenbacensis protectionem suscipit, possessiones confirmat, privilegia amplificat, petente Reimbotone abbate. Mon. Boic. XXVII. 28, (Ried I. 254, Migne 201 p. 1134). — „Qotiens a nobis petitur“.

„ 18. „ 14624 (9472) Ecclesiae Gradensis privilegia, petente Henrico patriarcha, confirmat. (Fragmentum). Ughelli It. sacr. V. 1131, Migne 201 p. 1135: „XIV. kal. Maii“, (alii „XVIII. kal. Maii“, vid. Ughelli l. l. in margine et Kaltenbrunner in Wiener Sitzungsber. XCIV. 644 n. 4 et Pflugk-Harttung Iter p. 294). — „Apostolicae officium“.

„ 30. „ 14625 Monasterii S. Trinitatis Dunfermelinensis tutelam suscipit, ac disciplinam, possessiones, privilegia confirmat, petente Erchenbaldo abbate. Registrum de Dunferm. p. 153. — „Effectum iusta postulantibus“.

„ 30. „ 14626 Monasterium S. Stephani Divionense tuendum suscipit, eiusque possessiones et privilegia confirmat, petente Milone abbate. Pflugk-Harttung Acta I. 301. — „Quotiens a nobis“.

„ 30. „ 14627 Monasterii S. Mariae in Argonia protectionem suscipit bonaque et iura confirmat, petente Hugone abbate. Cart. de Moutier-en-Argonne ms. lat. 9905. s. XVI. f. 7 in bibl. nat. Paris. — „Religiosam vitam eligentibus“.

„ 30. „ 14628 Rogerio, abbati Trium fontium, bullam dat. Neues Archiv VII. 108. — „Religiosam vitam“.

Mai. 1. „ 14629 (9473) Monasterii S. Mariae Cellae superioris Wirzeburgensis possessiones et privilegia confirmat, petente Rabenaldo abbate. Hugo O. P. A. I. Pr. p. 387, Migne 201 p. 1136. — („Religiosam vitam eligentibus“).

„ 3. „ 14630 (9474) Ecclesiam S. Mariae de Reno tuendam suscipit et eius bona ac iura confirmat, petente Gerardo priore. Trombelli Mem. di Reno p. 376, Migne 201 p. 1138: „V. non Maii“; Bull. Lat. p. 51, Pflugk-Harttung Iter p. 297: „V. non. Mart.“. — — „Cum nobis sit“.

„ 3. „ 14631 (9475) Monasterii Heilsbronnensis protectionem suscipit, bonaque ac privilegia confirmat, petente Arnoldo abbate. Hocker Supplem. zum Heilsbr. Antiqu. p. 80. — „Desiderium, quod ad“.

„ 3. „ 14632 (9476) Monasterii Ebracensis protectionem suscipit, et possessiones iuraque confirmat, petente Burchardo abbate. Pflugk-Harttung Acta I. 303, (Lang Regesta I. 317, cf. Brevem not. mon. Ebrac. p. 69). — „Piae postulatio voluntatis“.

1182. *(Ind. 15. — 1. Sept. — 1, pont. a. 1. — 6. Sept. — 2, 1181. — 25. Mart. — 1182.)*

Mai.	7.	Velletri	14633 (9477) Monasterii S. Laurentii Scheningensis protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat. Falke Cod. Trad. Corb. p. 771. — „Quotiens a nobis petitur".
„	9.	„	14634 Parthenonis S. Theodorae Bambergensis tutelam suscipit, possessionesquo et privilegia confirmat, petente Irmingarde abbatissa. Pflugk-Harttung Acta I. 304. — „Prudentibus virginibus".
„	9.	„	14635 (9478) Ecclesiae Salzburgensis tutelam suscipit ac possessiones confirmat. Conrado archiepiscopo eiusque successoribus facultatem eligendi et consecrandi episcopi Gurcensis dat, usumque crucis ac pallii et vices suas in tota provincia Norica concedit. Pflugk-Harttung Acta II. 382, (Kleimayrn Nachr. v. Iuv. p. 190 not. g., Meiller Reg. arch. Sal. p. 140). — „Pastoralis officii".
„	9.	„	14636 (9479) Ecclesiae S. Florentii Haselacensis leges de distributione praebendarum, a B(urchardo) quondam episcopo Argentoratensi conditas, confirmat. Würdtwein Nova subs. dipl. X. 121, Migne 201 p. 1140. — „Ea, quae sunt".
„	9.	„	14637 (9480) Monasterii Michaelburani protectionem suscipit, petente W(altero) abbate. Filz Gesch. v. Michaelbeuern II. 751. — „Cura nos ammonet".
„	10.	„	14638 (9481) Ecclesiam Passaviensem rogatu capituli tuendam suscipit, eiusque bona ac privilegia confirmat, in his, ne episcopo liceat bona ecclesiastica invito capitulo alienare. Hund Metr. Sal. I. 375, Urkundenb. des Landes ob der Enns II. 374. — „Effectum iusta postulantibus".
„	10.	„	14639 (9516) Monasterio S. Remigii Remensi privilegia varia concedit. Cartul. S. Oriculi Sindunensis, ms. lat. 5431 fol. 1 in bibl. nat. Paris. (Varin Archives admin. de Reims I. I. 395, Migne 201 p. 1168). — „Piae postulatio voluntatis" („Auctoritate apostolica").
„	12.	„	14640 Monasterii Calesiensis patrocinium suscipit, possessionesque confirmat, petente Guigone abbate. Pilot Cartul. de Chalais p. 52. — „Effectum iusta postulantibus".
„	12.	„	14641 *Ecclesiae Haugensis possessiones et decimas confirmat. Arch. d. hist. Ver. f. Unterfranken XXI. III. 7, Stein Monum. Suinfurt. p. 37.
„	12.	„	14642 Ecclesiae S. Iohannis Wirziburgensis protectionem suscipit et possessiones confirmat, petente Guerhero praeposito. In tabularii Wirziburg. cod. saec. XIV. fol. 1. Ex schedis Jafféi. — „Effectum iusta petentibus".
„	13.	„	14643 Ecclesiam S. Martini de Guintica Pisanam tuendam suscipit, eiusque bona et privilegia confirmat, petente Hugone priore. Pflugk-Harttung Acta III. 291. — „Iustis religiosorum desideriis".
„	14.	„	14644 Monasterium Hagenense, in locum qui „Rubra ecclesia" dicitur, translatum, tuendum suscipit eiusque disciplinam, bona ac iura confirmat, petente Stephano abbate. Pflugk-Harttung Acta II. 384. — „Si quando postulatur".
„	15.	„	14645 (9483) Monasterio S. Mauritii Repsholtensi asserit reditum, a Liemaro, quondam archiepiscopo Hamburgensi, concessum. Lappenberg Hamb. Urk. I. 230, Migne 201 p. 1143; Friedländer Ostfries. Urkundenb. I. 9, ubi „XVIII. kal. Iul." mutandum in „XVIII. kal. Iun." et nota delenda est. — „Cura suscepti regiminis".
„	15.	„	14646 Petente Simone, monasterii S. Remigii Remensis abbate, ecclesiae Marsnensis libertatem et possessiones confirmat. Publications de la soc. de Limbourg VI. 200. (In bibl. nat. Paris. ms. lat. 12693. f. 150 exstat copia bullae, ubi prima verba haec sunt: „Cum de facie (leg. sacrae) religionis observantia". Cf. etiam Neues Archiv VII. 111). — „Monet nos apostolice" „Cum de sacrae".
„	15.	„	14647 Monasterio Cisterciensi bullam dat. Neues Archiv VII. 109. — „Religiosam vitam".
„	16.	(„)	14648 Monasterio S. Pauli Romano donat ecclesiam S. Salvatoris Ravennae et capellam S. Apollinaris in dominicalia. Ex cod. Vatican. 7927. Dedit b. m. Bethmann.
„	20.	„	14649 Canonicis S. Mariae Magdalenae Vesontionensibus permittit, ut infra parochiam in proprio fundo ecclesiae domum hospitalem construant, in qua Romam aut Hierosolymam peregrinantes recipiantur. Loewenfeld Epistolae p. 209. — „Cum ecclesia vestra".
„	21.		14650 (9435) R(ichardo) archiepiscopo et H(ereberto) archidiacono Cantuariensi eorumque officialibus interdicit, „ne de possessione monasterii S. Augustini, hominibus,

1182. *(Ind. 15. 1. Sept. 1, pont. a. 1. 6. Sept. — 2, 1181. — 25. Mart. 1182.)*

clericis vel ecclesiis, lite pendente super privilegiis, (quae archiepiscopus falsitatis redarguerat), ullatenus se intromittant". Hist. mon. S. Aug. Cant. p. 456, (Chron. W. Thorn ap. Twysden H. A. SS. II. 1834). — „Cum tu frater".

Mai. 21. Velletri 14651 (9436) Clericos et laicos ad iurisdictionem monasterii b. Augustini Cantuariensis spectantes de ea, quae praecedit, epistola certiores reddit. Interdicit, ne archiepiscopo vel officialibus eius in aliquo respondeant, „donec super privilegiis falsi quaestio terminetur". Hist. mon. S. Aug. Cant. p. 456, (Chron. W. Thorn ap. Twysden H. A. SS. II. 1835). — „Cum monasterium beati".

„ 21. „ 14652 Rogero, abbati S. Augustini Cantuariensi, indulget, ut „in ipso monasterio ab archiepiscopo Cantuariensi sine exactione professionis debeat omni tempore benedici". Monasterii libertatem confirmat. Hist. mon. S. Aug. Cant. p. 452. — „Fatigati saepius".

(„) („) 14653 (9434) Fratribus S. Augustini Cantuariensibus petentibus, sententiam ab Alexandro III., super benedictione abbatis latam et monasterii libertatem confirmat. Hist. mon. S. Aug. Cant. p. 454. (Chron. W. Thorn ap. Twysden H. A. SS. II. 1834). — „Quanto specialius".

„ 21. „ 14654 Petro, archiepiscopo Toletano, mandat, cogat laicos quosdam, ut decimas et aureos, quos ecclesiae S. Antonii Toletanae debeant, exsolvant. Neues Archiv VI. 294. — „Ex transmissa conquestione".

„ 21. „ 14655 (9483) *Gerardo, archiepiscopo Ravennati, mandat, „ut sacramentum apud se dicere plebis S. Mariae in portu, plebis S. Martini in maiera incolas, atque alios in ditione Ferrariensi iubeat, quos, iurata archiepiscopi obedientia, Ferrariensium consulum iussu Pericinus, eorum internuncius, exemerat". Rubei Hist. Rav. p. 353.

Iun. 1. „ 14656 *Ecclesiae Pennensis privilegia, petente Oderisio episcopo, confirmat. D'Avino Cenni storici p. 533.

„ 2. „ 14657 R(ogero), abbati S. Augustini Cantuariensi, indulget, ut „si quis beneficium ecclesiasticum a monasterio adeptus solitum fidelitatis iuramentum requisitus praestare contempserit, eum a beneficii perceptione suspendat". Hist. mon. S. Aug. Cant. p. 458, (Chron. W. Thorn ap. Twysden H. A. SS. II. 1835). — „Cum de antiqua".

„ 2. „ 14658 (Richardo), archiepiscopo Cantuariensi, et universis episcopis per Angliam constitutis mandat, ut rectores ecclesiarum, qui censum annuum monasterio S. Augustini solvere recusaverint, a beneficio suspendant. Hist. mon. S. Aug. Cant. p. 459. — „Dilectus filius noster".

„ 4. „ 14659 (9437) (Richardo) archiepiscopo Cantuariensi interdicit, ne ab abbate S. Augustini professionem obedientiae exigat. Hist. mon. S. Aug. Cant. p. 454, (Chron. W. Thorn ap. Twysden H. A. SS. II. 1835). — „Cum a praedecessore".

„ 4. „ 14660 (9438) (Rogero) abbati S. Augustini Cantuariensi interdicit, ne archiepiscopo professionem faciat aut promittat. Hist. mon. S. Aug. Cant. p. 455, (Chron. W. Thorn ap. Twysden H. A. SS. II. 1835). — „Cum a praedecessore".

„ 4. „ 14661 (9439) Henrico, Anglorum regi, monasterium S. Augustini Cantuariense, „de regalibus eleemosynis constructum et dotatum", commendat. Hist. mon. S. Aug. Cant. p. 462, (Chron. W. Thorn ap. Twysden H. A. SS. II. 1835). — „Etsi omnes ecclesias".

„ 4. „ 14662 (9440) (Rogero) abbati et fratribus S. Augustini Cantuariensibus indulget, ne quis monasterium eorum iniussu sedis apostolicae interdicto afficere praesumat. Alia privilegia addit. Hist. mon. S. Aug. Cant. p. 457, (Chron. W. Thorn. ap. Twysden H. A. SS. II. 1835). — „Quanto monasterium vestrum".

„ 5. „ 14663 (9484) Ecclesiae Magdeburgensi castrum Frekleben et abbatiam Nienburgensem asserit. Ludewig Rel. XII. 368, Heinemann Albrecht der Bär p. 487 et Cod. dipl. Anhalt. I. 454, (Gercken Cod. dipl. Br. VII. 18). — „In eminenti apostolicae".

„ 9. „ 14664 Ecclesiae Haugensis decimas quasdam confirmat. Stein Monum. Suinfurt. p. 37.

„ 16. („) 14665 (9485) Monasterium Dudleyense tuendum suscipit et eius possessiones ac privilegia confirmat, petente Everardo priore. (Notae temporis corruptae). Monast. Angl. I. 614, nov. ed. V. 83, Migne 201 p. 1144. — „Qui postpositis secularibus".

„ 18. „ 14666 (9486) Ecclesiae S. Mariae Alteriacensis protectionem suscipit, bonaque et privilegia, petente Milone abbate, confirmat. Hugo Sacrae antiqu. monum. I. 210, Doc. de l'hist. des Vosges IV. 94, Migne 201 p. 1146. — „Religiosam vitam eligentibus".

1182. *(Ind. 15.— 1. Sept. —1, pont. a. 1.— 6. Sept. —2, 1181.—25. Mart.— 1182.)*

Iun. 18. Velletri — 14667 Monasterii S. Michaelis de Cillicet tutelam suscipit, possessionesque et iura, petente Lanzone abbate, confirmat. Ex Coll. Moreau t. 85. f. 176 in bibl. nat. Paris. Misit Delisle. — „Quotiens a nobis“.

„ 26. „ — 14668 (9487) Ecclesiae S. Mariae Magdalenae Vesontionensis tutelam suscipit, possessionesque confirmat. Cartul. de l'égl. de la Mad. de Besançon, Coll. Moreau t. 876. fol. 15ᵇ in bibl. nat. Paris., (Mém. et doc. inéd. de la Franche-Comté II. 318, Migne 201 p. 1150). — „Commisse nobis apostolice“.

„ 26. „ — 14669 (9488) Ecclesiae S. Mariae Lausannensis protectionem suscipit, canonicorumque possessiones confirmat, petente Arducio praeposito. Mém. et doc. de la société de la Suisse Rom. VII. 27, Migne 201 p. 1150. — „Effectum iusta postulantibus“.

„ — 14670 Ecclesiae S. Marii Lausannensis protectionem suscipit possessionesque et privilegia confirmat, petente Petro priore. Coll. Moreau t. 904. f. 75ᵇ in bibl. nat. Paris., (Schweizerisch. Urkundenregister II. 322. — „Piis desideriis religiosorum“.

„ 27. „ — 14671 Fratribus militiae templi Hierosolymitani privilegium dat de decumis non solvendis ac de puniendis eis, qui manus violentas in aliquem fratrum immiserint. Prutz Malteser Urk. p. 42.

„ 30. „ — 14672 (9489) Ecclesiam S. Mariae Silvanectensem tuendam suscipit eiusque bona et iura, petente Stephano decano, confirmat. Gall. Chr. X. Instr. p. 220, Migne 201 p. 1151. — „Devotis ecclesiae“.

„ 30. „ — 14673 (9490) Petro, abbati Casinensi, asserit ecclesiam S. Nicolai de Gurgo, collatam a Barasone, rege et iudice Arborensi, „consentiente uxore sua regina Algaburga, nec non et episcopis Mariniano Zorachi de Terra alba et Comitano Pais de Ala“. Montfaucon Diar. It. p. 327, Migne 201 p. 1155. — „Quae locis religiosis“.

„ 30. „ — 14674 Leprosis de Quercu asserit „ea, quae in episcopatu Ambianensi et alibi tam de elemosyna comitis de Albemarlia quam aliorum possident“. Ex chartular. de Pontieu ms. lat. 10112. f. 382 in bibl. nat. Paris. Misit Delisle. — „Cum apostolus“.

Iul. 4. „ — 14675 Ecclesiae Reatinae protectionem suscipit, possessionesque et privilegia confirmat, petente Benedicto episcopo. In bibl. nat. Paris. ms. lat. 16992. f. 210. — „In eminenti apostolicae“.

„ 5. „ — 14676 (9491) *Excommunicationes et interdicta, quae protulerit (Ferdinandus) episcopus Portugalensis, observari iubet. Ribeiro Dissert. V. 8.

„ 10. „ — 14677 Fratribus militiae templi Hierosolymitani bullam dat de decimis non solvendis ac de puniendis eis, qui manus violentas in eos iniecerint. Prutz Malteser Urk. p. 42; cf. supra ep. 14671.

„ 11. „ — 14678 Eisdem eiusdem tenoris bullam tribuit. Prutz Malteser Urk. p. 42.

„ 14. „ — 14679 (9492) Universis ecclesiarum praelatis mandat, excommunicent eos, qui monachis ad generale capitulum Cluniacense euntibus insidias posuerint. (Haec epistola Lucio II. perperam attribuitur). Bullar. Cluniac. p. 54, 77, Bouquet Rec. XV. 414, Migne 201 p. 1157. — „Ad tantam iam“.

„ 14. „ — 14680 (9493) Priori et conventui Vivensi asserit ecclesiam S. Iacobi et S. Christinae, a G(unteramo) episcopo Senensi donatam. Mittarelli Ann. Cam. IV. app. p. 112. — „Iustis petentium desideriis“.

„ 14. „ — 14681 Ecclesiae S. Sepulchri Hierosolymitani tutelam suscipit possessionesque et privilegia confirmat, petente Petro priore. Rassegna Pugliese di scienze etc. II. 1885. p. 164: „II. id. Iul.“, (Pflugk-Harttung Acta III. 293, cuius textus mendis refertus est: „II. kal. Iul.“). — „Pie postulatio voluntatis“.

„ 15. „ — 14682 Monasterii Cavensis possessiones et iura confirmat, bulla ad Benencasam abbatem. Pflugk-Harttung Iter p. 295. — „Quando (corr. Quanto) ferventius“.

„ 15. „ — 14683 Abbatem Cisterciensem et alios eiusdem ordinis abbates apud Cistercium congregatos ad observandam disciplinam adhortatur. Rogat, ut pro sese, „per manum b. Bernardi abbatis Clarevallensis in eorum fraternitate recepto“, orent. Loewenfeld Epistolae p. 209. — „Non immerito gaudii“.

„ 18. „ — 14684 Leto praeposito et canonicis Caesenatibus concedit, „ne infra terminos ecclesiarum eorum quisquam ecclesiam vel oratorium absque consensu episcopi dioecesani et eorum aedificare praesumat“. Zaccaria Ser. ep. Caesen. p. 35. — „Dignum est et“.

1182. *(Ind. 15. — 1. Sept. — 1. pont. a. 1. — 6. Sept. — 2, 1181. — 25. Mart. — 1182.)*

Iul. 18. Velletri 14685 Ecclesiae Ebroicensis possessiones quasdam, Brovillam, Condatum cet. cum omnibus eius pertinentiis confirmat, petente Iohanne episcopo. Cart. du chap. d'Evr. s. XIII.—XIV. f. 6 in Arch. dép. de l'Eure in Evreux. — „Et ordo rationis".

c. Aug. „ 14686 Ecclesiae S. Iohannis Melinensis protectionem suscipit ac disciplinam, possessiones, privilegia confirmat, petente Vincentio priore. (Clausula manca. Subscriptio Huberti, presb. card. tit. S. Laurentii in Damaso, bullam post. d. 7. Iulii, et pontificatus annus I. eam ante d. 6. Sept. datam esse docent). Titres de l'abb. de Melinais f. 144 in bibl. S. Genovefae Paris. ms. franç. H. 40. — „Religiosam vitam eligentibus".

Aug. 5. „ 14687 (9494) (Guidoni) archiepiscopo Senonensi mandat, ut fratribus S. Maximini praebendam in ecclesia S. Aniani Aurelianensis, a canonicis ablatam, restitui faciat. Hubert Antiquit. de Saint-Aignan d'Orléans Pr. p. 24, Migne 201 p. 1157. — „Dilectus filius noster".

Sept. 2. „ 14688 C. praeposito et capitulo Curiensi scribit, O. presbyterum ecclesiae S. Florini de Machis sibi nuntiasse, „se quendam nobilem virum parrochianum habere, cum quo multi milites ac servientes incendiarii commorarentur, quorum quidam in extremis agentes poenitentiam et viaticum ab ipso peterent". Mandat, denuntient presbytero, ut si aliqui parrochianorum in articulo mortis confiteri ei voluerint, satisfactionem eis et sacramenta porrigat, atque ecclesiasticae, si decesserint, sepulturae tradat; si vero convaluerint, ad Romanam ecclesiam „pro maiori satisfactione" accedere eos iubeat. Neues Archiv VII. 398. — „Veniens ad nos".

„ 15. „ 14689 Capicerio et canonicis S. Maximi Cainonensibus asserit consuetudinem, ut capellanos, ad titulum ecclesiae suae ordinatos, in minores (ecclesias) castri Cainonis ad celebranda officia divina mittant. Ex Coll. Housseau V. 1949 in bibl. nat. Paris. Misit Delisle. (Mém. de la soc. arch de Touraine XIV. 200). — „Ex tenore autentici".

„ 20. (..) 14690 *Capituli S. Thomae Crispeiensis protectionem suscipit. Catalogue des livres de la bibliothèque de M. J. Barrois. Paris 1856. p. 138. n. 1378.

„ 25. „ 14691 Ecclesiae Salernitanae tutelam suscipit possessionesque et privilegia confirmat, petente Nicolao archiepiscopo. Paesano Mem. d. chiesa Salern. II. 229. — „Licet nobis ecclesiarum".

Oct. 19. „ 14692 Ecclesiae S. Mariae Vetiolanensis tutelam suscipit, possessionesqae ac iura confirmat, petente Cindone (leg. Guidone) praeposito. Miscellanea di stor. Italiana I. 307. — „Quotiens a nobis".

Nov. 4. „ 14693 Sententiam, a L(anfranco) episcopo Papiensi latam inter sorores S. Mariae de Rocca et abbatem Fructuariensem, confirmat. Hist. Patr. Mon. Chart. II. 1103. — „Iustis petentium desideriis".

„ 7. „ 14694 P(etro) archiepiscopo Compostellano ac (Manrico) Legionensi et (Martino) Burgensi episcopis mandat, cogant homines quosdam de Maiorca, ut fratribus Bolbonensibus de iniuriis tempore quadragesimali illatis satisfaciant. Loewenfeld Epistolae p. 211. — „Quotiens peccatis exigentibus".

„ 8. „ 14695 Sororibus S. Mariae de Rocca asserit pratum, olivetum, servitia, consuetudines et alia in Marzana (al. Mayano) et Rocca villis, a W(illelmo) marchione Montisferrati et ab abbate Fructuariensi collata. Hist. Patr. Mon. Chart. II. 1091, Pflugk-Harttung Acta III. 297. — „Iustis petentium desideriis".

„ 8. „ 14696 Monasterium Ficiclense tuendum suscipit eiusque possessiones et iura confirmat, petente Gregorio abbate. Pflugk-Harttung Acta III. 296. — „Licet omnium ecclesiarum".

„ 11. „ 14697 M(iloni) abbati et canonicis S. Stephani Divionensibus significat, sese precibus Hugonis ducis Burgundiae se inclinasse, ut in capella eius Divioni constucta, decedentibus canonicis secularibus, regulares ibidem instituantur. Fyot Hist. de St. Etienne de Dijon, Pr. p. 151. — „Officii nostri debitum".

„ 16. „ 14698 Monasterii S. Albini protectionem suscipit, ac regulam S. Benedicti „secundum institutionem fratrum Beccensium" et possessiones confirmat, petente Petro priore. (Fragmentum.) In bibl. nat. Paris. ms. lat. 13905. f. 2^b et 40. — „Quotiens a nobis petitur".

„ 16. „ 14699 Leprosorum S. Mariae Magdalenae de Quercu possessiones confirmat. Ex chartular. de Pontieu ms. lat. 10112. f. 382 in bibl. nat. Paris. Misit Delisle. — „Licet universos".

1182. *(Ind. 15. — 25. Sept. — 1, pont. a. 1. — 20. Sept. — 2, 1185. — 25. Mart. — 1182.)*

Nov. 17. Velletri — 14700 (9495) Monasterii S. Symphoriani Bellovacensis protectionem suscipit, bonaque ac iura confirmat. Louvet Hist. de Beauvaisis I. 560. — „Effectum iusta postulantibus“.

„ 22. „ — 14701 (9502) Monasterii Rothensis protectionem suscipit, possessionesque et privilegia confirmat, petente Otenone abbate. Wirtemberg. Urkundenb. II. 224: „X. kal. Dec.“ in priore Regestorum editione ad Dec. 23. — „Quotiens a nobis petitur“.

„ 23. „ — 14702 (9496) Monasterii S. Mariae Murelensis protectionem suscipit possessionesque confirmat, petente Petro abbate. (Pro „Veronae“ leg. „Velletri“). Manrique Ann. Cist. III. 25, Migne 201 p. 1158. — „Religiosam vitam eligentibus“.

„ 23. „ — 14703 Monasterii S. Mariae Bolbonensis protectionem suscipit, possessionesque et privilegia confirmat, petente Odone abbate. In bibl. nat. Paris. Coll. Doat t. 83 f. 147ᵇ. — „Religiosam vitam eligentibus“.

„ 26. „ — 14704 Fratribus Bellae-vallis (d. Vesont.) permittit, ut dominos de Rocha, e gente fundatorum monasterii, si „viventes apud eos elegerint sepulturam“, nec interdicti vel excommunicati fuerint, in monasterio sepeliant. Loewenfeld Epistolae p. 213. — „Relationis vestrae tenore“.

„ 27. „ — 14705 (9497) Archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prioribus et aliis ecclesiarum praelatis mandat, „ne a fratribus domus de Altaripa sive aliis omnibus Cisterciensis ordinis de novalibus seu aliis terris, quas propriis manibus aut sumptibus excolant, vel animalium nutrimentis decimas extorqueri“ patiantur. Der Geschichtsfreund II. 41. Mémorial de Fribourg IV. 97. — „Audivimus et audientes“.

„ 28. „ — 14706 Monasterii Clariloci tutelam suscipit, disciplinam et possessiones confirmat, privilegia auget, petente Iacobo abbate. Bulletins de la soc. d'archéol. Lorraine V. 161. — „Religiosam vitam eligentibus“.

Dec. 1. „ — 14707 Monasterii S. Mariae Bullionensis tutelam suscipit, possessionesque et privilegia, petente Hugone abbate, confirmat. Ex Coll. Moreau t. 85. f. 211 in bibl. nat. Paris. Misit Delisle. — „Religiosam vitam eligentibus“.

„ 2. „ — 14708 (Gaufrido) abbati Ebronensi et Willelmo archidiacono Cenomanensi scribit, Ha(imericum) subdiaconum sibi conquestum esse, quod Willelmus episcopus Cenomanensis ipsum, a R(ichardo) abbate S. Petri de Cultura ad ecclesiam S. Mariae de Diceio praesentatum, investire nollet, quia M(arsilius de Fai) miles contradixisset. Mandat hortentur episcopum, ut si ius patronatus ecclesiae de Diceio ad monasterium S. Petri de Cultura pertinere noscatur, subdiaconum investire non differat. Cartul. de St. Pierre de la Couture p. 107. — „Veniens ad apostolicam“.

„ 2. „ — 14709 (9498) Ecclesiam Signiensem tuendum suscipit et eius bona ac privilegia confirmat, petente Petro episcopo. Ughelli It. sacr. I. 1237, Migne 201 p. 1158. — „Et ordo rationis“.

„ 3. „ — 14710 Bulla ad Simonem abbatem, monasterio Sublacensi castrum Roiate et Roccam siccam, expulso Raone, filio Landulfi invasore, confirmat. Pflugk-Harttung Iter p. 295, cf. supra ep. 13286.

„ 4. „ — 14711 (9499) Ecclesiam Ravellensem tuendam suscipit eiusque bona confirmat, petente Iohanne episcopo. Ughelli It. sacr. I. 1185, Migne 201 p. 1160. — „Cum ex iniuncto“.

„ 7. „ — 14712 Magistrum Leonem, imperialium epistolarum interpretem (Constantinopolitanum), de morte fratris eius, Hugonis diaconi cardinalis S. Angeli consolatur, quem breviori quam unquam factum sit tempore e laicorum ordine ad diaconatus gradum promotum esse scribit. Fabricium magistrum („nepotem tuum, de familia nostra“), „pro inquisitione illorum, quae in civitate regia noviter acciderint, ad imperialem praesentiam missum“, ei commendat. Bandini Catal. cod. lat. bibl. Laurent. IV. 632, Fabroni Mem. ist. di più uomini illustri Pisani IV. 151, Müller Doc. sulle relaz. Tosc. p. 24. — „Vellemus tibi libentius“.

„ 16. „ — 14713 (Willelmo) archiepiscopo Remensi et (Rogero) episcopo Laudunensi negotium dat, ne a fratribus Fusniacensibus et Boheriensibus „decimas de novalibus vel aliis terris, quas propriis manibus aut sumptibus excolant, sive de nutrimentis animalium“ exigi patiantur. Autogr. in bibl. nat. Paris. Coll. Grenier t. 289. Foigny n. 18. — „Audivimus et audientes“.

1182. *(Ind. 15. — 1. Sept. — 1, pont. a. 1. — 6. Sept. — 2, 1181. — 25. Mart. — 1182.)*

Dec. 18. | Velletri | 14714 Fratribus S. Mariae de Argonia donata a Banone, cive Catalaunensi, confirmat. Cartul. de Moutier-en-Argonne ms. lat 9905. s. XVI. f. 33^{b} in bibl. nat. Paris. — „Ea que locis religiosis".

„ 21. | „ | 14715 (9500) (Stephano) Augustodunensi et (Manassi) Lingonensi episcopis mandat, videant, ne contra privilegium monachis Cisterciensibus concessum „fratribus Fontenensibus, sive aliis omnibus eiusdem ordinis in eorum episcopatibus commorantibus, de novalibus seu aliis terris, quas propriis manibus aut sumptibus excolunt, vel de animalium nutrimentis decimae extorqueantur". Liljegren Dipl. Suec. I. 116, Migne 201 p. 1161. — „Audivimus et audientes".

„ 23. | „ | 14716 (9501) Monasterii S. Mariae Baumgartensis patrocinium suscipit et bona iuraque confirmat, petente Constantino abbate. Schoepflin Als. dipl. I. 276, Migne 201 p. 1163. — „Religiosam vitam eligentibus".

„ 23. | „ | 14717 Monasterii Belli-prati possessiones et privilegia confirmat, petente Petro abbate. In bibl. nat. Paris. Chartul. abbatiae Belli-prati s. XII. ms. lat. 11024. f. 1, ubi bullae prima pars desideratur. (Neues Archiv VII. 109). — „Religiosam vitam".

„ 23. | „ | 14718 Hug(oni) decano et conventui S. Gengulfi Tullensi concedit, ut „canonicis aegritudine vel alia causa necessaria impeditis, cappellanus familias convocet pulsatione campanae" eisque sacramenta ecclesiastica exhibeat. In tab. nat. Paris. Cartul. de S. Gengoul s. XIV. LL. 986. f. 39^{b}. — „Si quando ab".

„ 23. | „ | 14719 Guntero abbati et fratribus S. Mariae de Insula privilegium tribuit. Neues Archiv VII. 109. — „Religiosam vitam".

„ 23. | „ | 14720 Canonicis ecclesiae S. Mariae Virdunensis privilegium dat. Neues Archiv VII. 109. — „Ideo sumus licet".

„ 24. | „ | 14721 Inter canonicos S. Simeonis Trevirenses et cives Confluentinos compositionem, super theloneo Confluentino ab (Arnoldo) archiepiscopo Trevirensi factam approbat. Pflugk-Harttung Acta III. 297, (Goerz Mittelrhein. Regesten II. 138. n. 487). — „Iustis petentium desideriis".

„ | 14722 (9503) Transactionem a Guichardo, b. m. archiepiscopo Lugdunensi, cum Guigone, comite Forensi, factam confirmat. Menestrier Hist. de Lyon, Preuv. p. XII, Migne 201 p. 1165. — „Suscepti regiminis".

14723 *Conrado archiepiscopo Salzburgensi, praecipit, ut ecclesiae Gurcensi satisfaciat super decima de Saikenwerde, quam Wichardo de Wettenberg (Vestenberg) in feudum concesserit. Vide Archiv f. Kunde österr. Gesch.-Qu. XI. 327, Meiller Reg. arch. Salisb. p. 141.

14724 *Canonicis Volaterranis privilegium concedit. Leoncini Illustr. s. cat. di Volter. p. 313. — „Cum iusta postulantibus".

1181—1183.

14725 Archiepiscopis et episcopis per Angliam constitutis interdicit, ne parochianos suos a fratrum monasterii S. Albani communione prohibeant, nisi fratres auctoritate apostolica excommunicati vel interdicti sint. Matthaei Paris. Chron. ed. Luard VI. 40. — „Dilecti filii".

1182—1183.

Mart. 14. | Velletri | 14726 Fratrum S. Bernhardi de Monte Jovis privilegia quaedam confirmat. Hist. Patr. Mon. Chart. II. 1111, Mém. et doc. de la Suisse Rom. XXIX. 114. — „Apostolice sedis benignitate".

Mart. | „ | 14727 Archiepiscopis et episcopis, in quorum parochiis homines fratrum S. Andreae de Bosco (vel de Gufer) consistunt, mandat, prohibeant, ne presbyteri diocesium ab hominibus monasterii in extremis laborantibus „divinorum obsequiorum obtentu vel intuitu sepulturae quicquam exigant, nisi quod ultima voluntas decedentium aut parentum devotio eis sponte duxerit conferendum". („ . . . id. Mart.") Orig. in Arch. dép. du Calvados in Caen, fonds de St.-André-en-Gouffern n. 17. — „Audivimus et audientes".

Mart. 15. | „ | 14728 Archiepiscopis et episcopis, in quorum parochiis homines fratrum Savigneiensium consistunt, mandat, prohibeant ne presbyteri dioecesium ab illis hominibus in extremis laborantibus „divinorum obsequiorum obtentu vel intuitu sepulturae" quicquam

		1182—1183.
		exigere praesumant. Cartul. de Savigny s. XIII. f. 167 in Arch. dép. de la Manche in St.-Lô. — „Audivimus et audientes".
Mart. 17.	Velletri	14729 (9504) Parthenonis Mollenbecani, a b. m. Hildeburg muliere et Folkart presbytero fundati, cum omnibus eius possessionibus protectionem suscipit, petente Mechtilde abbatissa. Paulus Gesch. d. Möllenb. Kl. p. 61, Pflugk-Harttung Acta III. 297. — „Virginibus sacris".
„ 18.	„	14730 Agneti abbatissae et sororibus de Avennis asserit „eleemosynam 20 librarum Catalaunensium, in purificatione b. Mariae annis singulis solvendarum de reditibus, qui vocantur traversa in Peroñ, a Philippo comite Flandrensi et Elisabeth eius uxore concessam". Ex Coll. Moreau t. 86. f. 72 in bibl. nat. Paris. Misit Delisle. — „Iustis petentium desideriis".
„ 19.	„	14731 Rogero, episcopo Laudunensi, permittit, ut septem praebendis, a b. m. Bartholomaeo episcopo constitutis, quinque adiungat. Loewenfeld Epistolae p. 213. — „Relatum est nobis".
„ 20.	„	14732 (9505) Canonicis Astensibus ecclesiam S. Michaelis de Intercisio asserit. Hist. Patr. Mon. Chart. I. 935, Migne 201 p. 1165. — „Iustis petentium desideriis".
„ 22.	„	14733 Fratribus S. Petri Gandensis concedit, ut extremae voluntati canonicorum in confrariis S. Petri et S. Gudwali existentium, qui apud eos se sepeliri deliberaverint, nullus sine causa rationabili obsistat. Lokeren S. Pierre à Gand p. 187. — „Religiosam vitam eligentibus".
„ 24.	„	14734 Inter monasterium S. Benedicti super Padum et P(resbyterinum), quondam episcopum Ferrariensem latam ab (Henrico) patriarcha Gradensi et L(eonardo) episcopo Torcellano sententiam confirmat. Pflugk-Harttung Acta III. 298. — „Significantibus vobis ad".
„ 26.	„	14735 (9506) Capitulo Remensi concedit, „ut nemini liceat, R. de Roseio vel heredes ipsius, aut quoslibet alios malefactores ecclesiae eorum a sententia, qua pro suis excessibus canonice fuerint innodati, relaxare". Varin Archives adm. de Reims I. I. 403, Migne 201 p. 1166, cf. Neues Archiv VII. 109. — „In eo sumus" („Vestris iustis postulationibus").
„ 27.	„	14736 Abbati et fratribus S. Benedicti super Padum ecclesiam S. Caesarii, a monachis Nonantulanis vindicatam, asserit. Wiener Sitzungsber. XCVII. 64. — „Vidimus rescriptum felicis".
„ 28.	„	14737 Petro abbati et conventui S. Nicolai de Blanca-Landa scribit, „prohibere se filios sacerdotum in ecclesiis eorum post patres proximo ministrare, nisi forte aliquis fuerit, circa quem propter scientiam vel vitae praerogativam dispensandum merito videatur". Loewenfeld Epistolae p. 214. — „Ad audientiam apostolatus".
„ 28.	„	14738 (9507) Petentibus canonicis Placentinis, sententiam inter ecclesiam Placentinam et Alf(onsum), quondam episcopum Papiensem, de „duabus partibus decimae totius curtis Portus-albarae" a sese, olim legato apostolico, latam corroborat. Campi Hist. di Piac. II. 367, Migne 201 p. 1166. — „Ea, quae in controversia".
„ 28.	„	14739 Hospitalem Lexoviensem cum omnibus eius bonis tuendum suscipit. Autogr. in Arch. dép. du Calvados in Caen, fonds de Ste.-Barbe n. 105. — „Dignum est et".
„ 28.	„	14740 Prohibet, ne quis a fratribus et hominibus templi Hierosolymitani „de victualibus, vestimentis, pecudibus cet. pedagium, vendum, passagium, lauragium et aliquam consuetudinem extorqueat". Prutz Malteser Urk. p. 42.
„ 29.	„	14741 Prohibet cet. ut in bulla praecedenti. Prutz Malteser Urk. p. 42 n. 27.
„ 31.	„	14742 Monasterio S. Theoderici Remensi bullam tribuit. Neues Archiv VII. 109. — „Effectum iusta".
Apr. 2.	„	14743 (9508) Monasterio S. Dionysii asserit ecclesias ab archiepiscopis Senonensibus concessas. Doublet Hist. de St. Denys p. 516, Migne 201 p. 1166. — „Ea, quae per".
„ 2.	„	14744 Compositionem inter monasterium S. Dionysii et nobilem virum de Melloto ab (Henrico) episcopo Silvanectensi factam confirmat. Autogr. in tabul. nat. Paris. L. 232 n. 13. — „Cum aliqua negotia".
„ 4.	„	14745 Inter monasterium S. Dionysii et Arbertum de Monte Omerio latum ab (Henrico) episcopo Silvanectensi arbitrium probat. Autogr. in tab. nat. Paris. L. 232 n. 15. — „Quociens per fratres".

1182—1183.

Apr. 4. Velletri 14746 (9509) Monasterio S. Dionysii asserit ecclesiam de Forest et altaria quaedam, ab episcopis Cameracensibus concessa. Autogr. in tab. nat. Paris. L. 232. n. 16, (Doublet Hist. de St. Denys p. 517, Migne 201 p. 1167). — „Cum a fratribus" („Concessionem vobis").

„ 4. „ 14747 Canonicorum Aretinorum bona confirmat. Pflugk-Harttung Iter p. 296, (Wiener Sitzungsber. XCIV. 679). — „Ea, que a prelatis".

„ 7. „ 14748 Abbati et fratribus Savigneiensibus asserit ecclesiam de Benintona, de Campo Cervorum, S. Martini de Gasto, de Villa Canis, de Inter Montes. Ex autographo, titres de Savigni ms. lat. 9215 in bibl. nat. Paris. Misit Delisle. — „Iustis petentium desideriis".

„ 7. „ 14749 Archiepiscopo Rotomagensi eiusque suffraganeis praecipit, ut eos, qui in fratres S. Andreae de Bosco (vel de Gufer) aut eorum conversos manus iniecerint violentas, excommunicatos denuntient, donec satisfecerint, neve decimas ab eis contra Romanae sedis privilegia exigi patiantur. Orig. in Arch. dép. du Calvados in Caen, fonds de St. André-en-Gouffern n. 16. — „Ad defendendos religiosos".

„ 8. „ 14750 Abbati et fratribus S. Sepulcri Cameracensis bullam dat. Neues Archiv VII. 109. — „Quotiens ab apostolica".

„ 11. „ 14751 (9510) Domum hospitalem de Pahin, a „nobilii muliere Beatrice de Chlamb b. Petro sub unius aurei censu annis singulis exhibendo oblatam", tuendam suscipit, et eius possessiones confirmat. Kurz Beiträge IV. 478, Urkundenb. des Landes ob der Enns II. 394. — „Quae a Christi fidelibus".

„ 11. „ 14752 (9511) Henrico episcopo et Willelmo decano et canonicis Baiocensibus, abolito monasterii S. Vigori privilegio, concedit, „ut tam ipsi quam successores eorum apud ecclesiam cathedralem valeant sepeliri". Bessin Conc. Rotom. II. 258, Petri Blesensis Opp. p. 771, Migne 201 p. 1167. — „Referente dilecto filio".

„ 12. „ 14753 Ecclesiae Magalonensis decumas, petente P(etro) praeposito, confirmat. Mém. de la soc. de Montpellier V. 535. — „Quanto plenius".

„ 12. „ 14754 Monasterium Werdenense eiusque possessiones tuendas suscipit, iusque sedem Romanam appellandi confirmat, petente Wolframo abbate. De monasterii Helmestetensis subiectione statuit. Pflugk-Harttung Acta I. 306. — „Religiosorum virorum".

„ 12. „ 14755 (9512) Werdenense et Helmstetense monasteria iurisdictioni unius sedis apostolicae subiicit. Neue Mitth. a. d. Geb. hist. ant. Forsch. II. 461. — „Sedes apostolica".

„ 13. „ 14756 (Fratribus Savigneiensibus) privilegium tribuit contra eos, qui decimas ab eis exigere praesumunt. (Initium bullae deest.) Cartul. de Savigny s. XIII. f. 167 in Arch. dép. de la Manche in St.-Lô.

„ 14. „ 14757 (9513) A(delheidem) abbatissam et sorores Quedlinburgenses reprehendit, „quod censum, ad indicium perceptae libertatis Romanae ecclesiae debitum, diminuant, et cum in eisdem privilegiis sit expressum, quod libram argenti Romano pontifici annuatim tribuere debeant, nonnisi marcam velint exsolvere, libram ibi marcam debere intelligi asserentes". Attamen, petente S. praeposito Moguntino, concedit, „ut nonnisi marcam defecati argenti ad pondus Coloniense ulterius annis singulis persolvant". Erath Cod. dipl. Quedl. p. 103. — „Cum multam sedes".

„ 15. „ 14758 (Petro) episcopo Maurianensi concessam ab Alexandro III. praeposituram ecclesiae S. Iohannis confirmat. Mém. de l'acad. imp. de Savoie, Docum. II. 29, teste Chevalier Doc. inéd. rel. au Dauph. II. livr. III. 194 inter additamenta.

„ 16. „ 14759 Compositionem inter fratres S. Petri Gandenses et presbyteros ipsius loci ecclesiarum, factam a W(illelmo) archiepiscopo Remensi et (Evrardo) episcopo Tornacensi confirmat. Lokeren S. Pierre à Gand p. 188. n. 339. — „Cum inter vos".

„ 20. „ 14760 (9514) Petro abbati et capitulo Casinensi concedit, „ut nemini de curia sua vel fratrum suorum ultra unum vel duos dies apud S. Germanum teneantur procurationem impendere, nisi forte infirmitas ipsum vel alia manifesta necessitas detineat". Tosti St. di Montec. II. 210, Migne 201 p. 1168. — „Cum monasterium".

„ 25. „ 14761 Fratribus militiae templi Hierosolymitani privilegium dat de decimis non solvendis ac de puniendis eis, qui manus violentas in eos iniecerint. Prutz Malteser Urk. p. 42.

„ 25. „ 14762 Fratribus Lirensibus asserit ecclesias quasdam, ab Herefordensi et Wigornensi episcopis, „monasterii mediocritate perpensa", concessas. Concordiam inter eos et

		1182—1183.
		ecclesiam de Winb(erna), mediante I(ohanne) Cumin, nunc archiepiscopo Dublinensi, super decimis quibusdam factam approbat. In bibl. nat. Paris. Coll. Baluze t. 63. f. 1. — „Ex litteris venerabilium".
Apr. 30.	Velletri	14763 Fratribus Massiliensibus indulget, ut ad relevanda debita cum consilio episcopi Aptensis et abbatis Silvae-canae bona monasterii obligare possint, „eo quidem tenore, ut fructus computentur in sortem aut etiam ad certum et praefinitum tempus, sicut cum creditoribus melius convenire poterint, teneantur, ita tamen, ut finito tempore possessiones ipsae libere et sine onere debitorum monasterio resignentur". Coll. des Cartulaires IX. 259. — „Quanto monasterium vestrum".
„ 30.	„	14764 G. Rostagni et W. Anselmi, nobiles viros, hortatur, ut solutis de pecunia sua monasterii Massiliensis debitis, bona eius sub iisdem conditionibus, quae praecedenti epistola continentur, teneant. Coll. des Cartulaires IX. 259. — „Ea devocione monasterio".
„ 30.	„	14765 A(storgio) abbati et fratribus Massiliensibus indulget, ne cui liceat infra parochias ecclesiarum ad monasterium pertinentium ecclesiam vel oratorium construere. Coll. des Cartulaires IX. 260. — „Etsi de universis".
Mai. 4.	„	14766 Abbati S. Proculi et priori S. Victoris Bononiensis scribit, priorem S. Mariae de Reno de iure patronatus archipresbyterum in ecclesia Salensi elegisse, sed post eius recessum capellanum abbatis S. Stephani Bononiensis electum esse. Mandat, causam investigent ac diiudicent. Pflugk-Harttung Acta III. 298. — „Dilecti filii nostri".
„ 5.	„	14767 S(imoni) abbati et fratribus S. Remigii Remensis bullam dat. Neues Archiv VII. 109. — „Ea quae iuris".
„ 8.	„	14768 (9515) Abbatissae et sororibus Wechterswinklensibus asserit silvam Rageberc, a (Reinhardo) episcopo Wirzeburgensi tributam. Pflugk-Harttung Acta I. 307, (Lang Regesta I. 319). — „Iustis petentium desideriis".
„ 11.	„	14769 Abbati Meslagileburiensi et priori de Kelzei mandat, ut abbatem de Wartria „nisi purgationem cum quinta manu praestiterit, quod non scienter falsis litteris apostolicis contra canonicos de Giseburne usus fuerit", deponant. Loewenfeld Epistolae p. 214. — „Dilectorum filiorum nostrorum".
„ 13.	„	14770 Priori et canonicis S. Thomae Viennensis (dioc. Remens.) bullam dat. Neues Archiv VII. 109. — „Locorum venerabilium".
„ 13.	„	14771 Fratribus Gemmeticensibus indulget, ut ecclesiam de Veteri Vernolio „propter importunitatem eiusdem loci, qui supervenientibus guerris sepius infestatur, in tutiorem locum transferant". Orig. in Arch. dép. de la Seine-infér. in Rouen, fonds de Jumièges. — „Quotiens ab apostolica sede".
„ 14.	„	14772 Archidiaconis et decanis per Remensem provinciam constitutis litteras dat. Neues Archiv VII. 110. — „Quotiens laicorum".
„ 14.	„	14773 (Mauritio) episcopo Parisiensi scribit de lite inter canonicos S. Frambaldi Silvanectenses et uxorem filiosque maioris eorum de Vilers. Ex Coll. Moreau t. 85. f. 173 in bibl. nat. Paris. Misit Delisle. — „Significarunt nobis".
„ 15.	„	14774 Iohanni electo Conchensi (Cuenca) ecclesiam cathedralem construere et praebendas et canonias ordinare permittit. (Vide infra epp. 14796. 14797). Neues Archiv VI. 298. — „Cum singulis Christi".
„ 16.	„	14775 (9518) Capitulo ecclesiae Narbonensis praecipit, ut, quos vacante sede archiepiscopali episcopus Albanensis, sedis apostolicae legatus, ex consilio Magalonensis et Biterensis episcoporum, archidiaconatibus tribus et sacristiae Narbonensi praefecerit, eos secundum praestitum iuramentum accipiant. Gall. Chr. VI. Instr. p. 46, Migne 201 p. 1170. — „Venientes ad nos".
„ 17.	„	14776 (Theobaldo) Placentino, (Bernardo) Parmensi, (Humfredo) Cremonensi, (Oberto) Terdonensi episcopis ac praeposito et canonicis S. Domnini mandat, moneant parochianos suos, ut quae eis a D. olim intrusa parthenonis S. Mariae Theodotae Papiensis de bonis monasterii sine consensu capituli concessa sint, restituant. Pflugk-Harttung Acta III. 299. — „Dilectarum in Christo".
„ 18.	„	14778 Controversiam inter moniales S. Mariae Theodotae (Papienses) et b. m. R. archipresbyterum de burgo S. Domnini super ecclesia S. Mariae ipsius burgi sopitam confirmat. Pflugk-Harttung Acta III. 300. — „Relatum est nobis".

1182—1183.

Mai. 18. Velletri — 14779 Herveo abbate et monachis Maioris-monasterii petentibus, fratribus S. Audoeni de Gisortio asserit ius praesentandi presbyteri in ecclesia S. Gervasii, a Iohanne de Gisortio resignatum et ab archiepiscopo Rotomagensi eis concessum. In bibl. nat. Paris. ms. lat. 12880. f. 163[b]. — „Iustis petentium desideriis".

„ 18. „ — 14780 (9519) Abbatem et monachos Uranenses iubet archiepiscopo Ravennati obedire. Mittarelli Ann. Cam. IV. app. p. 111, Migne 201 p. 1171. — „Significavit nobis".

„ 19. „ — 14781 Compositionem inter monasterium Troarnense et ecclesiam Baiocensem factam confirmat. (Fragmentum). In bibl. nat. Paris. Chartul. Troarn. ms. lat. 10086. s. XIV. f. 14[b].

„ 20. „ — 14782 (Roberto) episcopo Diensi asserit abbatiam S. Marcelli. Gall. Chr. XVI. Instr. p. 192, Doc. inéd. rel. au Dauph. II. Cartul. de Die p. 19. — „Ad hoc sumus".

„ 21. „ — 14783 Capellanis Laudunensibus „quicquid in praesentia Alexandri papae collatum erat confirmat". Privilegia quaedam addit. Ex archetypo in bibl. nat. Paris. Collection Grenier t. 286. n. 6. Misit Delisle. — „Iustis petentium desideriis".

„ 21. „ — 14784 Prohibet, ne quis a fratribus et hominibus militiae templi Hierosolymitani „de victualibus, vestimentis, pecudibus et aliis pedagium, vendum, passagium, lauragium et aliquam consuetudinem extorqueat". Prutz Malteser Urk. p. 42.

„ 23. „ — 14785 (9520) Vizeliacensi et Flaviniacensi abbatibus mandat, cogant canonicos Cabilonenses et Matisconenses, ut monasterio Trenorciensi subtractas ecclesias restituant. Iuenin Nouv. hist. de Tournus Pr. p. 179, Migne 201 p. 1171. — „Querelam dilectorum".

„ 23. „ — 14786 Ecclesiae S. Gaugerici Cameracensis consuetudines confirmat. Pflugk-Harttung Acta I. 307. — „Iustis petentium desideriis".

„ 24. „ — 14787 Infirmis monasterii S. Audoeni Rotomagensis fratribus asserit oblationes et decimas atque possessiones, quas Nicolaus, filius Godardi, tenuit. In bibl. nat. Paris. Coll. Moreau t. 86. f. 83. Misit Delisle. — „Iustis petentium desideriis".

„ 24. „ — 14788 Fratribus Gemmeticensibus facultatem dat revocandi quasdam possessiones, „quas apud Cheittonam (in Anglia) cuidam iure emphitheotico possidendas vitae suae tempore concesserint". Orig. in Arch. dép. de la Seine-infér. in Rouen. Fonds de Jumièges. — „Ex iniuncto nobis".

„ 26. „ — 14789 Capitulo Trecensi indulget, „ut non liceat episcopo, notoria culpa excepta, aliquem eorum sine citatione canonica et capituli conscientia" excommunicare. Lalore Coll. des cartul. de Troyes V. 49, Pflugk-Harttung Acta I. 307. — „Ad hoc gradus".

„ 30. „ — 14790 (9521) Ecclesiae SS. Petri et Andreae Paderbornensis bona confirmat. Wilmans Additamenta p. 56. (Schaten Ann. Pad. I. 860). — „Pie postulatio voluntatis".

„ 30. „ — 14791 Compositionem inter canonicos Bituricenses et fratres militiae templi super quibusdam redditibus factam approbat. Cartul. de Bourges ms. lat. nouv. acquis. 1274. s. XIII. f. 16 et 19, (chartam composit. vide ibid. f. 231) in bibl. nat. Paris. — „Ea quae concordia".

„ 31. „ — 14792 Monasterio Vallis-secretae decimam de Monte-Haudunensi asserit. Autogr. in tab. nat. Paris. L. 232. n. 8. — „Ex iniuncto nobis".

„ 31. „ — 14793 *Canonicis S. Stephani Lemovicensibus scribit de monasterio S. Martialis annuatim a populo visitando. In bibl. nat. Paris. ms. lat. 12746. f. 400, cf. supra ep. 12084.

Iun. 1. „ — 14794 (9522) Sententiam, a (Roberto) archiepiscopo Viennensi et (Ardutio) episcopo Genevensi in comitem Genevensem latam, confirmat. Spon Hist. de Gen. II. 35, Migne 201 p. 1172. — „Quociens in malefactores".

„ 1. „ — 14795 Fratribus S. Maximini (Miciacensibus) asserit praebendam in ecclesia S. Aniani Aurelianensi a (Guidone) archiepiscopo Senonensi adiudicatam. In bibl. nat. Paris. Coll. Baluze p. 78. f. 147. — „Ea quae a fratribus".

„ 1. „ — 14796 Iohanni electo Conchensi (Cuenca) unionem Arcensis et Valerensis diocesium cum ecclesia sua concedit (cf. infra ep. 14895). Neues Archiv VI. 298. — „Quotiens in".

„ 1. „ — 14797 Adephonso, regi Castiliae, nuntiat sese cum ecclesia Conchensi (Cuenca) antiquas dioceses Arcensem et Valerensem unisse. Neues Archiv VI. 298. — „Sicut praeexcellentiae".

„ 2. „ — 14798 (9523) Ecclesiae Basenvillensis immunitatem a Symone de Naelfa pro anima Simonis de Maurepast collatam confirmat. Martene Thes. I. 589, Migne 201 p. 1172. — „Iustis petentium desideriis".

1182—1183.

Iun. 2. Velletri — 14799 (9524) (Willelmo) archiepiscopo Remensi, S. Sabinae cardinali, interdicit, ne quos Ph(ilippus) episcopus Bellovacensis excommunicaverit, absolvat. Martene Thes. I. 622, Migne 201 p. 1173. — „Cum quantum".

„ 3. „ — 14800 Priori et canonicis Toletanis nuntiat, Nicolaum Pandulphi et Benedictum fratrem b. m. Girardi de Huberto, cives Romanos, pecuniam P. presbytero cardinali, quondam electo Toletano creditam, in sua praesentia recepisse. Neues Archiv VI. 294. — „Presentibus litteris".

„ 4. „ — 14801 Rectoribus Lombardiae, Marchiae et Romagnolae significat, audivisse se, Ardericum de Sala, postestatem, et consules Laudenses contra prohibitionem A(lberici) episcopi, ecclesiis importabilia onera imponere et „praetextu banni" pecuniam eis auferre; unde factum esse, quod memoratus episcopus de mandato A(lgisii), archiepiscopi Mediolanensis, potestatem eiusque consiliarios excommunicationi et totam civitatem interdicto supposuisset; praeterea consules et populum Mutinenses possessionibus ecclesiasticis legem nequissimam iniunxisse nec adhuc, quamquam per litteras apostolicas admoniti essent, a pravitate discessisse. Mandat, ut ecclesiis auxilium porrigant earumque malefactores ad satisfactionem adducant. Cappelletti Chiese d'Ital. XII. 351, De Angeli et Timolati Lodi p. 157, Vignati Stor. dipl. della lega Lomb. p. 342, Vignati Cod. dipl. Laud. II. 124. — „Cum pro servanda".

„ 8. „ — 14802 Ecclesiae Magalonensis ecclesias quasdam, „ad ius episcopale specialiter reservatas", confirmat, petente Iohanne episcopo. In bibl. nat. Paris. ms. lat. 14688. f. 70[b]. — „Iustis petentium desideriis".

„ 9. „ — 14803 (9525) Ecclesiae S. Iohannis Wirzeburgensis protectionem suscipit ac possessiones quasdam confirmat. Pflugk-Harttung Acta I. 308, (Lang Regesta I. 319). — „Apostolicae sedis".

„ 11. „ — 14804 Capitulo S. Hilarii Pictaviensis interdicit, ne qua iuramenta a canonicandis exigat. Assensum omnium residentium canonicorum in alicuius receptione requirere, contra decretum Lateranensis esse concilii scribit. Mém. de la soc. des antiqu. de l'ouest, année 1847 p. 194. — „Sicut rationabiles ecclesiarum".

„ 15. „ — 14805 Episcopo et G. de Bamboos archidiacono Pampilunensibus mandat, iudicent inter abbatem S. Iohannis Pinnensem et priorem de Artaxona, super decimis quibusdam litigantes. Pflugk-Harttung Acta I. 308. — „Causam quae inter".

„ 19. „ — 14806 Inter ecclesiam Bituricensem et Turonensem factam de monasterio Millebecensi compositionem confirmat. Ex chartul. archiep. Turon. p. 155 in Arch d'Indre et Loire in Tours. Misit Delisle. — „Iustis petentium desideriis".

Mart. Iun. „ — 14807 (9526) Monachis S. Pancratii concedit, ne „filii eorum, qui ecclesias monasterii tenuerint, ipsas ecclesias iure successionis habeant". (Bulla Lucio II. perperam tributa). Rymer Foedera I. 14, Wilkins Concilia I. 423, Mansi XXI. 615, Migne 179 p. 934. — „Cum simus ad".

„ „ „ — 14808 Fratribus Augustensibus (in Normannia) indulget, ut possessiones monasterii emptione vel aliis modis ex aliorum manibus revocare debeant. (XVII. kal. . . . .). Archetypus, qui iam legi fere nequit, in Arch. dép. de la Seine-infér. in Rouen, Fonds d'Eu. — „Ecclesiarum profectibus nos".

1183. *(Ind. 1. — 1. Sept. — 2, pont. a. 2. — 6. Sept. — 3, 1182. — 25. Mart. — 1183.)*

Ian. 2. „ — 14809 Clero populoque Oritano scribit, ne „moleste ferant, in ecclesia Brundisina chrisma confici, nec propter hoc aliquam ecclesiae vel archiepiscopo reverentiam subtrahant". Pflugk-Harttung Acta III. 300. — „Cum translatione ecclesiarum".

„ 2. „ — 14810 Petro, archiepiscopo Brundisino, usum pallii concedit, et eius ecclesiae possessiones ac privilegia confirmat. D'Avino Cenni storici p. 104, Pflugk-Harttung Iter p. 295. — Cum ex iniuncto".

„ 3. „ — 14811 (Arnoldo) archiepiscopo Trevirensi, (Petro) Tullensi, (Bertranno) Metensi, (Henrico) Virdunensi episcopis mandat, hortentur comitem Barrensem, ut monasterio S. Michaelis ablata restituat et a fratrum laesione desistat. Ex Coll. Moreau t. 86. f. 68 in bibl. nat. Paris. Misit Delisle. — „Gravis ex parte".

„ 4. „ — 14812 Parthenonis S. Leonardi Gisnensis protectionem suscipit, possessionesque et privilegia confirmat, petente Adela abbatissa. In bibl. nat. Paris. Chart. Broburg. ms. lat. 9921 sec. livre f. 26, ms. lat. 9126. f. 219. — „Prudentibus virginibus".

1183. *(Ind. 1. — 1. Sept. — 2, pont. a. 2. — 6. Sept. — 3, 1182. — 25. Mart. — 1183.)*

Ian. 12. Velletri — 14813 (9527) Monasterii S. Mariae Mirae-vallis protectionem suscipit, bonaque et privilegia, petente Guillelmo abbate, confirmat. Hugo O. P. A. II. Pr. p. 171, Migne 201 p. 1173. — „Religiosam vitam eligentibus".

„ 12. „ — 14814 (9528) Ecclesiae S. Dionysii de Passu protectionem suscipit et possessiones confirmat. (Fragmentum). Collection des Cartulaires V. 501, Migne 201 p. 1176. — „ . . . . . Ea propter dilecti".

„ 12. „ — 14815 Ecclesiae S. Gengulfi Tullensis protectionem suscipit, possessionesque et privilegia confirmat, petente Rainaldo praeposito. In tab. nat. Paris. Cartul. de S. Gengoul s. XIV. LL. 986. f. 23 b. — „Piae postulatio voluntatis".

„ 14. „ — 14816 Ecclesiae S. Pauli asserit domum a B. clerico donatam. Autogr. in tab. nat. Paris. L. 232. n. 3. — „Cum intendere".

„ 16. „ — 14817 (9529) Ecclesiam S. Eusebii Vercellensem tuendam suscipit canonicorumque possessiones confirmat, bulla ad Sirum archidiaconum et Manfredum praepositum. (Fragmentum). Ughelli It. sacr. IV. 783, Migne 201 p. 1177, Pflugk-Harttung Iter p. 296. — „Quotiens a nobis".

„ 16. „ — 14818 Canonicis Carnotensibus malefactorum ecclesiae excommunicandorum facultatem dat. Cartul. de l'égl. de Chartres ms. lat. 10094. s. XIII. f. 29 in bibl. nat. Paris. — „Antiquas et rationabiles".

„ 16. „ — 14819 (Guillelmo) Cenomanensi et (Petro) Carnotensi episcopis iterum mandat, ne in ecclesia S. Martini Turonensi plures ordinari canonicos patiantur, quam de redditibus eius honeste sustentari possint. In bibl. nat. Paris. Coll. Baluze t. 76. f. 276. — „Cum nostris fuisset".

„ 17. „ — 14820 (9530) Petro episcopo et capitulo Carnotensi concedit, „ut honores Carnotensis ecclesiae aliis de cetero minime concedantur, nisi qui residentiam se promiserint habituros". D'Achery Spic. III. 547, Migne 201 p. 1177. — „Cum ab eo, cui".

„ 17. „ — 14821 P(etro) episcopo, G(offrido) decano et capitulo Carnotensi significat, confirmare se ecclesiae eorum possessiones in archiepiscopatu Rotomagensi sitas. Delisle Mél. de paléogr. p. 399. — „Cum simus ad".

„ 18. „ — 14822 Compositionem inter monachos Lirinenses ad canonicos Vigintimilienses a b. m. Manfredo diacono cardinali (S. Georgii ad velum aureum), postea episcopo Praenestino, et Guidone episcopo Saonensi factam approbat. Miscellan. di stor. ital. XXIII. 127. — „Vidimus scriptum".

„ 19. „ — 14823 (9531) Petro, episcopo Niciensi, mandat, ut monasterium S. Pontii instauret. (Epistola haec est Lucio II. perperam tributa). Hist. Patr. Mon. Script II. 393. — „Ad nostram noveris".

„ 24. „ — 14824 (9532) Iohanni, episcopo Magalonensi, ecclesias quasdam asserit. (Clausulae verba: „pont. nostri a. 3" fucosa sunt). Gariel Ser. I. 233, Gall. Chr. VI. Instr. p. 362, Migne 201 p. 1177. — „Pervenit ad nos".

„ 25. „ — 14825 Ecclesiae Leutkirchensi (Leuchileche) asserit capellam de Bugensegel, petente Henrico clerico. Weech Cod. dipl. Salemit. p. 40. — „Iustis petentium desideriis".

„ 26. „ — 14826 Canonicorum Calataiubensium possessiones confirmat. Florez España sagr. XLIX. 358. — „Iustis petentium desideriis".

„ 26. „ — 14827 Gualtero abbati et fratribus Alciacensibus concedit, „ut de novalibus, quae propriis manibus vel sumptibus colant, sive de nutrimentis animalium nemini decimas solvant". Bétencourt Cartul. de S. Silvin d'Auchy p. 63, Cardevacque L'abbaye d'Auchy-les-Moines p. 199., Pflugk-Harttung Acta I. 309. — „Quotiens ab apostolica".

„ 29. „ — 14828 Ecclesiae S. Geminiani protectionem suscipit possessionesque ac privilegia confirmat, petente Vicecomite praeposito. Pecori Storia di San Giminiano p. 634. — „Piae postulatio voluntatis".

Febr. 1. „ — 14829 Ermengario, abbati S. Aegidii, permittit, ut „non obstante quolibet appellationis subterfugio monachos excedentes poenis regularibus coërceat. Goiffon Bull. de St.-Gilles p. 95. — „In corrigendis".

(„) — 14830 Monasterii SS. Petri et Pauli Broniensis patrocinium suscipit, possessionesque et privilegia confirmat, petente Libuino abbate. (Locus et dies desiderantur; sed inveniuntur hae temporis notae: inc. ann. 1182, ind. 1., pont. a. 2. Data igitur bulla est inter d. 6. Sept. 1182 et 25. Mart. 1183. Eam anno 1183 attribuendam esse

1183. *(Ind. 1. — 1. Sept. — 2, pont. a. 2. — 6. Sept. — 3, 1182. — 25. Mart. — 1183.)*

colligo ex nomine Hugonis notarii, per cuius manum data est). Bulletin de l'acad. roy. de Belgique 2. sér. XLVII. 288. — „Quoties illud a nobis".

Febr. 4. Velletri | 14831 (9533) Episcopos Catanenses, archiepiscopi Monteregalensis suffraganeos factos, post obitum eius, qui nunc in ecclesia ministret, pallii gestandi potestate privat. Pflugk-Harttung Acta III. 301, (Fragm. ap. Pirri Sic. sacr. I. 532, Migne 201 p. 1178. „Iniuncta nobis omnium" („Ne occassione").

„ 5? „ 14832 Monasterii Monteregalensis possessiones ac privilegia confirmat et auget, bulla W(illelmo) abbati inscripta. Del Giudice Not. di Morreale, Priv. p. 48 not., Pflugk-Harttung Acta III. 304 not. ad num. 333: „non Febr." (Duas bullas Willelmo Monteregalensi circa hoc tempus concessas esse, alteram „abbati", alteram „archiepiscopo" inscriptam, constare videtur. Sed cum Willelmus iam die 4. Febr. archiepiscopus nominetur, et die 5. Febr. maiore privilegio donatus sit, in clausula nostrae bullae mendum inesse epinor. Cf. bullam subsequentem. — („Cum ex iniuncto").

„ 5. „ 14833 Monasterii Monteregalensis possessessiones et privilegia confirmat et auget, bulla W(illelmo) archiepiscopo inscripta. Pflugk-Harttung Acta III. 301: „Non. Febr.", (Haec bulla iterum die 12. Febr. pro „ecclesia" Monteregalensi conscripta est, mutatis nimirum mutandis. Aliter enim his difficultatibus mederi nequeo). — „Cum ex iniuncto".

„ 5. „ 14834 (9534) Monasterium Monteregalense sedem archiepiscopalem constituit. Abbatem Guillelmum archiepiscopum consecrat, pallioque ornat atque episcopatus Catanensis metropolitam declarat. Del Giudice Not. di Morreale, Priv. p. 39, Margarini Bull. Cas. II. 197, Pirri Sic. sacr. I. 458, Migne 201 p. 1178. — „Licet Dominus".

„ 7. „ 14835 *Monasterii Beccensis privilegia confirmat, petente Osberto abbate. In bibl. nat. Paris. ms. lat. 13905. f. 2^{b}.

„ 9. „ 14836 (9535) (Guidoni) Cephaloediensi et (Stephano) Pactensi (simulque Liparensi) episcopis praecipit, ut Richardo, archiepiscopo Messanensi, obtemperent. Pirri Sic. sacr. I. 398, Migne 201 p. 1183. — „Universitatem vestram".

„ 11. „ 14837 Fratrum Maioris-monasterii concambium cum abbate S. Maglorii Parisiensi de domibus quibusdam factam et compositionem inter eos et A(lbertum) episcopum Macloviensem super Lehonensi prioratu peractam confirmat. In bibl. nat. Paris. ms. lat. 12879 (Martene Hist. de Marmoutiers) ff. 176^{b} et 183^{b}. — „Ea quae vel amicabili".

„ 12. „ 14838 Ecclesiae Monteregalensis possessiones ac privilegia confirmat augetque, bulla Guillelmo archiepiscopo inscripta. Del Giudice Not. di Morreale, Priv. p. 44: „II. id. Febr.", cf. supra 14833. — „Cum ex iniuncto".

„ 12. „ 14839 (9536) Ecclesiam S. Stephani Pratensem tuendam suscipit et eius bona ac iura, rogatu Plebani praepositi, confirmat. Ughelli It. sacr. III. 334, Migne 201 p. 1184. — „Effectum iusta postulantibus".

„ 14. „ 14840 (Iohanni) archiepiscopo Lugdunensi eiusque suffraganeis litteras dat. Neues Archiv VII. 110; vide ea quae annotavi ad ep. d. 23. Apr. 1179 datam, supra 13396. — „Audivimus et audientes".

„ 17. „ 14841 Ecclesiae S. Mauritii Augustensis patrocinium suscipit possessionesque et iura confirmat. Wirtemberg. Urkundenb. II. 228. — „Effectum iusta postulantibus".

„ 22. „ 14842 Ecclesiae S. Paulini Trevirensis patrocinium suscipit, possessionesque et privilegia confirmat, petente Alberto praeposito. Beyer M. U. II. 96. — „Pie postulatio voluntatis".

„ 23. „ 14843 (9537) Monasterii S. Michaelis Lunaelacensis protectionem suscipit, possessionesque confirmat, petente Heinrico abbate. Chronicon Lunaelacense p. 136, Pez Thes. anecd. VI. II. 34, Urkundenb. des Landes ob der Enns II. 378. — „Quotiens a nobis".

„ 25. „ 14844 (9538) Inter Kaltenbornensem et Rodensem ecclesias conciliatam a Wigmanno, archiepiscopo Magdeburgensi, et (Theoderico) electo Halberstadensi pacem confirmat. Schöttgen et Kreysig Diplomat. II. 702, Migne 201 p. 1185. — „Ea, quae in controversiam".

„ 26. „ 14845 (9539) In maiore ecclesiae Trecensis altari procurari ab extraneis sacra vetat. Camuzat Promptuarium p. 124, Lalore Coll. des cart. de Troyes V. 50. — „Ea, quae ad decorem".

1183. *(Ind. 1. — 1. Sept. — 2, pont. a. 2. — 6. Sept. — 3, 1182. —25. Mart.— 1183.)*

Febr. 27.	Velletri	14846 (9540) Parthenonem Wilbacensem tuendum suscipit et eius bona ac privilegia confirmat. Schaten Ann. Pad. I. 858, Migne 201 p. 1186. — „Effectum iusta postulantibus".
„ 27.	„	14847 Monasterii SS. Petri et Pauli Paderbornensis tutelam suscipit, bonaque et privilegia confirmat, petente Henrico abbate. Erhard Reg. Westfal. II. cod. dipl. p. 164. — „Religiosam vitam eligentibus".
Mart. 2.	„	14848 Monasterii Latiniacensis „libertates ac immunitates" quasdam confirmat. In bibl. nat. Paris. Cartul. de Lagny ms. lat. 9902. s. XVI. f. 8. — „Quotiens ab apostolica".
„ 4.	„	14849 Hugoni magistro et fratribus domus hospitalis S. Mariae Chaletensis indulget, „ut de novalibus, quae propriis manibus vel sumptibus colant, sive nutrimentis animalium nullus ab eis decimas extorquere" audeat. Lalore Coll. des cart. de Troyes I. 104. — „Apostolicae sedis benignitate".
„ 7.	„	14850 Canonicorum Braquensium possessiones quasdam confirmat. (Fragmentum male descriptum). Péchenard Hist. de Gespunsart p. 340. — „ . . . capitulum, dilecti".
„ 7.	„	14851 Monasterio S. Nicasii Remensis privilègium dat. Neues Archiv VII. 110. — „Quae monasteriis".
„ 8.	„	14852 Fratribus monasterii de Caritate concedit, ut mobilia vel immobilia, in eleemosynam eis collata, recipiant, salvis dominorum redditibus, ad quos illa pertineant. In bibl. nat. Paris. ms. lat. 16992 f. 226. — „Cum ab apostolica".
„ 9.	„	14853 Iohanni abbati et fratribus Montis S. Eligii, ad quos castri Albiniacensis maior pars pertineat, concedit, ne occasione interdicti pro delictis dominorum Albiniacensium castro impositi, eorum pars interdicatur, hominesque sacramentis ecclesiasticis priventur. Pflugk-Harttung Acta I. 309. — „Relatum est nobis".
„ 14.	„	14854 Monasterii Cavensis libertatem, possessiones, transactionem cum episcopo Capitis aquensis super ecclesiis Cilenti factam confirmat. Pflugk-Harttung Iter p. 297. — „Ea que".
„ 14.	„	14855 Matthaeum archiepiscopum Capuanum „pro B(enincasa) abbate et monachis Cavensibus" rogat, ut eorum ecclesiae S. Trinitatis, in civitate Capuana sitae, eam libertatem donet, „quam in aliis episcopatibus aliae ipsorum ecclesiae de benignitate pontificum sint adeptae". Guillaume L'abbaye de Cava, App. p. 38. — „Pro dilectis filiis".
„ 15.	„	14856 Monasterii S. Carauni tutelam suscipit, possessiones confirmat, privilegia auget. (Fragmentum. Ex testium numero nonnulli sunt eiiciendi, quippe qui culpa eius, qui diplomatarium composuit, ex bulla Alexandri III. huc translati videantur; quod nisi ita se habet, bulla inter falsas relegetur.) In bibl. nat. Paris. Cartul. de St. Cheron, ms. lat. nouv. acquis. 1409, cuius folia numeris adhuc carent.
„ 15.	„	14857 Monasterii S. Mariae Blesensis tutelam suscipit, possessionesque et privilegia confirmat, petente Iohanne abbate. Auvray Notice sur le ms. Ottobon. 2966 p. 19 in Mélanges d'arch. et d'hist. VI. — „Effectum iusta postulantibus".
„ 18.	„	14858 Monasterium Paterniacense tuendum suscipit, bonaque et privilegia confirmat, petente Iohanne priore. Zeerleder Urk. für Bern I. 125, Fontes Rer. Bern. I. 472, (Pflugk-Harttung Acta III. 304). — „Effectum iusta postulantibus".
„ 18.	„	14859 (9541) Monasterium S. Laurentii Aversanum tuendum suscipit, eiusque bona ac iura confirmat, petente Bonohomine abbate. Margarini Bull. Cas. II. 200, Migne 201 p. 1188. — „Effectum iusta postulantibus".
„ 20.	„	14860 (9542) Ecclesiam Aeserniensem, rogatu Rainaldi episcopi, tuendam suscipit et bona eius confirmat. Ughelli It. sacr. VI. 396, Migne 201 p. 1190. — „In eminenti apostolicae".
„ 25.	„	14861 *Monasterio S. Crucis Burdigalensi asserit ecclesiam Solacensem, ab Henrico Albanensi, S(ebrando) Lemovicensi, G(armundo) electo Autissiodorensi episcopis et abbate S. Martialis fratribus S. Severi abiudicatam. In bibl. nat. Paris. ms. lat. 12666 (Monasticon Benedictin. IX.) f. 161.
„ 26.	„	14862 Monasterii Compendiensis tutelam suscipit, bonaque et privilegia, petente Ansoldo abbate, confirmat. Ex bibl. nat. Paris. Coll. Moreau t. 87. f. 80 misit Delisle. In tab. nat. Paris. Chartul. S. Corn. Compend. s. XIII. LL. 1622. f. 39[b]. — „Effectum iusta postulantibus".

1183. *(Ind. 1. — 1. Sept. — 2, pont. a. 2. — 6. Sept. — 3, 1182. — 25. Mart. — 1183.)*

Mart. 26.	Velletri	14863 Monasterium S. Mariae Gualdense tuendum suscipit eiusque possessiones et iura confirmat, petente Nathan priore. Pflugk-Harttung Acta III. 305. — „Effectum iusta postulantibus".
„ 28.	„	14864 Inter fratres S. Crucis Burdegalenses et Carolum capellanum S. Michaelis super oblationibus quibusdam compositionem, ab Henrico episcopo Albanensi, ap. sed. legato, factam approbat. In bibl. nat. Paris. ms. lat. 12666 (Monasticon Benedictin. IX.) f. 116. — „Quaestiones quae concordia".
„ 28.	„	14865 Episcopo S. Andreae et aliis episcopis, abbatibus, prioribus, archidiaconis, decanis et universis praelatis per regnum Scottorum constitutis mandat, ut canonicos S. Andreae a malefactoribus quibusdam parochianis tueantur. (Pro „Vellen" leg. „Velletri"). Liber cartarum S. Andreae p. 111. — „Quoniam habundante".
„ 30.	„	14866 Ecclesiae S. Andreae apostoli in Scotia tutelam suscipit, ac disciplinam, possessiones et privilegia confirmat, petente Gualtero abbate. Liber cartarum S. Andreae p. 56. — „Effectum iusta postulantibus".
Apr. 2?	„	14867 (9543) Monasterium S. Anastasii apud Aquas Salvias tuendum suscipit et eius bona confirmat, petente Guidone abbate. Ratti St. di Genzano p. 93: „VI. non. Apr.". — „Congrua nos".
„ 13.	„	15937 Ecclesiae Torcellanae patrocinium suscipit, bonaque et iura confirmat, petente Leonardo episcopo. („XVII. kal. Mart.") Cappelletti Chiese d'It. IX. 596. — „Cum ex iniuncto".
„ 17.	„	15938 (9946) Parthenonis S. Zachariae Veneti possessiones et privilegia confirmat, petente Casota abbatissa. (Fragmentum). Cornelii Eccl. Venet. XI. 377, Migne 202 p. 1496. — „ . . . . . firma vobis".
„ 17.	„	15939 Monasterii S. Germani de Pratis Parisiensis protectionem suscipit, possessionesque et privilegia confirmat, petente Fulcone abbate. Autogr. in tab. nat. Paris. L. 233. n. 3. — „In apostolicae sedis".
„ 24.	„	15940 Ecclesiae S. Georgii Brinatensis tutelam suscipit possessionesque et iura confirmat, petente Conrado praeposito. Cop. saec. XIII. in tabul. reg. Mediol. Inter schedas Jafféi; Wiener Sitzungsber. XCIV. 685. — „Ad inrigandam nove".
„ 26.	„	15941 Ecclesiae S. Mariae de Tremosino tutelam suscipit possessionesque ac privilegia confirmat, petente Martino archipresbytero. Odorici Storie Bresciane VI. 59. — „Quotiens a nobis".
„ 27.	„	15942 Mainerio priori et conventui S. Salvii Valentianensi significat, ratam se habere divisionem parochiae S. Gaugerici, eisque asserit antiquam consuetudinem „de assumendis corporibus defunctorum" parochiae memoratae. Le Boucq Hist. de Valentienne p. 58. — „Iustis petentium desideriis".
Mart. 1.	„	15943 (9948) B(alduinum), archiepiscopum Cantuariensem, reprehendit, quod priorem fratresque ecclesiae Cantuariensis variis affecerit iniuriis, neque appellationem ad sedem apostolicam factam curaverit. Praecipit, ut „suspensionum sententias, tam in priorem quam in alios fratres promulgatas, infra 10 dies publice denunciet non tenere, et quod post primam appellationem in iuris illorum praeiudicium attemptaverit, in statum pristinum reducat". De ea, quae sequitur, epistola significat. Gervasii chronica 1187 ap. Twysden H. A. Scr. I. 1491, Opp. hist. ed. Stubbs I. 356, Stubbs Chronicles II. 22, Migne 202 p. 1498. — „Dum ad mentem".
„ 1.	„	15944 (9949) Abbatibus de Bello, de Fauresham et S. Augustini significat, superiore epistola quid archiepiscopo Cantuariensi praeceperit. Mandat haec: „si praefatus archiepiscopus infra praescriptum terminum exequi distulerit, quod mandamus, vos id executioni mandetis". Gervasii chron. 1187 ap. Twysden I. 1492, ed. Stubbs I. 358, Stubbs Chronicles II. 24, Migne 202 p. 1499. — „Veniens ad apostolicam".

1187. *(Ind. 5. — 25. Sept. — 6, pont. a. 2, 1186 — 25. Mart. — 1187.)*

Mart. 2.	Veronae	15945 (9950) Ecclesiam S. Petri Bononiensem tuendam suscipit eiusque bona et iura confirmat, Gerardo archidiacono et Huberto archipresbytero petentibus. Savioli Ann. II. 149, Migne 202 p. 1500, cf. Diekamp in Histor. Jahrb. IV. 226. — „Quotiens (a) nobis petitur".
„ 2.	„	15946 Canonicis Bononiensibus indulget, ut si quis parochianorum apud aliam ecclesiam sepulturam elegerit, in legatis eorum illis portio reservetur. Pflugk-Harttung Acta III. 336. — „Quotiens a nobis petitur".
„ 4.	„	15947 Ecclesiae Magalonensis tutelam suscipit, possessionesque et privilegia, Iohanne episcopo et Petro praeposito petentibus, confirmat, imposito canonicis unius auri unciae censu annuo. Mém. de la soc. de Montpellier V. 543. — „Quotiens a nobis".
„ 4.	„	15948 Monasterii S. Mariae de Claravalle patrocinium suscipit ac possessiones confirmat, petente Iohanne abbate. Autogr. in tabular. reg. Mediol. Ex sched. Jafféi; Wiener Sitzungsber. XCIV. 685. — „Religiosam vitam eligentibus".
„ 5.	„	15949 Monasterii S. Nicolai de Pratis (Ribomontensis) tutelam suscipit possessionesque et privilegia confirmat, petente Richardo abbate. Stein Cart. de St. Nicol. des Prés sous Ribem. p. 28. — „Religiosam vitam eligentibus".
„ 7.	„	15950 (9951) Monasterii S. Gisleni protectionem suscipit, bonaque et privilegia confirmat, petente Lamberto abbate. Reiffenberg Monuments VIII. 401, Migne 202 p. 1502. — „Religiosam vitam eligentibus".
„ 10.	„	15951 Monasterium S. Mariae de Goufer (vel Silleiense) protegendum suscipit, possessionesque et privilegia confirmat, petente Radulfo abbate. In bibl. nat. Paris. Chartul. Silleiensi ms. lat. 11059. s. XIII. f. 36. — „Religiosam vitam ducentibus (!)".
„ 11.	„	15952 Ecclesiae S. Mariae de Clavenna, Orderico fundatore eius petente, tutelam suscipit, possessiones confirmat, iura statuit. Ex cop. saec. XIII. in tabular. reg. Mediol. Inter schedas Jafféi; Wiener Sitzungsber. XCIV. 686. — „Quociens a nobis petitur".
„ 12.	„	15953 (9952) Monasterium S. Salvatoris de Trebia tuendum suscipit et eius bona iuraque confirmat. Campi Hist. di Piac. II. 370, Migne 202 p. 1505. — „Monet nos apostolicae".
„ 13.	„	15954 Ecclesiae S. Salvatoris in Colle Blanco protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat, petente Petro priore. Raffaeli Mem. di S. Esuperanzio III. 67. — „Religiosam vitam eligentibus".
„ 13.	„	15955 Fratribus Cantuariensibus concessas ab eorum archiepiscopis „oblationes et obventiones, quas affluentes populi b. Thomae contulerint", affirmat. Stubbs Chronicles II. 38. — „Cum ecclesia vestra".
„ 19.	„	15956 Aquicinctensi et S. Gisleni abbatibus mandat, curent, ne canonici Cameracenses, recipientes de tota parochia S. Gaugerici unam auri unciam annuam, nunc parochia divisa (v. supra 15658), de singulis singulas uncias exigere praesumant. Le Boucq Hist. de Valentienne p. 58. — „Ex conquestione dilecti".
„ 25.	„	15957 (Theobaldo) episcopo Passaviensi et ceteris ecclesiarum praelatis praecipit, ne ordinis Cisterciensis monasterii S. Crucis privilegia laedi patiantur. Fontes Rer. Austr. II. xi. 17. — „Quanto acceptius religiosi".
„ 25.	„	15958 Fratribus Cantuariensibus privilegia quaedam indulget. Stubbs Chronicles II. 39. „Sicut nobis imminet".
„ 26.	„	15959 Archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prioribus, archidiaconis, decanis et aliis ecclesiarum praelatis mandat, curent, „ne a fratribus Zwettlensibus de novalibus vel de aliis terris, quas propriis manibus vel sumptibus excolant, vel de nutrimentis animalium decimae quomodolibet extorqueantur". Fontes Rer. Austr. II. iii. 62 et 695. — „Quia plerumque veritatis".
„ 26.	„	15960 (9953) Petentibus Ben. magistro et fratribus cruciferis hospitalis domus Bononiensis, eorum ecclesiae tutelam suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat. Mansi XXII. 499, Migne 202 p. 1507. — „Cum antecessor tuus".
„ 27.	„	15961 (9954) Archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prioribus, archidiaconis, decanis et aliis ecclesiarum praelatis mandat, ut parochianis suis interdicant, ne a fratribus S. Crucis „de novalibus vel de aliis terris, quas propriis manibus vel sumptibus

1187. *(Ind. 5. — 25. Sept. — 6, pont. a. 2, 1186 — 25. Mart. — 1187.)*

excolunt, seu de nutrimentis animalium ullatenus decimas extorqueant". Pez. Thes. anecd. VI. ɪɪ. 42, Fontes Rer. Austr. II. xɪ. 18. — „Quia plerumque veritatis".

Apr. 3. | Veronae | 15962 Monasterii S. Mariae de S. Cruce protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat. Fontes Rer. Austr. II. xɪ. 19. — „Religiosam vitam eligentibus".

„ 8. | „ | 15963 Fratribus Cantuariensibus indulget, ut scripta super oblationibus S. Thomae, tacita veritate, a sese in eorum detrimentum obtenta, viribus careant. Stubbs Chronicles II. 40. — „Quanto nobis estis".

(„) | „ | 15964 Eisdem concedit, ut scripta, quae (Balduinus) archiepiscopus Cantuariensis, ap. sed. legatus, tacita veritate, a sese in eorum detrimentum impetraverit, viribus careant. Stubbs Chronicles II. 40. — „Etsi nobis sit".

„ 10. | „ | 15965 Archiepiscopis, episcopis, et ceteris Angliae praelatis mandat, ut privilegia ecclesiae Cantuariensi a sede apostolica indulta observent. Stubbs Chronicles II. 40. — „Non modicum videretur".

„ 28. | „ | 15966 Monasterii S. Martini Oriensis (vel Oyrensis) tutelam suscipit, possessionesque et privilegia confirmat. Baillet Chron. de St.-Martin de Huiron p. 28. — „Quotiens a nobis petitur".

Mai. 6. | „ | 15967 Ecclesiae Toletanae primatum per Hispaniarum regna eiusque iura metropolitana ac possessiones confirmat, petente Gundisalvo archiepiscopo. In sedibus episcopalibus, quae Saracenis invadentibus pastoribus destitutae sint, episcopos, in castellis vero et villis presbyteros instituendi liberam ei facultatem concedit. Boletin de la real acad. de la hist. VII. 220. — „Sacrosancta Romana et".

„ 8. | „ | 15968 Monasterii S. Martini in monte Pannoniae patrocinium suscipit, bonaque et iura confirmat, petente Simili abbate. Mon. Hung. hist. I. vɪ. 79. — „Effectum iusta postulantibus".

„ 8. | „ | 15969 (9955) B(alduino), archiepiscopo Cantuariensi, apostolicae sedis legato, praecipit, ut aedificationem novae ecclesiae abiiciat, quam monachi Cantuarienses detrimento sibi fore, cum ipso questi sint. Gervasii Imaginationes ap. Twysden H. A. Scr. I. 1318, Opp. hist. ed. Stubbs I. 58, Migne 202 p. 1509: „VIII. id. Maii"; Stubbs Chronicles II. 34: „VII. id. Maii.", (Gervasii chronica ap. Twysden I. 1496, ed. Stubbs I. 363. — „Dilecti filii nostri".

„ 9. | „ | 15970 (9956) Episcopis, abbatibus et aliis ecclesiarum praelatis per Angliam constitutis de superiore ad archiepiscopum Cantuariensem epistola significat. Haec addit: „Praecipimus, quatinus fraternitatem aut praedicationem, quam occassione illius ecclesiae archiepiscopus de novo constituit, usque ad decisionem causae in parochiis vestris nullatenus admittatis, nec praedicatores, si qui ad hoc destinati fuerint, in ipsis parochiis patiamini praedicare". Gervasii Imaginationes ap. Twysden H. A. Scr. I. 1319, Opp. hist. ed. Stubbs I. 58, Stubbs Chronicles II. 35, Migne 202 p. 1510. (Gervasii chron. 1187, ap. Twysden p. 1496, ed. Stubbs I. 364). — „Cum dilecti filii".

„ 9. | „ | 15971 (9957) B(alduino), archiepiscopo Cantuariensi, exprobrat, quod mandata sua (die 1. m. Martii data) non fecerit. Monet, obediat. De sequenti epistola addit. Stubbs Chronicles II. 35. (Gervasii chronica 1187 ap. Twysden H. A. Scr. I. 1494, Opp. hist. ed. Stubbs I. 361, Migne 202 p. 1510). — „Quanto maioris es".

„ 9. | „ | 15972 (9958) Abbates de Bello, de Fauresham et S. Augustini redarguit, quod sua mandata neglexerint. Haec addit: „si archiepiscopus Cantuariensis infra 15 dies non impleverit, quod mandamus, vos id efficaciter exequamini". Stubbs Chronicles II. 36, (Gervasii chronica 1187 ap. Twysden H. A. Scr. I. 1495, Opp. hist. ed. Stubbs I. 362, Migne 202 p. 1511). — „Grave admodum".

(„) | („) | 15973 Balduino, archiepiscopo Cantuariensi, (Honorium) priorem ecclesiae eius, a curia Romana redeuntem, commendat. Stubbs Chronicles II. 42. — „Licet adversus dilectum".

(„) | („) | 15974 Balduinum, archiepiscopum Cantuariensem, hortatur, ne iniuriis afficiat (Honorium) priorem, Haymonem, Eadmundum et Humfridum monachos Cantuarienses, qui „pro causa novae ecclesiae" (vide supra 15969) ad sese accesserint. Stubbs Chronicles II. 43. — „Licet dilecti filii".

(„) | („) | 15975 Henrico, Anglorum regi, mandat, ne (Honorium) priorem et conventum Cantuariensem „indebitis aliquorum vexationibus fatigari" sinat. Stubbs Chronicles II. 43. — „Cum Cantuariensis ecclesia".

1187. *(Ind. 5. — 25. Sept. — 6, pont. a. 2, 1186 — 25. Mart. — 1187.)*

(Mai.)	(Veronae)	15976 *Ricardo, comiti Pictaviensi, idem mandat, quod praecedenti epistola ad Henricum regem. Stubbs Chronicles II. 44.
Mai. 13.	Veronae	15977 Monasterii S. Mariae de Serena protectionem suscipit possessionesque ac privilegia confirmat, petente Recupero abbate. Soldani Hist. mon. de Passiniano p. 160. — „Religiosam vitam eligentibus".
„ 21.	„	15978 (9959) Ecclesiam Pistoriensem tuendam suscipit et eius possessiones ac iura confirmat. Zacharia Anecd. m. aev. p. 244, Migne 202 p. 1512, cf. Pflugk-Harttung Iter p. 309. — „Quoniam universalis".
„ 22.	„	15979 (9960) Monasterium S. Mariae Caesarisburgense tuendum suscipit eiusque bona, leges, iura confirmat. Gall. Chr. XI. Instr. p. 250, Migne 202 p. 1512. — „Monet nos apostolicae".
„ 25.	„	15980 (9961) Alienationes, ab episcopis Bononiensibus cum ecclesiae damno factas, irritas esse iubet. Savioli Ann. Bol. II. II. 151, Migne 202 p. 1515: VIII. kal. Iun.", (Sigonius De episc. Bonon. p. 88: „VIII. kal. Iul."). — „Ideo nobis est".
„ 26.	„	15981 (9962) Monasterii S. Blasii Admontensis patrocinium suscipit ac possessiones et privilegia confirmat, petente Isenrico abbate. Pez Th. An. III. III. 674, Zahn Urkundenb. von Steiermark I. 659, Migne 202 p. 1515. — „Officii nostri nos".
„ 26.	„	15982 (9963) Monasterii S. Mariae Neuburgensis protectionem suscipit possessionesque confirmat, petente Got(schalco) praeposito. Pez Thes. Anecd. VI. II. 40, Fischer Merkw. Schicks. v. Klosterneuburg II. 161. — „Cum omnibus ecclesiis".
„ 31.	„	15983 Ecclesiae S. Stephani Trecensis tutelam suscipit, possessionesque et privilegia confirmat. In bibl. nat. Paris. Cartul. de St. Etienne ms. lat. 17098. s. XIII.—XIV. f. 89. — „Effectum iusta postulantibus".
Iun. 1.	„	15984 Ecclesiae Vercellensis patrocinium suscipit eiusque bona, petente Alberto episcopo, confirmat. Pflugk-Harttung Acta III. 341. — „Cum ex iniuncto".
„ 1.	„	15985 (9964) Ecclesiam S. Crucis Mortariensem tuendam suscipit et eius bona ac iura confirmat, petente Nicolao praeposito. Bull. Lat. p. 56. — „Quanto eclesia".
„ 2.	„	15986 (9965) Parthenonem S. Gratae Bergomatem tuendum suscipit et eius bona ac iura confirmat, petente Eugenia abbatissa. Lupi C. D. Berg. II. 1379, Migne 202 p. 1517. — „Prudentibus virginibus".
„ 4.	„	15987 (9966) Parthenonem S. Euphemiae Mutinensem tuendum suscipit, eiusque bona ac privilegia confirmat, petente Maria abbatissa. Muratori Ant. It. III. 207, Migne 202 p. 1518. — „Prudentibus virginibus".
„ 8.	„	15988 Parthenonis S. Agathae Papiensis protectionem suscipit, possessionesque confirmat, petente Sibilia abbatissa. Autogr. in tabular. reg. Mediol. Ex sched. Jafféi; Wiener Sitzungsber. XCIV. 686. — „Cum de religionis".
„ 10.	„	15989 (9967) Ordinis Praemonstratensis privilegia quaedam confirmat. Le Paige Bibl. Praem. p. 639, Migne 202 p. 1520. — „Cum ex iniuncto".
„ 12.	„	15990 (9968) Ecclesiam S. Mariae Plavensem tuendam suscipit, eiusque possessiones et privilegia confirmat. Cornelii Eccl. Ven. X. III. 300. — „Religiosis votis annuere".
„ 23.	„	15991 Monasterii S. Trinitatis et S. Michaelis archangeli Brondoliensis, rogatu Alberti abbatis, protectionem suscipit, bonaque et iura confirmat, „salva . . . Clugiensis episcopi antiqua refectionis consuetudine semel in singulis trienniis persolvenda". Pflugk-Harttung Acta III. 342. — „Quociens a nobis petitur".
„ 23.	„	15992 Domus hospitalis S. Stephani regis Strigoniensis protectionem suscipit et possessiones, petente Nicolao magistro, confirmat, ea tamen lege, ut una auri uncia Lateranensi palatio annuatim persolvatur. Mon. Hung. hist. I. XI. 169, Knauz Mon. eccl. Strig. I. 132, (Fejér C. D. H. IV. III. 81, ubi falso bulla Urbano IV. ascribitur, et ibid. VII. V. 127). — „Religiosa loca".
„ 30.	„	15993 (9969) Ordinis Praemonstratensis leges confirmat, Hugone abbate petente. Le Paige Bibl. Praem. p. 640, Migne 202 p. 1521. (De Smet Corp. chron. Flandr. II. 789). — „In eminenti apostolicae".
Iul. 2.	„	15994 (9970) Ecclesiae Bononiensis bona, petente Gerardo episcopo, confirmat. Savioli Ann. Bol. II. II. 152, Migne 202 p. 1522. — „Sacrosancta Romana ecclesia".
„ 19.	„	15995 Canonicorum Ianuensium possessiones et iura confirmat. Pflugk-Harttung Iter p. 310. — „Quotiens a".
Aug. 25.	„	15996 (9971) Ecclesiam Tarvisinam tuendam suscipit, canonicorumque bona et privilegia confirmat. (Fragmentum). Ughelli It. sacr. V. 535, (Migne 202 p. 1524).

		1187. *(Ind. 5.—25. Sept.—6, pont. a. 2, 1186—25. Mart.—1187.)*
Aug. 25.	Veronae	15997 Ecclesiae SS. Iohannis et Faustini de Elsa possessiones et iura confirmat, bulla ad Albertum archipresbyterum. Pflugk-Harttung Iter p. 310. — „Effectum iusta".
Sept. 6.	"	15998 Hildebrando, episcopo Volaterrensi, indulget, ut rectores et presbyteri ecclesiarum, in quibus ius patronatus habet, semper cum eius assensu instituantur. Pflugk-Harttung Acta III. 344. — „Ordo rationis expostulat".
" 10.	"	15999 (9972) (Petro) electo Regino praescribit, ne sine speciali mandato apostolico ulli mortalium, nisi archiepiscopo (Ravennati) in consecratione accipienda, iuramentum praestet. Tiraboschi Mem. Mod. III. 101, Migne 202 p. 1524. — „Cum te sicut".
" 13.	"	ecclesiam maiorem consecrat. Vide tabulam ap. Ughelli It. sacr. V. 809.
" 20.	"	16000 In monasterio SS. martyrum Faustini et Iovitae vera horum martyrum corpora teneri testatur, seque falsa, quae clerici capellae Faustini et Iovitae ac Iohannes, episcopus Brixiensis, in altari posuissent, amoveri iussisse. Bravo Delle storie Bresciane IV. 12, (Doneda Dei santi martiri Faust. e Giovita p. 36). — „In eminentia sedis".
" 21.	"	16001 Parthenonis S. Pancratii Saltuclensis tutelam suscipit, bonaque et privilegia confirmat, petente Elisabetha abbatissa. Biancolini Not. stor. di Ver. V. I. 227. — „Prudentibus virginibus".
" 21.	"	16002 (9973) Ecclesiae Volaterrensis protectionem suscipit, possessionesque et iura confirmat, petente Ildebrando episcopo. Ammirato Vesc. di Fiesole p. 111, Ughelli It. sacr. I. 1443, Leoncini Ill. s. catedr. di Volt. p. 254, Pflugk-Harttung Iter p. 310. — „Cum omnibus".
" 22.	"	16003 (9974) Ecclesiae Petrocoriensis protectionem suscipit bonaque et privilegia confirmat, petente Ademaro episcopo. Dupuy L'estat de l'église du Périgord II. 66. — „In eminenti sedis".
Sept. Oct.	Ferrariae	16004 (9975) Ecclesiam Cerviensem tuendam suscipit, bonaque eius et iura confirmat, petente Thebaldo episcopo. („Dat. X. Octubris"). Fantuzzi Mon. Rav. IV. 283, (Migne 202 p. 1524). — „In apostolice sedis".
Oct. 3.	"	16005 (9976) B(alduinum), archiepiscopum Cantuariensem, apostolicae sedis legatum, acerrime reprehendit, quod et iniurias inferre monachis Cantuariensibus et sua praecepta negligere pergat. Haec minatur: „si ultra 30 dies praeceptum nostrum distuleris adimplere, nos suffraganeis tuis districte praecipiemus, ut sicut nobis obedientiam debitam subtrahis, ita ipsi tibi omnem obedientiam et reverentiam denegent". Gervasii Imaginationes ap. Twysden H. A. Scr. I. 1320, Opp. hist. ed. Stubbs I. 60, (Gervasii Chron. 1187 ap. Twysden I. 1507, ed. Stubbs I. 383), Stubbs Chronicles II. 100, Migne 202 p. 1527. — „Si usque modo".
" 3.	"	16006 (9977) (Reginaldo) Bathoniensi et (Seffrido) Cicestrensi episcopis atque abbatibus de Bello et Fauresham mandat haec: „si archiepiscopus Cantuariensis praeceptum nostrum ultra 30 dies distulerit adimplere, vos universa executioni mandetis". Gervasii chronica 1187 ap. Twysden H. A. Scr. I. 1508, Opp. hist. ed. Stubbs I. 385, Stubbs Chronicles II. 102, Migne 202 p. 1528. — „Licet fratres et".
" 3.	"	16007 (9978) Priori et conventui Cantuariensi concedit, „ut pendente lite inter eos et B(alduinum) archiepiscopum hic nullam in ecclesiam vel personas eorum excommunicationis, suspensionis vel interdicti sententiam audeat promulgare". Gervasii Imaginationes ap. Twysden H. A. Scr. I. 1319, Opp. hist. ed. Stubbs I. 59, Stubbs Chronicles II. 105, Migne 202 p. 1530. — „Cum venerabilis frater".
" 3.	"	16008 (9979) (Henricum), Anglorum regem, rogat, ne iniurias ecclesiae Cantuariensi inferri a Balduino archiepiscopo patiatur, quaeque iudices a sese constituti censuerint, iubeat. Stubbs Chronicles II. 104, (Gervasii chronica 1187 ap. Twysden H. A. Scr. I. 1509, Opp. hist. ed. Stubbs I. 387, Migne 202 p. 1530). — „Licet universos principes".
" 8.	"	16009 (9980) Sententiam, a constitutis iudicibus, abbate S. Petri Mutinensi et magistro Rolando canonico Brixiensi, latam inter ecclesiam S. Michaelis Nonantulanam et S. Martini Caucinensem, confirmat. Tiraboschi St. di Non. II. 314, Migne 202 p. 1531. — „Cum controversiae".
" 13.	"	16010 (9981) Monasterii S. Zenonis Veronensis patrocinium suscipit et possessiones privilegiaque confirmat, petente Hugone abbate. Biancolini Ser. d. Vesc. p. 78, Ughelli It. sacr. V. 810, Migne 202 p. 1532. — „Effectum iusta postulantibus".

1187. *(Ind. 5. — 25. Sept. — 6, pont. a. 2, 1186 — 25. Mart. — 1187.)*

16011 *Monasterii S. Iacobi Castellani bona ac libertatem confirmat. Muzi Mem. eccl. di Città di Castello IV. 165.

16012 *Ecclesiae S. Mariae Traiectensis (Mosae) protectionem suscipit, possessionesque confirmat. Annales de l'acad. arch. de Belgique XII. 130.

Oct. 20. Ferrariae — Moritur „XIII. Nov.", Gregorii VIII. epist. d. d. 27. Oct. ap. Watterich II. 685, Annal. Veron. 1187 in MG. SS. XIX. 5, Necrol. S. Mariae tr. Tib. in Neues Archiv XI. 101. „Infra tertium diem post festum Lucae evang., 13. kal. Octobr. (leg. Novembr.)", Gesta Henrici II., olim Benedicto Petroburg. tributa, 1187 ed. Stubbs II. 14, „Die 12 exeunte mense Octubris", tabula ap. Bellini Delle monete di Ferrara p. 6. („XIIII. kal. Novemb.", Gervasii chron. 1187 ap. Twysden H. A. Scr. I. 1510, Opp. hist. ed. Stubbs I. 388, Schiavinae Ann. Alexandr. 1187 in Hist. Patr. Mon. Scr. IV. 66. Etiam in Annal. Placent. 1186, MG. SS. XVIII. 416, pro „XIII. kal. Nov. die lunae" legendum esse „XIIII. kal. Nov." apparet ex eo, quod in secundam feriam incidit d. 19. Oct. Epist. Honorii prioris Cant. ap. Stubbs Chronicles II. 106: „in crastino festivitatis b. Lucae" i. e. 19. Oct.).

GREGORIUS VIII. 1187.

Gregorius VIII. cuivis epistolae indictionem subiecit. In bullis eius habes hanc sententiam: „Dirige me domine in veritate tua" (16025, 16029, 16030, 16052, 16053 cet.).

Testes subscripserunt:

ep. Albanensis	Henricus	a 31. Oct. ad 11. Nov. 1187
„ Ostiensis et Velletrensis	Theobaldus	a 31. Oct. ad 11. Dec. 1187
„ Praenestinus	Paulus	a 31. Oct. ad 11. Dec. 1187
pr. card. S. Mariae trans Tiberim tit. Calixti	Laborans	a 31. Oct. ad 11. Dec. 1187
„ „ SS. Iohannis et Pauli tit. Pamachii	Melior	a 31. Oct. ad 11. Dec. 1187
„ „ tit. S. Marcelli	Adelardus	a 31. Oct. ad 11. Nov. 1187
„ „ „ S. Susannae	Petrus de Bono	a 31. Oct. ad 11. Nov. 1187
diac. card. SS. Cosmae et Damiani	Gratianus	a 31. Oct. ad 11. Dec. 1187
„ „ S. Georgii ad velum aureum	Radulfus	a 31. Oct. ad 11. Dec. 1187
„ „ S. Mariae in Cosmidin	Iacinthus	a 31. Oct. ad 11. Dec. 1187
„ „ S. Nicolai in carcere Tulliano	Petrus	a 31. Oct. ad 11. Dec. 1187
„ „ SS. Sergii et Bachi	Octavianus	a 31. Oct. ad 11. Dec. 1187

Datae bullae sunt p. m.

Moysis Lateranensis canonici vicem agentis cancellarii a 31. Oct. ad 11. Dec. 1187.

1187. *(Ind. 6, pont. a. 1.)*

Oct. 21. Ferrariae — Eligitur. Vide infra ep. 16014. Annal. Veronenses 1187 in MG. SS. XIX. 5: „alio die" (post Urbani obitum). Chronic. de Mailros 1187 ap. Fell R. Angl. Scr. p. 177, ed. Stevenson p. 96: „XII. kal. Nov.". Epist. Honorii prioris Cant. ap. Stubbs Chronicles II. 106: „Feria quarta post festivitatem b. Lucae". Sicardi chron. ap. Muratori R. It. Scr. VII. 605: „apud Ferrariam". (Annal. Cavens. 1187 in MG. SS. III. 193, et Gesta Henrici II., olim Benedicto Petroburg. tributa, 1187 ed. Stubbs II. 14: „XI. kal. Octobr." corr. „Nov.").

„ 24. (..) — 16013 Universis Christi fidelibus significat, „per dissensionem Christianorum excercitum esse concisum, crucem domini captam, templarios, hospitalarios atque episcopos trucidatos, urbem regiam cum ipso rege in potestatem hostium concessisse". Hortatur ut ad ecclesiam liberandam crucem assumant; monet „ne eant in vestibus pretiosis, cum canibus atque avibus aut aliis, quae ostentationi potius aut lasciviae, quam necessariis videantur usibus inservire, sed modesto apparatu et habitu, in quo poenitentiam potius agere quam inanem affectare gloriam videantur". (Data epistola a Gregorio est

		1187. *(Ind. 6, pont. a. 1.)*
		„IV. post electionem die, nondum inaugurato"). Schiavinae Ann. Alexandr. 1187 in Hist. Patr. Mon. Scr. IV. 66. — „Nuntio cladis Hierosolimitanae".
Oct. 25.	Ferrariae	Consecratur „VIII. kal. Nov.". Chronica de Mailros 1187 l. l., Radulfus de Diceto ap. Twysden H. A. Scr. I. 636, Opp. hist. ed. Stubbs II. 50.
„ 27.	„	16014 (9982) Archiepiscopis, episcopis, abbatibus et praelatis ecclesiarum in Teutonia significat, Urbano „XIII. kal. Novemb." (20. Oct.) mortuo, se „sequenti die" (21. Oct.) creatum pontificem esse. Mandat, ut Fridericum imperatorem et proceres et universum regni Teutonici populum ad liberandam ecclesiam orientalem hortentur. P. (al. B.) subdiaconum suum et priorem de Pontid. „pro vocatione sua nuntianda" missos commendat. (Pro „feria" leg. „Ferrariae"). Pez Thes. anecd. I. III. 393, Mansi XXII. 531, Watterich II. 685, Migne 202 p. 1537. — „Inter divinae".
„ 27.	„	16015 (9983) Omnibus archiepiscopis, episcopis et ceteris ecclesiarum praelatis scribit, „ne quis ex fortuitis casibus per Romanae visitationem ecclesiae laboris sui debito frustraretur effectu, se duxisse statuendum, ut litterae Urbani III., a tribus mensibus ante ipsius obitum destinatae pro facienda iustitia et litigiis dirimendis, quae tamen manifestum alicuius praeiudicium non contineant, eundem habeant tempore suae administrationis effectum, quem habere, si adhuc viveret, debuissent". Rogeri de Hoveden annal. 1187 ap. Savile R. A. Scr. p. 365, ed. Stubbs II. 332, Manrique Ann. Cist. III. 184: „VI. kal. Nov.", cf. infra epp. 16016. 16057, (App. conc. Lat. XLIX. 2, Comp. II. L. 1. t. 2. c. 7, Mansi XXII. 532, Migne 202 p. 1538). — „Quoniam ad episcoporum".
„ 29.	„	16016 Encyclica supra notata 16015 cum hac clausula: „Dat. IIII. kal. Nov." legitur apud Stubbs Chronicles II. 111. — „Quoniam ad episcoporum".
„ 29.	„	16017 Episcopos et abbates Angliae de litteris generalibus, a sese emissis, (n. 16015) certiores reddit; „negotia tamen, quae Balduinum archiepiscopum Cantuariensem et clericos eius contingant, sub generalitate nolle se concludi" scribit. Stubbs Chronicles II. 112. — „Licet pro communi".
„ 29.	„	16018 (9984) Universis Christi fidelibus significat, propter terrae Hierosolymitanae calamitates se statuisse, „ut omnes usque ad quinquennium, saltem per omnes sextas ferias, in cibo quadragesimali ieiunent et missa ad nonam cantetur, feria vero quarta et sabbato omnes indifferenter a carnibus abstineant". Rogeri de Hoveden annal. 1187 ap. Savile R. A. Scr. 364^{b}, ed. Stubbs II. 329, Manrique Ann. Cist. III. 185, Gesta Henrici, olim Benedicto Petrob. tributa, 1187 ed. Stubbs II. 19, Mansi XXII. 531, Migne 202 p. 1539, cf. infra epp. 16022 et 16058 — „Nunquam melius superni".
„ 29.	„	16019 (9985) Universis Christi fidelibus nuntiat, „ex occassione dissensionis (inter Christianos) accessisse Saladinum cum multitudine armatorum ad partes (Hierosolymitanas) et occurentibus eis rege et episcopis et templariis et hospitalariis, baronibus ac militibus cum populo terrae, ... facta congressione inter eos et superata parte Christianorum, captam esse crucem dominicam, trucidatos episcopos, captum esse regem et universos fere aut occisos gladio aut hostilibus manibus deprehensos; ipsos quoque templarios et hospitalarios in eius oculis decollatos esse". Ad colendam virtutem liberandamque ecclesiam orientalem cohortatur. Qui iter arripuerint, eis plenam peccatorum remissionem aliaque beneficia promittit. Monet, ut in „modesto apparatu et habitu" proficiscantur. (Cf. supra ep. 16013). Rogeri de Hoveden annal. 1187 ap. Savile R. A. Scr. p. 363^{b}, ed. Stubbs II. 326, Manrique Ann. Cist. III. 185, Guillelmi Neubrig. Hist. ed. Hearne I. 321, ed. Hamilton I. 267, Gesta Henrici II., olim Benedicto Petrob. tributa, 1187 ed. Stubbs II. 15, Mansi XXII. 527, Rydberg Sverg. Trakt. I. 101, Migne 202 p. 1539, (Font. Rer. Austr. I. v. Hist. de exped. Frid. imp. p. 6): „IV. kal. Nov." Cf. infra 16034 — „Audita tremendi severitate".
„ 29.	„	16020 (9986) Monasterii S. Mariae Luccensis possessiones quasdam confirmat. Koester Gesch. d. Kl. Loccum p. 129, Hodenberg Calenberg. Urkundenb. III. 18. — „Iustis petentium desideriis".
„ 29.	„	16021 (Hartwigo) archiepiscopo et decano ecclesiae Bremensis et praeposito S. Willehadi mandat, cogant Ulricum, militem de Botmare, ut decimam quandam monasterio Luccensi iniuste ablatam reddat et de illatis iniuriis satisfaciat. Hodenberg Calenberg. Urkundenb. III. 19. — „Dilectorum filiorum".

1187. *(Ind. 6, pont. a. 1.)*

Oct. 30.	Ferrariae	16022 Eiusdem argumenti eiusdemque fere tenoris, ac supra 16018, litteras edit. Pflugk-Harttung Acta II. 395. — „Nunquam melius superni“.
„ 30.	„	16023 (9987) Monachis Ebracensibus concedit, ne quis decumarum decumas ab eis extorquere debeat. Pflugk-Harttung Acta I. 338, (Brevis notitia mon. Ebrac. p. 70, Lang Regesta I. 319). — „Cum apostolicae sedis“.
„ 31.	„	16024 (9988) Monasterii Lucellensis protectionem suscipit et possessiones iuraque confirmat, petente Wizelo abbate. Bernardini Epit. fast. Lucell. p. 257, Schoepflin Als. dipl. I. 286, Trouillat Mon. de Bâle I. 408, Migne 202 p. 1543. — „Religiosam vitam eligentibus“.
„ 31.	„	16025 (9989) Monasterium de Caritate Fuliense tuendum suscipit et eius possessiones iuraque confirmat. Gall. Chr. XIII. Instr. p. 158, Migne 202 p. 1546. — „Religiosam vitam eligentibus“.
„ 31.	„	16026 (9990) Monasterii Colbazensis protectionem suscipit bonaque et privilegia confirmat, petente Everhardo abbate. Hasselbach Cod. Pom. dipl. I. 150. — „Religiosam vitam eligentibus“.
„ 31.	(„)	16027 *Monasterii Locicrescentis (d. Vesont.) tutelam suscipit, possessionesque et iura confirmat, petente Humberto abbate. (Fragmenta). Cartul. de Lieu-croissant, Coll. Moreau 874. f. 216. in bibl. nat. Paris.
„ 31.	„	16028 Ecclesiam SS. Victoris et Iohannis de Monte (Bononiensem) tuendam suscipit eiusque bona et iura confirmat. Pflugk-Harttung Acta III. 344. — „Cum simus ad curam“.
Nov. 2.	„	16029 (9991) Ecclesiam Cremonensem tuendam suscipit eiusque bona ac iura confirmat, petente Sichardo episcopo. Sanclementii Ser. p. 261. — „In apostolicae sedis“.
„ 2.	„	16030 (9992) Monasterii S. Mariae Luccensis patrocinium suscipit possessionesque et privilegia confirmat, petente Bertoldo abbate. Hodenberg Calenberg. Urkundenb. III. 20. — „Religiosam vitam eligentibus“.
„ 2.	„	16031 Monasterii Bellae-vallis (d. Vesont.) possessiones et privilegia confirmat. Cartul. de Bellevaux, Coll. Moreau 870. f. 151 in bibl. nat. Paris. — „Religiosam vitam eligentibus“.
„ 2.	„	16032 Monasterii S. Michaelis infra Hostia tutelam suscipit, ac possessiones et iura confirmat, petente Petro abbate. Pflugk-Harttung Acta III. 345. — „Effectum iusta postulantibus“.
„ 2.	(„)	16033 *Monasterii Vallium in Ornesio tutelam suscipit, possessionesque et iura confirmat, (petente) Theobaldo abbate. Pflugk-Harttung Acta I. 339.
„ 3.	„	16034 Universis Christi fidelibus cet. ut. supra ep. 16019: „III. non Nov.“ (Encyclica haec ubique terrarum missa non uno solo die in cancellaria apostolica scribi potuit). Copia ex cod. Mus. Brit. Amst. 24, 145 fol. 75ᵇ in schedis Mon. Germ. Cf. etiam Pertz Archiv XI. 518. — „Audita tremendi“.
„ 4.	„	16035 (9993) Ordinem Calatravae eiusque possessiones confirmat, petente Nunnone magistro. Difficiones de Calatrava p. 39. — „Quoties a nobis petitur“
„ 5.	„	16036 (9994) Monasteriorum Savigneiensium iura vetera „obtentu monachorum Cistercii ordinis, qui ibi sunt instituti“, vetat imminui. (Pro „nonis Decemb.“ legendum puto „non. Novembr.“). Neustria pia p. 685, Migne 202 p. 1549. — „Cum monasterium“.
(„)	(„)	16037 Monasterium Savigneiense tuendum suscipit eiusque bona et privilegia confirmat. (Signa temporis desunt). Cart. de Savigny s. XIII. f. 165 in Arch. dép. de la Manche in St.-Lô, cf. Löher Archiv. Zeitschr. VIII. 200. — „Religiosam vitam eligentibus“.
„ 6.	„	16038 (9995) Ecclesiae S. Mariae Halberstatensis privilegia et possessiones confirmat. Pflug-Harttung Acta I. 339. — „Iustis petentium desideriis“.
„ 7.	„	16039 Alberto abbati et conventui S. Benedicti (super Padum) ecclesiam S. Agathae in episcopatu Ferrariensi asserit, donatam a L(andulfo) Ferrariensi quondam episcopo. Pflugk-Harttung Acta III. 347. — „Ea que religionis intuitu“.
„ 7.	„	16040 Parthenonis S. Anastasii Astensis tutelam suscipit, ac possessiones, iura, libertates a W(illelmo) episcopo Astensi indultas confirmat, petente Sibilla abbatissa. Miscellanea di stor. Italiana XI. 185. — „Prudentibus virginibus“.
„ 7.	„	16041 Abbates, praepositos, archidiaconos, plebanos et ceteros fideles, apud Anesum singulis annis convenire solitos, „ubi specialius ad executionem divinorum officiorum

1187. *(Ind. 6, pont. a. 1.)*

		pro defunctis et alia pietatis opera facienda se invicem verbis salubribus commonent", hortatur, ut in hac consuetudine perseverent. Urkundenb. des Landes ob der Enns II. 405. — „Pervenit ad nos".
Nov. 8.	(Ferrariae)	16042 Domui hospitali in suburbio S. Georgii (Veronensi?) privilegium dat. Pflugk-Harttung Iter p. 812.
„ 10.	„	16043 (9996) Canonicis ecclesiarum S. Vincentii et S. Alexandri Bergomatum et P. presbytero S. Agathae primam proximae Quadragesimae diem dominicam (6. Martii 1188) constituit, qua eorum controversia a sese dirimatur. Lupi C. D. Berg. II. 1381. — „Cum causa quae".
„ 10.	„	16044 (9997) Clero, potestati et populo Bergomati Lanfrancum electum episcopum commendat. Canonicorum S. Vincentii et S. Alexandri de electione episcopi ac iure cathedrae litem nunciat a sese compositum iri. Lupi C. D. Berg. II. 1383, Migne 202 p. 1549. — „Licet super vestra".
„ 11.	„	16045 (9998) Canonicis ecclesiae S. Vincentii Bergomatis concedit, quamquam eorum cum S. Alexandri canonicis controversiae diiudicationem distulerit, ut cathedralium canonicorum iuribus frui pergant. Lupi C. D. Berg. II. 1385, Migne 202 p. 1550. — „Cum discussioni".
„ 11.	„	16046 (9999) I. vicedomino Brixiensi et Al. de Palatio subdiaconis praecipit, ut alteruter L(anfranco) electo Bergomati in ecclesiam S. Vincentii ingredienti „assistat, ipsum a latere sinistro deportans". Quo de iure litem inter S. Alexandri et S. Vincentii canonicos exortam se postero tempore diiudicaturum. Lupi C. D. Berg. II. 1385, Migne 202 p. 1550. — „Licet opera".
„ 11.	„	16047 (10000) Episcopum Castellanum (Venetum) hortatur, ut canonicis S. Salvatoris ecclesiam Bartholomaei concedat. Cornelii Eccl. Ven. XIV. 114, Migne 202 p. 1551. — „Religiosis locis".
„ 11.	„	16048 Ecclesiam Ferrariensem tuendam suscipit, eiusque bona et privilegia confirmat, petente Stephano episcopo. Pflugk-Harttung Acta III. 348. — „In eminenti sedis".
„ 11.	„	16049 (Gerardo) Patavino, (Conrado) Tarvisino, (Pistori) Vicentino episcopis nuntiat, Hezelinum de Onara, nobilem virum, ob molendinum et viginti mansos monasterio Sextensi ereptos, a (Marco) episcopo Castellano et priore S. Mariae de Caritate excommunicatum esse. Mandat, faciant, ut nisi resipuerit, a Christi fidelibus evitetur. Pflugk Harttung Acta III. 349. — „Cum ad sedem".
„ 11.	„	16050 Petro decano et canonicis S. Germani Autissiodorensis indulget, ne litterae confirmationis, a canonicis S. Oportunae ante controversiam eorum diiudicatam ab ipso impetratae, ullum praeiudicium eis faciant. In tabul. nat. Paris. Cartul. de St.-Germain l'Auxerrois s. XIII. LL. 489. — „Sicut ex tenore".
„ 13.	„	16051 (Alberto) abbati et monachis S. Benedicti super Padum villam Tresentinam, a P. quondam episcopo Ferrariensi sibi vindicatam, asserit. Wiener Sitzungsber. XCVII. 64. — „Cum causam que".
„ 15.	„	16052 Ecclesiae S. Andreae apostoli (in Scotia) patrocinium suscipit, ac disciplinam, possessiones, privilegia confirmat. Liber cartarum S. Andreae p. 62. — „Religiosis desideriis dignum".
„ 16.	„	16053 Ecclesiae b. Mariae Montis-belli Bononiensis protectionem suscipit, bonaque et privilegia confirmat, petente Acurso archipresbytero. Pennotti Ord. cleric. canonic. hist. ed. Rom. p. 670, ed. Colon. p. 690. — „Monet nos apostolicae".
„ 16.	„	16054 (10001) Canonicos ecclesiae S. Salvatoris Venetae solvendis decumis liberat. Cornelii Eccl. Ven. XIV. 114, Migne 202 p. 1552. — „Cum sitis regularem".
„ 16.	„	16055 Ecclesiae S. Salvatoris Venetae facultatem oeconomi instituendi tribuit. Pflugk-Harttung Acta III. 349. — „Quanto laudabilius".
„ 18.	Bononiae	16056 (10002) Universis episcopis et archidiaconis scribit, se „tanta negotiorum frequentia diebus singulis perurgeri, ut, imbecillitate proprii corporis laborans, omnibus non possit commode superesse". Itaque mandat, „si de modicis rebus, quae infra summam viginti marcarum subsistant, in auditoriis eorum causa ventiletur, et alteruter litigantium delusorie putaverit appellandum, ut eius appellatione contempta infra fines episcopatuum eos eligere iudices compellant" cet. App. conc. Lat. XLIX. 1, Comp. I. L. 2. t. 20. c. 47, Migne 202 p. 1552: „Dat. Bononiae"; purior textus

1187. *(Ind. 6, pont. a. 1.)*

		integerque legitur in cod. 15 bibl. Alenconiensis: „Dat. Bononiae XIIII. kal. Dec. ind. VI.“ — „Vel ex malitia“ „Vel ex dolo“ „Ex dolo vel“.
Nov. 18.	Bononiae	16057 Encyclica quae supra legitur num. 16015 hanc clausulam praebet in cod. 15 bibl. Alenconienis „Dat. Bononiae XIIII. kal. Dec., ind. VI.“ Inde colligere licebit, quantum temporis encyclica illa scriptores cancellariae apostolicae occupaverit. — „Quoniam ad episcoporum“.
„ 18.	„	16058 Encyclica supra numero 16018 signata eandem temporis locique significationem ac praecedens habet: „Dat. Bononiae XIIII. kal. Dec. ind VI.“ et initium pro „Nunquam“ praebet „Non“ in cod. 15 bibl. Alenconiensis. — „Non melius superni“.
„ 20.	„	16059 Henrici archipresbyteri et canonicorum S. Michaelis Nonantulani constitutionem de numero canonicorum recipiendorum duodenario factam confirmat. Exactiones eis imponi vel excommunicari eos sine rationabili causa vetat. Pflugk-Harttung Acta III. 350. — „In his que iuste“.
„ 22.	Mutinae	16060 (10003) Ecclesiam S. Salvatoris Venetam tuendam suscipit, eiusque possessiones et privilegia confirmat, petente Gregorio priore. Cornelii Eccl. Ven. XIV. 115, Migne 202 p. 1553. — „Religiosam vitam eligentibus“.
„ 22.	„	16060a (10004) *Monachis S. Petri Mutinensis concedit, ne quis de laboribus eorum in curte de Crespollano ab iis decimas extorquere praesumat. Muratori Ant. It.III. 226. Cf. infra notam ad ep. 16065.
„ 22.	„	16061 Ecclesiae S. Mariae de Clavenna protectionem suscipit et possessiones confirmat. Ex copia saec. XIII. (al. XIV.) in tabular. reg. Mediolan. In schedis Jafféi; Wiener Sitzungsber. XCIV. 687. — „Effectum iusta postulantibus“.
„ 22.	„	16062 Michaelem abbatem S. Petri Mutinensem, cuius electio ab Ildebrando quondam cardinali (presbytero basilicae XII. apostolorum) confirmata et ab Urbano III. roborata erat, confirmat. Pflugk-Harttung Acta III. 351. — „Ex iniuncto nobis“.
„ 22.	„	16063 Monasterium S. Petri Mutinense tuendum suscipit, fratribusque indulget, ut episcopus Mutinensis tempore (Michaelis) abbatis in eos „sine ordine iudiciario ecclesiasticam sententiam proferendi facultatem“ non habeat. Pflugk-Harttung Acta III. 350. — „Ad hoc sumus“.
„ 22.	„	16064 Monasterii S. Petri Mutinensis tutelam suscipit possessionesque et privilegia confirmat. Wiener Sitzungsber. XCIV. 687. — „Ad hoc sumus“.
„ 24.	Regii	16065 (10005) Monachis S. Petri Mutinensibus concedit, ne quis de laboribus eorum in curte de Crispellano decimas ab eis extorqueat. (Muratorium Ant. It. III. 225 duas eiusdem tenoris bullas, sed diversis diebus locisque datas, ante oculos habuisse opinor, cf. 16060a; aliter censet Pflugk-Harttung Acta III. 351; vide etiam ea, quae annotat Kaltenbrunner in Wiener Sitzungsber. XCIV. 636 n. 8). — „Cura suscepti regiminis“.
„ 24.	„	16066 Abbati Morimundensi concedit, ut „iuramentum eius, cum idoneos testes vel aliam probationem legitimam exhibuerit, in negotiis coenobii minime requiratur“. Pflugk-Harttung Acta III. 352. — „Equum est et consonum“.
„ 26.	Parmae	16067 Archiepiscopos, episcopos, abbates, priores, archidiaconos et alios ecclesiarum praelatos monet, ne a fratribus Morimundensibus sicut nec ab aliis fratribus ordinis Cisterciensis de novalibus vel de aliis terris, quas propriis manibus aut sumptibus excolant, decimas vel primitias exigere sinant. Pflugk-Harttung Acta III. 352. — „Quia plerumque veritatis“.
„ 27.	„	16068 Monasterio S. Lupi Trecensis concessas ab Hattone et Mathaeo, quondam episcopis Trecensibus, ecclesias quasdam confirmat. Lalore Coll. des cartul. I. 121. — „Iustis petentium desideriis“.
„ 27.	„	16069 Ecclesiae S. Dionysii Exoldunensis patrocinium suscipit, possessionesque et privilegia confirmat, petente Geraldo decano. In Musei Brittan. Egerton Charters 113. Misit Gilbertus Dolan O. S. B. — „Quociens a nobis petitur“.
„ 28.	„	16070 (10006) Ecclesiam S. Apollenaris tuendam suscipit eiusque possessiones ac iura confirmat, petente Ieronimo priore. Tiraboschi Mem. Mod. III. 104, Migne 202 p. 1555. — „Quotiens a nobis petitur“.
29.	„	16071 (10007) Friderico Romanorum imperatori scribit, nuncios eius ad Urbanum III. de concilianda pace missos, O(ttonem) Brandenburgensem (leg. Bambergensem) episcopum et S(igefridum) abbatem Hersfeldensem, sibi „proposuisse ea, quae recepissent in mandatis“. Sed „non esse sibi visum idoneum, ut, antequam ad ecclesiam de

1187. *(Ind. 6, pont. a. 1.)*

vocatione sua imperiales apices pervenirent, aliquem deberet habere tractatum, per quem favorem imperialem appetere videatur". Addit de amore pacis suo, nam „scimus" inquit „nos nisi per magnorum auxilium malis illis occurrere (posse), quae hoc tempore in populo Christiano acciderunt". Ludewig Rel. II. 425, Watterich II. 688, Mansi XXII. 533, Migne 202 p. 1558, cf. Scheffer-Boichorst Fried. Streit m. d. Curie p. 178. — „Venientes ad nos".

Nov. 29. Parmae — 16072 (10008) Heinrico regi, „electo Romanorum imperatori", scribit, „consolationem ex litteris eius sibi accessisse, dum ita regium animum ad ecclesiae reverentiam didicerit inclinatum". Hortatur, ut „in bono proposito perseveret". „Speramus enim" inquit „quod in diebus ministrationis nostre taliter circa celsitudinem regiam Romana se gerat ecclesia, ut regia celsitudo honorem suum sibi gaudeat conservatum, et populus Christianus per contrarias voluntates eorum, quibus principaliter commissus est gubernandus, sperata non debeat utilitate frustari". Nuncios eius commendat. Ludewig Rel. II. 427, Mansi XXII. 534, Migne 202 p. 1558. — „Laborantibus nobis in".

„ „ — Concilium, in quo „statuit, ut per episcopum suum remoto appellationis obstaculo cer . . . . . r, et immunitatis ipsius interim fiant extorres, quae pro tutela clericorum et coercenda violentia laicorum noscitur instituta". V. Mansi XXII. 537 et 670.

16073 „Universis regnis et regibus et regnorum principibus cum plebe subdita" scribit, „universalem excessum universaliter meruisse flagellari in tantum, ut (Hierusalem) civitas sancta, destructa munitione et pollutis aedibus sacris et in captivitatem et mortem deductis habitatoribus, ab immundis gentibus, nemine iam renitente, possideatur". Hortatur ut ad liberandam eam crucem assumant. (Hanc encyclicam „concilio convocato" scriptam esse, tradit auctor libri De profectione Danorum in Terram sanctam apud) Langebek SS. R. Dan. V. 345; Forsch. z. d. Gesch. XVII. 620, Rydberg Sverg. Trakt. I. 105. — „Quum divina patientia".

„ 29. „ — 16074 (10013) Universis episcopis Lombardiae mandat, ut „proventibus et expensis ecclesiarum inspectis, certum in eis valeant ponere numerum clericorum et statuere, ut bona eorum veniant in commune, et in una domo vescantur, et sub uno tecto dormiant et quiescant" cet. Mon. Germ. SS. XVIII. 386. n. 24, (Comp. I. L. 3. t. 1. c. 10, Decr. Greg. L. III. t. 1. c. 9). — „Quoniam, ut ait".

„ 30. ap. Forum novum — 16075 (10009) F(olmaro) archiepiscopo Trevirensi significat, se propter „casum orientalis ecclesiae et ex aliis multis causis corda sublimium principum, imperatoris scilicet et filii eius, ad bonum per humilitatem ecclesiae provocaturum, in bona cum ipsis mansuetudine duxisse ambulandum et non contra eos humanum requirendum auxilium". Scribit eum „a domino Urbano recedentem et provinciae Trevirensis fines attingentem, durius, quam e re visum fuerit, se coepisse in episcopos et personas exercere". Interdicit ei, „ne ad excommunicationem vel depositionem personarum Trevirensis provinciae sine conscientia et licentia sua procedat". Ludewig Rel. II. 428, Watterich II. 690, Migne 202 p. 1559. — „Propositum vincit affectus".

„ 30. „ — 16076 (10010) Abbatis Tegernseensis privilegium, ab Ottone episcopo Frisingensi constitutum, corroborat. Mon. Boic. VI. 192, Hund II. 256, Migne 202 p. 1560. — „Iustis petentium desideriis".

„ 30. „ — 16077 (Gondulfo) Terdonensi, (Theobaldo) Placentino, (Sicardo) Cremonensi et (Bernardo) Parmensi episcopis et canonicis S. Domnini mandat, ut monialibus parthenonis Theodotae (Papiensis) possessiones a parochianis illicite detentas restitui iubeant. Pflugk-Harttung Acta III. 353. — „Dilectam in Christo".

Oct. Dec. — 16078 (10011) Universis Christi fidelibus significat, se creditores cogi velle, ut debitoribus et „illis praecipue, qui se vel auxilium dederint ad succursum terrae Ierosolymorum parandum unius viri, iuramenta super usuris solvendis praestita" remittant. Coll. Luc. in Baluzii Misc. III. 383, Comp. II. L. 2. t. 16. c. 4, Decr. Greg. L. II. t. 24. c. 1, Mansi XXII. 535, Migne 202 p. 1561. — „Ex administrationis".

„ „ — 16079 (10012) Universis episcopis scribit, „clerici clausa deferant indumenta; cappis sive mantellis rubeis aut viridibus non utantur, nec zendatum (al. cendale) vel aliud sericum pannum eis apponant; anulos non portent in manibus, nisi episcopus fuerit, qui habeat hoc ex officio; coronam et tonsuram habeant congruentem, ludos alearum et taxillorum prorsus et venatoriam occupationem evitent". Haec addit, „viri incisas

1187. *(Ind. 6, pont. a. 1.)*

vestes ab inferiori non habeant parte, et mulieres vestibus sumptuosis et proprii corporis longitudinem excedentibus non utantur". Comp. I. L. 3. t. 1. c. 9, Mansi XXII. 534, Migne 202 p. 1561. — „Statuimus, ut clerici".

Oct. Dec. 16080 (10014) Parthenonem S. Pauli Parmensem tuendum suscipit eiusque bona ac iura, petente Romana abbatissa, confirmat. Affò St. di Parma II. 396, Migne 202 p. 1561. — „Prudentibus virginibus".

„ „ 16081 (10015) Praeposito S. Cataldi et archipresbytero Casae maioris respondet de matrimonio O. de Casanova et S. filiae O. de Pisco, proponentis, se nec a viro cognitam nec potuisse cognosci, quod tam proprio iuramento quam testimonio septem mulierum, inspecto eius corpore, probaverit; quibus maiorem fidem adhibendam esse quam viro per iuramentum asserenti contrarium. Comp. II. L. 2. t. 10. c. 2, Decr. Greg. L. II. t. 19. c. 4. — „Proposuisti nobis, quod".

„ „ 16082 Fratres hospitalis Hierosolymitani a cuiusvis, praeterquam Romani pontificis subiectione eximit eisque exactiones aliquas imponi vetat. Amplissima privilegia addit. (Spuriam hanc bullam existimo, sed cruce eam signare dubitavi). Naberat Sommaire des priv. de l'ord. de St. Jean p. 299. — „Sane petitio vestra".

„ „ 16083 *Monasterio Cheminonensi boscum „Adam", a fratribus Vallis secretae vindicatum adiudicat, iuxta sententiam ab episcopo Tullensi et abbate Vallis (benedictae? dioec. Tullens.) latam. Barthélemy Rec. de ch. de Cheminon p. 62.

„ „ 16084 *Monasterii Cheminonensis bona confirmat. Barthélemy Rec. d. ch. de Cheminon p. 62.

„ „ 16085 *Ecclesiae S. Frigdiani Lucensis patrocinium suscipit ac privilegia confirmat. (Nisi falsa est bulla vel alii Gregorio attribuenda, in clausula „Dat. Laterani" certe corrupta est.) Pennotti Ord. cler. can. hist. ed. Rom. p. 734. — „Religiosam (vitam eligentibus").

†16086 C(onrado), archiepiscopo Moguntino, „sacrosanctae Romanae ecclesiae cardinali" ita scribit: „Ad honorem cedit et gloriam viro catholico, sponsae Christi fidelius exhibere servitia quam tyranno. Nobis quidem a certis auctoribus est auditum, quod suffraganei Maguntinensis ecclesiae F(riderico) regi contra tuam potentiam et honorem sacramenti vinculo sunt astricti. Ne desperes propterea, frater carissime, sed in solo Deo pone fiduciam et de caelo tibi veniet fortitudo". (Haec et sequens epistola a dictatore quodam Aurelianensi saec. XII ex. vel XIII. composita). Copia ex cod. bibl. caesar. Vindobon. num. 521, Sal. 413, fol. 85 in schedis soc. Mon. Germ. De codice cf. Pertz Archiv X. 558, Forsch. z. d. Gesch. VIII. 556. — „Ad honorem cedit".

†16087 „Dilecto filio et fideli suo F(riderico) Romano imperatori" haec significat: „Recordari debes, fili karissime, quod a sancta matre Romana ecclesia coronam habeas et honorem et gloriam imperatorie dignitatis. Oportebat igitur, quod in sua matri deferres filia, sed affectas, ut dicitur, et intendis minuere Col(oniensis) vel Ma(guntinae) ecclesie dignitatem. Inde est quod devotioni tue consulimus et rogamus, ut venerabili fratri nostro Col(oniensi) vel Ma(guntino) archiepiscopo tui reddas amoris oculum et sic agas cum eo de cetero, quod querela sua non debeat innovari". (Cf. notam epistolae praecedentis). Copia ex cod. bibl. caesar. Vindobon. num. 521, Sal. 413, fol. 87 in schedis soc. Mon. Germ. De codice cf. l. l. — „Recordari debes".

†16088 Phi(lippi) archiepiscopi Coloniensis devotionem erga sedem apostolicam laudat, ecclesiaeque eius angustias (a Friderico imperatore paratas) dolet. „Novimus" inquit „ad plenum, quanta tibi et ecclesiae tuae ex hoc occurant gravamina et immineant pericula, quod inclinari dedignaris .... ad consentiendum iniuriis, quae contra Dei ecclesiam ab eo exercentur, qui collatae potestatis debito ab eo repellere deberet omnes iniuriarum molestias". (Dictamen fictum). Copia ex cod. Veterocell., qui continet Bedam, in bibl. universit. Lips. fol. 137 in schedis Mon. Germ. Cf. Toeche Heinrich VI. p. 531. — „A sede apostolica".

†16089 Hinconis de Serotin, „crucisignati militis Olomucensis diocesis", et familiae eius protectionem suscipit. („Dat. Beneventi, pont. a. I.") Boczek C. D. M. I. 320. — „Sacrosancta Romana ecclesia".

Aug. 5. „ 16431 Hugonem, abbatem Cluniacensem, hortatur ad corrigendam disciplinam monasteriorum ei subiectorum. (Pro „pont. a. sexto“ lege „p. a. secundo“). Ex chartul. Cluniac. n. 66 in bibl. nat. Paris. misit Delisle. — „Cum a nobis“.

„ 13. „ 16432 Monasterii Vallis S. Georgii tutelam suscipit ac possessiones confirmat, petente C(onrado) archiepiscopo Moguntino et episcopo Sabinensi. Stumpf Acta Magunt. p. 109. — „Suscepti regimis“.

c. Sept. „ 16433 *Richardo, regi Angliae, per „litteras patentes“ concedit, ut „quoscumque ipse velit dimittere ad terras suas custodiendas, sint quieti a captione crucis et ab itinere Ierosolymitano“. Annal. Rogeri de Hoveden ap. Savile R. A. SS. p. 375[b], ed. Stubbs III. 17, cf. etiam Gesta Henrici II., olim Benedicto Petroburg. tributa, 1189 ed. Stubbs II. 90. 91.

Sept. 5. „ 16434 (10155) (Adalberto), archiepiscopo Salzburgensi, et (Dietrico), episcopo Gurcensi, atque (Bertholdo) abbati Ossiacensi mandat, iudicent inter monasterium S. Georgii et praepositum Mariaesalensem, de capella S. Donati litigantes. In tabular. Caesar. Vindob. Ex schedis Mon. Germ. Cf. Ankershofen Urkundenreg. in Archiv f. österr. Gesch.-Quellen XI. 340, Meiller Reg. arch. Salisb. p. 152. n. 52. — „Significarunt nobis“.

„ 6. „ 16435 (10106) (Adelberto), archiepiscopo Salzburgensi, mandat, parthenonem S. Georgii contra praecones ducis Carinthiae aliosque tueatur, et episcopum Brixiensem moneat, ut ablatam sororibus possessionem restitui a parochianis suis cogat. Reg. in Ankershofen Urkundenreg. in Archiv f. österr. Gesch.-Quellen XI. 340, Meiller Reg. arch. Salisb. p. 152. n. 53. (Nescio quo errore seductus Jaffé in priore Regestorum editione hanc epistolam „ex schedis Pertzii“ depromptam ad d. 10. Sept. 1188 notaverit). — „Dilecta in Christo filia“.

„ 11. „ 16436 (10156) Praeposito et fratribus ecclesiae S. Nicolai Stendalensis, rogatu Henrici comitis, concedit, „ut si dioecesanus sacramenta ecclesiastica gratis iis non indulserit, a quocunque maluerint catholico episcopo ea postulent“. Riedel Cod. dipl. Brand. I. v. 23, Migne 204 p. 1446. — „. . . . tam vestris quam“.

„ 11. „ 16437 (10157) Universis episcopis praecipit, ut „sacramenta, cum a fratribus ecclesiae S. Nicolai Stendalensis fuerint requisiti, dilatione et appellatione remota impendant“. Riedel Cod. dipl. Brand. I. v. 23, Migne 204 p. 1446. — „Etsi universarum“.

„ 12. „ 16438 Parthenonis S. Georgii in Carinthia protectionem suscipit et privilegia confirmat. Ankershofen Urkundenreg. in Archiv f. österr. Gesch.-Quellen XI. 340. — „Prudentibus virginibus“.

„ 12. „ 16439 (10158) Monasterium S. Margarethae Baumburgense tuendum suscipit, eiusque possessiones, ac privilegia confirmat, petente Marsilio praeposito. Hund III. 85, Migne 204 p. 1447. — „Quotiens a nobis petitur“.

„ 12. „ 16440 (10159) Monasterii S. Mariae Garzensis tutelam suscipit ac disciplinam, possessiones, privilegia confirmat, petente Bertoldo praeposito. Pflugk-Harttung Acta I. 348, (Lang Regesta I. 344). — „Religiosis desideriis dignum“.

„ 13. „ 16441 (10160) Praeposito et fratribus ecclesiae S. Nicolai Stendalensis rogatu Henrici comitis concedit, „ut si dioecesanus episcopus personis idoneis ab iis canonice praesentatis curam animarum illarum parochiarum, quae ad eos pertinent, non impenderit, ex tunc eam absque calumpnia teneant et in illis per se vel per capellanos libere ministrent, donec episcopus praesentatos admittat“. Riedel Cod. dipl. Brand. I. v. 23, Migne 204 p. 1448. — „. . . . tam vestris quam“.

		1189. *(Ind. 7. — 25. Sept. — 8, pont. a. 2. — 20. Dec. — 3.)*
Sept. 13.	Laterani	16442 (10161) Praeposito et fratribus ecclesiae S. Nicolai Stendalensis permittit, ut „decimas de manibus redimant laicorum et eas suis successorumque usibus libere deputent". Riedel Cod. dipl. Brand. I. v. 24, Migne 204 p. 1449. — „. . . . vobis praesentium".
„ 30.	„	16443 (10162) Bernoni episcopo concedit, ut episcopatus Meklenburgici sedes Suerini maneat. Ecclesiae possessiones confirmat. Lisch Meklenb. Urk. III. 42, Meklenburg. Urkundenb. I. 144, Hasselbach Cod. Pom. dipl. I. 165, Westphalen Mon. ined. IV. 896. — „Benedicta gloria".
„ 30.	„	16444 T(heoderico), episcopo Lubicensi, asserit „decimas novalium et aliarum rerum, quae decimari debent, civitatis ei commissae, ad eum iure pontificali spectantes". Cod. dipl. Lubic. II. Abth. I. 19. — „Cum universis christiane".
Oct. 15.	„	16445 *Ecclesiae Pennensis privilegia, petente Oderisio episcopo, confirmat. D'Avino Cenni storici p. 533.
„ 27.	„	16446 Fratribus S. Lupi Trecensis ecclesiam de Marigniaco asserit, et privilegium (Manassae) episcopo Trecensi „minus provide concessum, ut sine ipsius assensu in ecclesia memorata nova non institueretur religio", in irritum reducit. Lalore Coll. des cartul. I. 132. — „Desideriis filiorum nostrorum".
„ 28.	„	16447 Fratribus S. Lupi Trecensis concedit, „ne quisquam episcopus vel praelatus alius absque rationabili causa eos excommunicationi aut eorum ecclesiam interdicto subiicere" praesumat. Lalore Coll. des cartul. I. 134. — „Ad pacem ecclesiis".
Nov. 4.	„	16448 (10163) Al. praeposito et fratribus S. Nicolai Stendalensis concedit, „ut nulli synodum in ecclesia eorum liceat celebrare, neu quis episcopus vel praelatus eos excommunicare aut eorum ecclesiam praesumat subiicere interdicto". Riedel Cod. dipl. Brand. I. v. 24, Migne 204 p. 1449. — „. . . . dilecti in domino".
„ 4.	„	16449 Fratribus Loensibus, abbatibus S. Augustini et decano Morinensi mandat, iudicent inter praepositum canonicosque regulares de Lo et abbatem de Claromaresco, super decimatione quadam litigantes. Hollebeke Cart. de S. Pierre de Loo p. 31. — „Insinuatio prepositi et".
„ 8.	(„)	16450 *Ecclesiae S. Sophiae Beneventanae possessiones et privilegia confirmat. In tabul. S. Sophiae Benevent. Vol. II. n. 11. Dedit Bethmann.
„ 13.	„	16451 Abbati Losensi et Brugensi ac Insulensi praepositis factam inter canonicos Formoselenses et fratres hospitalis Hierosolymitanae compositionem investigandam ac stabiliendam committit. Rec. de chroniques etc. de la Flandre occid., Chron. Vormeselense p. 30. — „Proposuerunt nobis dilecti".
„ 25.	„	16452 Dunensi, Claromarescensi et Thosanensi abbatibus mandat, defendant sanctimoniales Burburgenses ab iniuriis abbatis Corbeiensis, decimationes quasdam infra et extra Isaram eis auferre conantis. Loewenfeld Epistolae p. 243. — „Insinuarunt nobis".
„ 25.	„	16453 (10164) Ger. comiti et populo Ragusino Ber(nardum) archiepiscopum, pallio ornatum, commendat. Farlati Ill. sacr. VI. 83, Mon. Hung. hist. I. xi. 175, Migne 204 p. 1449. — „Cum venerabilis".
„ 26.	„	16454 Abbati S. Salvatoris in Castello maris scribit, ne de cetero monasterii possessiones alienare audeat. Pflugk-Hartttung Acta III. 375. — „Praelatis ecclesiarum".
Dec. 5.	„	16455 Fratribus S. Victoris Parisiensibus indultum a S(tephano) quondam episcopo privilegium super ecclesiae cathedralis praebendarum fructibus ad monasterium S. Victoris pertinentibus approbat, prava et sinistra canonicorum Parisiensium interpretatione repulsa. Autogr. in tabul. nat. Paris. L. 234. n. 9. — „Ea quae a fratribus".
„ 9.	„	16456 Godescalco, abbati Valcellensi, bullam dat. Neues Archiv VII. 116. — „Piae postulatio".
„ 9.	„	16457 (Alnardo) episcopo Albigaunensi et abbatibus Tilietensi et S. Benigni (Ianuensi) mandat, ut controversiam inter ecclesiam S. Laurentii et S. Mariae Castellensis super ecclesia Modulana determinent. Scribit, canonicis Castellensibus sese mandasse, ut usque ad festum purificationis S. Mariae praepositum habeant vel procuratorem idoneum instituant. Pflugk-Harttung Acta III. 375. — „Causam que vertitur".
„ 28.	Romae ap. S. Petrum?	16458 *Ecclesiam S. Petri de Burgo Valentinensem tuendam suscipit, possessionesque et privilegia confirmat. (Clausula: „Dat. Romae ap. S. Petrum, V. kal. Ian., p. a. III." mutilata esse videtur). Chevalier Coll. des cart. Dauph. VI. i. 6.

1189. *(Ind. 7. — 25. Sept. — 8, pont. a. 2. — 20. Dec. — 3.)*

Romae 16459 (10165) Monasterii S. Quintini Bellovacensis protectionem suscipit, possessionesque et privilegia, petente Petro abbate, confirmat. Louvet Hist. de Beauvaisis I. 477, Migne 204 p. 1450. — „Piae voluntatis affectus".

16460 Monasterii S. Lupi Trecensis patrocinium suscipit possessionesque et privilegia confirmat, petente Guitero abbate. Lalore Coll. des cartul. I. 135. — „Quum sine vero" lege: „Quoniam sine vere".

16461 Gregorio, catholico omnium Armenorum, nuntiat, populos a sese monitos iam esse paratos ad ferendum Terrae sanctae auxilium. Ipse Armenos adhortetur, ut idem faciant et indulgentiis promissis fruantur. Litteras eius de rerum eventu postulat. („Scripsit hanc epistolam per exercitum et reges proficiscentes ad liberandam Hierusalem, anno tertio captivitatis eius" i. e. post 2. Oct. 1189. Has et sequentes epistolas partim in extenso, partim in extracto ex latino in linguam armenicam transtulit Nerses Lampronensis [† 1198] et in chronico suo adhuc typis non mandato recepit. Ex quo eas depromsit P. Alishan in conficiendo libro suo armenico: De descriptione Armeniae et historia Leonis I. regis", qui prodiit Venetiis 1885; sed cum legere eum nequissem, Paulus comes Riant brevem translationem epistolarum francogallicam pro me confici benigne curavit). Alishan l. l. p. 467. — „Die Züchtigung, welche von dem gerechten Gerichte Gottes dem Orient beschieden wurde".

16462 *Leonem de Montanis, principem Armeniae, rogat, ut crucesignatis auxilium porrigat. Alishan l. l.

16463 Gregorio, catholico Armeniae, librum de ritibus Romanae ecclesiae transmittit (ad exemplar Lucii III., cf. supra ep. 15340). Alishan l. l. — „Wir glauben, dass Du in Deinem Gedächtniss unvergesslich Lucius III. hast."

1188—1190.

Apr. 19. Laterani 16464 Galchero abbati et fratribus S. Theodorici Remensibus bullam dat. Neues Archiv VII. 116. — „Si quando postulatur".

„ 20. „ 16465 Galchero abbati et fratribus S. Theodorici Remensibus bullam dat. Neues Archiv VII. 116. — „Iustas filiorum".

Mai. 8. „ 16466 (9246. 10166) Archiepiscopo „de sancto Marino" (Darantasino?) respondet 1) de removendo plebano simoniace electo; 2) eum, qui ecclesiam cum assensu episcopi diocesani construxerit, ex eo ius patronatus acquirere; 3) electum praelatum, per pravitatem simoniacam reprobatum, ab episcopo dispensationem obtinere de iure non posse. Coll. Luc. in Baluzii Misc. III. 376, Mansi XXII. 563, Comp. II. L. 3. t. 24. c. 2, L. 5. t. 2. c. 9, Decr. Greg. L. III. t. 38. c. 25, L. V. t. 3. c. 27, Migne 204 p. 1494. — „Nobis fuit ex".

1190. *(Ind. 8. — 25. Sept. — 9, pont. a. 3. — 20. Dec. — 4.)*

Ian. 18. Laterani 16467 Parthenoni Longipratensi asserit possessiones et redditus, a G. comitissa Bellimontensi, fundatrice eius, donatos. Compendiosum abbat. Longi-pontis chron. p. 178, cuius menda corrigenda sunt ex autogr. in tab. nat. Paris. L. 234 n. 10. — „Dilectae in Christo".

Febr. 1. „ 16468 S. Petri Laudensi et Cerretensi abbatibus mandat, litem componant inter clericos de Mulaçan et parochianos de Darexan. Wiener Sitzungsber. XCIV. 690. — „Dilecti filii nostri".

„ 6. „ 16469 D(ietelmo) episcopo Constantiensi mandat, ut presbyterum quendam Nellingensem dimidiam partem decimae ipsius ecclesiae monasterio S. Blasii restituere cogat. Wirtemberg. Urkundenb. II. 270, Pflugk-Harttung Acta II. 396. — „Querela dilectorum".

„ 6. „ 16470 (10167) Sententiam de iure fundationis trium ecclesiarum de Chilcheim, Eimuotingen et Matra, inter Algotum, Lupultum et Theodoricum de Chilcheim et B. abbatem Steinensem latam et ab O(ttone) quondam episcopo Constantiensi probatam, confirmat. Schoepflin Hist. Zar. Bad. V. 130, Migne 204 p. 1453. — „Quotiens litigia".

„ 9. „ 16471 (10168) Abbati et conventui Cisterciensi asserit ecclesiam Schardeburgensem, a Richardo Anglorum rege donatam. Henriquez Regula p. 232, Walbran Memor. of Fountains II. I. 12, Migne 204 p. 1454. — „Iustis petentium desideriis".

„ 15. „ 16472 R. abbati de Cuuetel (Zwetl) et H. praeposito S. Ipoliti mandat, hortentur (Adalbertum) archiepiscopum Salzburgensem, ut excommunicationis sententiam in

1190. *(Ind. 8. — 25. Sept. — 9, pont. a. 3. — 20. Dec. — 4).*

monachos S. Georgii prolatam „non differat relaxare, nec eos in aliquo molestet indebite, quousque suus episcopus a Ierosolymitano itinere revertatur, cum tempore arrepti itineris omnia sua debeant sedis apostolicae protectione gaudere". Quod nisi fecerit archiepiscopus, ipsi sententiam relaxent. Archiv f. Kunde österr. Gesch.-Quel. IX. 267. — „Conquestio dilectorum".

Febr. 20. Laterani 16473 (10169) Monasterium S. Mariae Lizekense tuendum suscipit, eiusque possessiones confirmat. Gercken Stifthist. v. Brand p. 387, Riedel Cod. dipl. Brand. I. x. 78. — „Quotiens postulatur".

Mart. 7. „ 16474 (10170) Ecclesiae Eboracensis suffraganeis et universis abbatibus, prioribus et populo ac clero per provinciam constitutis, Gaufridum, fratrem Ricardi Anglorum regis, nunciat archiepiscopum Eboracensem a sese agnitum esse, „praesertim cum Alexander (III.) papa circa personam eius dispensaverit". Radulf. de Diceto Im. Hist. ap. Twysden H. A. SS. I. 653, Opp. hist. ed. Stubbs II. 78, Migne 204 p. 1454. — „Per litteras carissimi".

„ 14. „ 16475 (Miloni) archiepiscopo et (Rolando) cancellario Mediolanensi mandat, ut clericos et laicos Sarbolenses, qui duos monachos S. Petri Coeli-aurei Papienses verberaverint, tribus instrumentis et tribus equitaturis privaverint et ecclesiam quandam ad monasterium pertinentem detineant, anathematizent, donec satisfecerint. Wiener Sitzungsber. XCIV. 690: „II. non. Mart.", Pflugk-Harttungk Acta III. 376: „II. id. Mart." — „Dilectis filiis, abbate".

„ 14. („) 16476 Monasterio Silvae-maioris cellas Bellifontis, Aretoleiae et Montis-lauri asserit. In bibl. nat. Paris. ms. lat. 12751. f. 603.

„ 15. „ 16477 Petro praeposito et fratribus domus Montis Iovis asserit nemus de Ferray, a (Thoma) comite Maurianensi, de consensu B(eatricis) matris et B(onifacii) marchionis Montisferrati, tutoris eius, collatum. Mém. et doc. de la Suisse Romande XXIX. 517, Pflugk-Harttung Acta III. 376. — „Que Dei ecclesiis".

„ 19. „ 16478 Fratrum S. Victoris Caturicensium tutelam suscipit. (Fragmentum). Coll. des Cartulaires IX. 366. — „Quociens (a nobis)".

„ 21. „ 16479 Monasterii Cellae S. Mariae tutelam suscipit et possessiones confirmat, petente Mathaeo abbate. Unschuldige Nachrichten 1718 p. 6, Mencken Scr. Rer. Germ. II. 447; (Clausulam huius bullae affert Beyer Das Cistercienser Stift Alt-Zelle p. 520). — „Religiosam vitam eligentibus".

„ 24. („) 16480 *Monasterii Rastedensis bona et „monachicam institutionem" confirmat. (Notae temporis vitiosae). Hist. Mon. Rasted. c. 24 in MG. SS. XXV. 505.

„ 28. „ 16481 (10171) (Miloni), archiepiscopo Mediolanensi, et eius suffrageneis significat, se (Theobaldo), episcopo Placentino, mandasse, ut in consules Placentinos, nisi ab iniuriis in ecclesias recessissent, graviter consuleret. Hortatur, ut sententiam, quam in eosdem promulgaverit, ratam habeant. Campi Hist. di Piac. II. 371, Migne 204 p. 1455. — „Gravis et detestandae".

„ 30. „ 16482 (10172) Ecclesiae Thenensis disciplinam, bonaque ab Alberto archidiacono Leodiensi, filio ducis Lovaniensis, collata, confirmat. Martene et Dur. Vet. Script. I. 992, Miraei Opp. dipl. III. 65, Migne 204 p. 1456. — „Etsi de omnium".

Apr. 4. „ 16483 Alberto, abbati monasterii super Padum, coenobium S. Pontiani, prope Lucensem civitatem situm, ordinandum dispensandumque committit. Autogr. in tabul. regio Mediol. Ex schedis Jaffei; Wiener Sitzungsber. XCIV. 690. — „Suscepte officium dignitatis".

„ 4. „ 16484 Alberto abbati et monachis S. Benedicti Padilironensibus villam Tresent(inam) aliasque res, ab Alexandro III. papa P(resbyterino) quondam episcopo Ferrariensi abiudicatas, asserit. Autogr. in tabular. reg. Mediol. Ex schedis Jafféi; (Wiener Sitzungsber. XCIV. 690). — „Cum causam que".

„ 10. „ 16485 B(enedicto) presbytero rectori ecclesiae S. Domnini factam a Guidone archipresbytero et capitulo S. Martini Lucensis concessionem, ut habitatores domorum quarundum in parochia S. Martini divina officia audiant, repetit et confirmat. Pflugk-Harttung Acta III. 377. — „Quotiens a sede".

„ 16. „ 16486 Archiepiscopos, episcopos, abbates, principes et alios fideles hortatur, ut quae Arelatensis archiepiscopus cum consensu suffraganeorum et A(lphonsi) regis Aragonensis aliorumque nobilium virorum de tuendo Templariorum apparatu ad agriculturam

1190. *(Ind. 8. — 25. Sept. — 9, pont. a. 3. — 20. Dec. — 4).*

		necessario statuerint, observent. Alia addit. Löher Arch. Zeitschr. VIII. 104, (Regest. ap. Delaville le Roulx Doc. conc. les Templiers p. 21, et Les arch. de l'ordre de St. Jean p. 31): „XVI. kal. Maii."; Prutz Malt. Urk. p. 44: „XV. kal. Maii". — „Sicut sacra evangelii".
Mai. 11.	Laterani	16487 Abbati et fratribus S. Benigni Divionensis asserit domum hospitalem, a Dominico burgensi fundatam. Mém. de la commiss. de la Côte-d'Or VII. 170. — „Quotiens postulatur a nobis".
„ 13.	Romae ap. S. Petrum	16488 Universis Christi fidelibus. Pflugk-Harttung Iter p. 320. — „Licet indigentibus".
(..)	„	16489 Ecclesiae SS. Apostolorum Nolanae possessiones et iura confirmat. Pflugk-Harttung Iter p. 321. — „Effectum iusta".
„ 15.	(..)	16490 Fratribus S. Mariae in Portu (Ravennate) concedit, ut oblationes in quarta hebdomada Augusti inde a diluculo sextae feriae usque ad horam tertiam dominicae in ecclesia S. Claudii depositas exigant, cet. Pflugk-Harttung Iter p. 812.
„ 18.	Laterani	16491 Ecclesiae S. Mariae et omnium Sanctorum (dioc. Mediolan.) protectionem suscipit, possessionesque et privilegia confirmat, petente Iacobo priore. Torelli Secoli Agostini IV. 117. — „Locis divino cultui".
„ 25.	„	16492 (10173) Ecclesiae S. Iohannis Baptistae Rasdorfensis protectionem suscipit possessionesque ac privilegia confirmat, petente Conrado praeposito. Dronke Cod. dipl. Fuld. p. 412, Migne 204 p. 1456. Vide emendationes et nomina testium ap. Harttung Dipl. hist. Forschung. p. 508. — „Effectum iusta postulantibus".
„ 28.	„	16493 Eustachii, thesaurarii ecclesiae S. Mariae Suessionensis possessiones quasdam confirmat. Autogr. in tab. nat. Paris. L. 261. n. 112. — „Iustis petentium desideriis".
„ 30.	„	16494 Ecclesiae Claromontensis tutelam suscipit, possessionesque et privilegia confirmat, petente Willelmo praeposito. Mém. de l'acad. de Clermont-Ferrand XIX. 467, Mon. pont. Arverniae p. 368. — „Cum nobis quamquam".
„ 30.	„	16495 Fratribus S. Victoris Parisiensibus asserit praebendam in ecclesia S. Mariae. Autogr. in tab. nat. Paris. L. 234. n. 11. — „Iustis petentium desideriis".
Iun. 1.	„	16496 Monasterii S. Mariae Ioiacensis privilegia et possessiones confirmat, petente Iohanne abbate. Ex chartul. Ioiac. 5467 p. 162 in bibl. nat. Paris. Misit Delisle. — „Religiosam vitam eligentibus".
„ 3.	„	16497 Monasterio S. Victoris collata ab episcopis, decanis et canonicis Parisiensibus bona confirmat. In bibl. nat. Paris. Cartul. S. Victoris ms. lat. 14672 s. XVI. f. 48[b]. — „Quotiens a nobis".
„ 3.	„	16498 Capitulo Rotomagensi capellaniam de Blia asserit. Pflugk-Harttung Acta I. 349. — „Iustis petentium desideriis".
„ 4.	„	16499 (10174) Parthenonis S. Cosmae Taliacotiensis tutelam suscipit, ac possessiones iuraque confirmat, petente Audoisa abbatissa. Gattula Hist. Cas. p. 803, Migne 204 p. 1458. — „Quotiens a nobis petitur".
„ 4.	„	16500 (10175) Iohannis electi et ecclesiae Trevirensis protectionem suscipit, privilegiaque ac possessiones eorum confirmat. Günther Cod. dipl. Rh. Mos. I. 470, Beyer M. U. II. 141, Migne 204 p. 1461. — „Ineffabilis providentia".
„ 4.	„	16501 (10176) Monasterii de Claustro (Hemmerodensis) tutelam suscipit, et possessiones iuraque confirmat, petente Hermanno abbate. Beyer M. U. II. 143. — „Religiosam vitam eligentibus".
„ 4.	„	16502 Parthenonis S. Thomae Erlesburensis patrocinium suscipit, disciplinamque, possessiones, privilegia confirmat. Beyer M. U. II. 147. — „Prudentibus virginibus".
„ 4.	„	16503 Ecclesiae Carnotensis protectionem suscipit, possessionesque et iura confirmat, petente Gaufrido decano. In bibl. nat. Paris. Coll. Moreau t. 92. f. 21. — „Ideo sumus quamquam".
„ 4.	„	16504 Abbati S. Petri Laudensi et praeposito S. Alexandri Bergomati mandat, ut sententiam a (Willelmo) archiepiscopo Mediolanensi inter abbatem et praepositum S. Ambrosii, cum appellatio ad sedem apostolicam intercesserit, latam inquirant. Pflugk-Harttung Acta III. 377. — „Inter dilectos filios".
„ 5.	„	16505 (10177) Willelmo, episcopo Eliensi, rogatu Ricardi Anglorum regis, committit „legationis officium in tota Anglia, Wallia, tam per Cantuariensem quam Eboracensem

1190. (*Ind. 8. — 25. Sept. — 9, pont. a. 3. — 20. Dec. — 4.*)

		archiepiscopatum et in illis partibus Hiberniae, in quibus Iohannes, comes Moritoniensis, frater regis, iurisdictionem habet et dominium". Radulf. de Diceto Im. Hist. ap. Twysden H. A. SS. I. 655, Opp. hist. ed. Stubbs II. 83, Migne 204 p. 1462. — „Iuxta commendabile".
Iun. 6.	Laterani	16506 (10178) Fratrum Cartusiensium protectionem suscipit, possessionesque et privilegia confirmat. Privil. ord. Cart. fol. 3, Tromby Stor. Cart. IV. App. p. 237, Migne 204 p. 1462. — „Inter virtutum aromata".
„ 6.	„	16507 (10179) Archiepiscopis et episcopis ordinem Cartusiensem commendat. Privil. ord. Cart. fol. 3ᵇ, Tromby Stor. Cart. IV. App. p. 238, Migne 204 p. 1463. — „Cum dilectos filios".
„ 7.	„	16508 (10180) Prioribus et fratribus ordinis Cartusiensis concedit, „ne alicui de prioribus aut fratribus sine consensu capituli domus suae licentia pateat appellandi". Privil. ord. Cart. fol. 3ᵇ, Tromby Stor. Cart. IV. App. p. 238, Migne 204 p. 1464. — „Cum ab omnibus".
„ 12.	„	16509 Capitulo Morinensi bona a D(esiderio) episcopo concessa et altaria quaedam et decimas asserit. (Mutila). Duchet et Giry Cart. de Térouane p. 61. — „Iustis petentium desideriis".
		16510 Decano et capitulo Morinensi privilegium dat. (19 lineae huius privilegii iam legi nequeunt). Duchet et Giry Cart. de Térouane p. 60.
„ 17.	„	16511 (10181) Monasterio Eihamensi altaria duo asserit. Miraei Opp. dipl. IV. 29, Piot Cart. d'Eename p. 79, Migne 204 p. 1465. — „Iustis petentium desideriis".
„ 21.	„	16512 (10182) Pacem, inter canonicos S. Vincentii et S. Alexandri Bergomates reconciliatam, repetit et confirmat. Lupi C. D. Berg. II. 1411: „XI. kal. Iul."; Ughelli It. sacr. IV. 472, Migne 204 p. 1465: „IX. kal. Iul.". — „Ea, quae post discordiam".
„ 22.	„	16513 Ecclesiae Tornacensis patrocinium suscipit, et possessiones ac privilegia (in his etiam „regis Helperici concessionem", cf. MG. Dipl. Mer. p. 130) confirmat. Anal. p. s. à l'hist. eccl. de la Belgique IV. 270. — „Effectum iusta postulantibus".
Iul. 6.	„	16514 (10183) Universis abbatibus ad capitulum Cisterciense convenientibus nunciat, Malachiam in monasterio Clarevallensi sepultum, sanctorum ordinibus a sese ascriptum esse, inspecta vita eius a S. Bernardo conscripta. S. Bernhardi Opp. I. 697, Migne 204 p. 1466. — „Ideo sacrosanctam Romanam".
„ 6.	„	16515 Monasterium S. Genovefae Parisiense tuendum suscipit, bonaque et iura confirmat, petente Stephano abbate. In bibl. nat. Paris. Coll. Baluze t. 55. f. 178ᵇ. — „Licet ex suscepto".
„ 9.	„	16516 Fratribus Molismensibus indulget, ne infra ecclesiam S. Aniani Tornodorensem oratorium edificetur, sine eorum vel episcopi diocesani consensu. Pflugk-Harttung Acta I. 350, (Quantin Cart. gén. de l'Yonne II. 293). — „Iustis petentium desideriis".
„ 15.	„	16517 Monasterio Omnium sanctorum de Insula (Catalaunensi) privilegium dat. Neues Archiv VII. 116. — „Ea quae rationabiliter".
„ 23.	„	16518 Monasterii S. Romani Blaviensis tutelam suscipit, possessionesque et privilegia confirmat, petente Willelmo abbate. In bibl. nat. Paris. ms. lat. 12773. f. 86. — „Quotiens postulatur a nobis".
Aug. 2.		†16519 (10184) Bulla indulgentiarum data a Clemente papa „Viterbii IV. non. Aug., p. a. 3", quae memoratur ap. Saussey Ann. eccl. Aurel. p. 201, non Clementi III., id quod Saussey et Jaffé fecerant, sed Clementi IV. attribuenda et diei 2. Aug. 1267 illiganda est.
„ 11.	„	16520 (Adelardo) Veronensi, (Iohanni) Faventino episcopis et (Bonifacio) abbati Nonantulano mandat, diiudicent inter (Ioricum) archiepiscopum Tyrensem et plebanum S. Marci in eadem civitate. Wiener Sitzungsber. XCIV. 691. — „Sicut ex litteris".
„ 22.	Romae ap. S. Mariam maiorem	16521 Fratribus hospitalis Hierosolymitani concedit, ut „pueros, qui ad ianuas domus eorum proiiciuntur alendi seu ibidem nascuntur, causa necessitatis sine alicuius praeiudicio in pelvi vel alio vase medico baptizare" possint. Prutz Malteser Urk. p. 127. — „Etsi universorum".
Sept. 1.	Laterani	10522 (10185) Ecclesiae S. Crucis Guingampensis protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat, petente Iodoino abbate. Morice Mém. p. s. à l'hist. de Bret.

1190. (*Ind. 8. — 25. Sept. — 9, pont. a. 3. — 20. Dec. — 4.*)

I. 717, Migne 204 p. 1467. — „Piae postulationes volunt" (corr. „Piae postulatio voluntatis").

Sept. 3. Laterani 16523 (Conrado), episcopo Wormatiensi, praeposituram S. Martini Bopardiensem hac lege asserit, „ut ei non liceat, de bonis ipsius aliqua in feudum dare vel alio quolibet modo alienare". Beyer M. U. II. 153. — „Quanto maiorem gratiam".

„ 18. „ 16524 Monasterii S. Nicasii Remensis protectionem suscipit, possessionesque et privilegia confirmat. In bibl. nat. Paris. ms. lat. 12779 f. 148: „XIV. kal. Oct.", ms. lat. 12688 f. 34: „IV. kal. Oct." — „Religiosis votis annuere".

Oct. 17. „ 16525 (10186) Abbati S. Genovefae, decano et cantori Parisiensibus scribit de praebenda ecclesiae Meldensis, a P(etro) quondam episcopo Tusculanensi condita, secundum conditoris voluntatem conservanda. Du Plessis Hist. de Meaux II. 77, Migne 204 p. 1470. — „Cum bonae memoriae".

„ 19. „ 16526 (10187) Ecclesiam S. Mariae deauratae Tolosanam tuendam suscipit bonaque eius, petente B(ernardo) priore, confirmat. Gall. Chr. XIII. Instr. p. 26, Migne 204 p. 1470. — „Piae postulatio voluntatis".

„ 23. „ 16527 Ecclesiae Cephaloediensis possessiones et iura confirmat. Pflugk-Harttung Iter p. 321. — „Ex iniuncto".

Nov. 18. „ 16528 Monasterii Salemensis decimam de Muron confirmat. Weech Cod. dipl. Salemit. p. 67. — „Cum a nobis petitur".

„ 19. „ 16529 Magistri Osberti de Camera protectionem suscipit, eiusque possessiones confirmat, in his ecclesiam S. Mariae Favershamensem. Hist. mon. S. Augustini Cantuar. p. 475. — „Sacrosancta Romana ecclesia".

„ 20. „ 16530 Abbati et conventui S. Petri Glocestriensi ecclesias quasdam, cum eas vacare contigerit, earumque obventiones „dispensative indulget, non obstante dioecesani episcopi vel Lateranensis concilii prohibitione". Hist. et cart. mon. S. Pet. Gloucestriae III. 14. — „Iustis petentium desideriis".

Dec. 7. „ 16531 Fratribus S. Benedicti super Padum ecclesiam et curtem S. Caesarii, a monachis Nonantulanis iniuste vindicatas, adiudicat. Pflugk-Harttung Acta III. 378. — „Diffinitiones causarum".

„ 7. „ 16532 Monasterii S. Benedicti Padilironensis bona ac privilegia confirmat. Wiener Sitzungsber. XCIV. 691. — „Religiosam vitam".

„ 8. „ 16533 Monasterii S. Nicolai Buttenburgensis patrocinium suscipit, possessionesque confirmat, et privilegia auget, petente Wilhelmo abbate. Chronicon et cartul. S. Nicol. Furnens. p. 71. — „Religiosam vitam eligentibus".

„ 9. „ 16534 Monasterium S. Petri Balmense tuendum suscipit, eiusque bona et iura confirmat, petente Petro abbate. Monnier Recherches sur Beaume-les-Messieurs, ms. franç. nouv. acqu. 1039. s. XIX. f. 229 in bibl. nat. Paris. — „Officii nostri nos".

„ 9. „ 16535 Monasterii S. Marini protectionem suscipit, possessionesque confirmat, petente Hugone abbate. Wiener Sitzungsber. XCVII. 66, (Pflugk-Harttung Iter p. 49: S. Martini). — „Religiosam vitam eligentibus".

„ 12. „ 16536 Matthaeo abbati et fratribus S. Quintini de Insula possessiones quasdam asserit. In bibl. nat. Paris. Chartul. S. Quintini ms. lat. 12895. s. XVII. f. 10. — „Quotiens a nobis".

„ 13. „ 16537 Inter canonicos S. Victoris Parisienses et leprosos de Mongisin factum a Mauritio, episcopo Parisiensi, pactum repetit et approbat. Autogr. in tab. nat. Paris. L. 234. n. 9 bis. — „Ea quae fuerint".

16538 Monasterii S. Mariae Holmecoltramensis tutelam suscipit, possessionesque ac iura confirmat, petente Everardo abbate. Monast. Anglic. nov. ed. V. 600, Hist. and antiqu. of Westmorland II. 535. — „Religiosam vitam eligentibus".

16539 *Monasterii S. Michaelis Tornodorensis possessiones confirmat. Quantin Cart. gén. de l'Yonne II. 306.

16540 Monasterii Beccensis possessiones in Anglia sitas confirmat. (Fragmentum.) Fifth report of hist. manuscr. p. 428. — „Quotiens postulatur a nobis".

16541 *Canonicis Pisauriensibus privilegium dat. Vide Chron. Pisauri in Arch. stor. Marchigiano I. 742, ubi pro „Celestinus" legendum videtur „Clemens".

16542 *Ecclesiae Omnium sanctorum Barensis possessiones confirmat. Pflugk-Harttung Iter p. 320.

1190. *(Ind. 8. — 25. Sept. — 9, pont. a. 3. — 20. Dec. — 4.)*

16543 *Canonicis S. Michaelis Cenomanensibus capellas et redditus earum ac beneficia oblationesque confirmat, quae a Christi fidelibus post missas in altari Crucifixi cantatas eis offerantur. Bilard Analyses des docum. I. 1.

1190?

16544 Iohanni Anagnino, (tit. S. Marci presbytero card.), apostolicae sedis legato scribit, ut negotio Cantuariensi perfecto (v. 16388) quam celerrime ad sese redeat, cum Willelmi, regis Siciliae, morte valde afflictus sit et viris discretis indigeat. Mandat, „colloquatur de denario b. Petri cum Balduino, archiepiscopo Cantuariensi, et quidquid inde habere poterit, apud S. Victorem Parisius sibi studeat fideliter adportare.“ (Willelmus moritur a. 1189 d. 16. Nov.). Stubbs Chronicles II. 321. — „Cum ecclesia Romana“.

1187—1191.

16545 (10188) (Guillelmo) episcopo, et archidiacono Abrincensi (al. Eboracensi) et priori de Luc(erna) scribit de controversia P. subdiaconi Baiocensis et abbatissae S. Trinitatis Cadomensis, super ecclesia quadam litigantium. Comp. II. L. 2. t. 8. c. 2, Decr. Greg. L. II. t. 15. c. 2. — „Cum sicut accepimus“.

Laterani 16546 (10189) Episcopo Abserenti (Absorensi?) et abbati S. Andreae de Bergis respondet de poenitentia iniungenda presbytero, cuius vitio num famulus quidam mortuus sit, incertum; „in dubiis“ inquit „semitam debemus eligere tutiorem“. Coll. Luc. in Baluzii Misc. III. 368, Comp. II. L. 5. t. 6. c. 1, Decr. Greg. L. V. t. 12. c. 12, Mansi XXII. 557, Migne 204 p. 1486. — „Ad audientiam apostolatus“.

†16547 (10190) Epistola, quae legitur in Comp. II. L. 3. t. 16. c. 1 et Decr. Greg. L. III. t. 29. c. 5 ac modo Clementi III. modo Coelestino III. ascribitur, ad Innocentium III. pertinet; vide Potthast n. 500 et Friedbergii notam in Decr. Greg. l. l. — „Significavit nobis venerabilis“.

16548 (10191) Abbati (Florensi) respondet de I. canonico Acherontino, qui „infirmitate gravatus votum, ut fieret monachus, se assuerit emisisse“; additque haec: „ex quo a convertendo votum emittitur et recipitur ab abbate, talis ut fiat monachus erit compellendus“. (Epistola haec melius videtur Innocentio III. ascribenda; vide glossam in Decr. Greg. ed. Friedberg. l. l. not. 2). Comp. II. L. 3. t. 18. c. 4, Decr. Greg. L. III. t. 31. c. 13. — „Porrectum nobis ex“.

16549 (10192) Episcopo Abiensi (Albiensi?) concedit, ut in ecclesiis quibusdam, in quibus pro saecularibus clericis regulares substituti sint, „si praelati in eis tantum religiosorum numerum instituere praetermiserint, quantus ex earum proventu honeste valeat substentari, tot religiosas personas statuat, quod earum reditus sufficiant ad necessaria providenda“. Coll. Luc. in Baluzii Misc. III. 384, Comp. II. L. 3. t. 6. c. 4, Mansi XXII. 567, Migne 204 p. 1498. — „Ea noscitur“.

16550 (10193) Episcopo Alatrino respondet de muliere, petente quendam in virum, contra quam „exceptio consanguinitatis obiecta sit“; de hac prius discutiendum esse, quam super matrimonio sententia pronuncietur. Comp. I. L. 2. t. 5. c. 1, Decr. Greg. L. II. t. 10. c. 1. — „Intelleximus ex“ „Intelleximus, quod“.

16551 *Monasterii Alcobazensis protectionem suscipit, et possessiones iuraque confirmat. Memorias de litteratura Portugueza V. 312. — „Religiosam vitam“.

16552 (10194. 10264) Episcopo electo Allocensi(?) respondet, H. comitem ad obtinendam absolutionem apostolicam sedem adire ideo non esse cogendum, „quod quidam sacerdos pro eo, quod se filium regis nominare praesumpserit, et armis arreptis in Provincia seditionem fecerit et guerram, ab illo per vicos visus sit fustigari, qui postea eius mandato patibulo traditus expiraverit“. Aliam poenitentiam comiti iniungi vult. Mandat, comitem voto quodam solvat, horteturque, ut aut in propria persona Hierosolymam eat vel illuc euntibus subsidium ferat. Addit de barone quodam, qui, sacerdote necato, monachus factus sit, absolvendo. Coll. Luc. in Baluzii Misc. III. 385, Comp. II. L. 5. t. 18. c. 12, L. 3. t. 21. c. 4, Decr. Greg. L. V. t. 39. c. 23, Mansi XXII. 553. 569, Migne 204 p. 1482. 1500. — „Perpendimus ex litteris“ „Ceterum de voto“.

1187—1191.

16553 (10195) (Archi)episcopo Anconitano respondet, se „de lege, quam cives eius statuerint: „„ut si quis teneret per 30 annos possessiones alicuius ecclesiae nec reddidisset canonem constitutum, non ideo caderet a detentione possessionis““ nihil certi posse respondere, donec constitutionem illam sibi verbo ad verbum expositam destinaverit“. Comp. II. L. 1. t. 1. c. 1, Mansi XXII. 550, Migne 204 p. 1479. — „Praeterea de lege“.

16554 (10196) Episcopo Andegavensi respondet, „praevaleat semper, quod a maioris et sanioris parte consilii fuerit constitutum“. Comp. II. L. 3. t. 9. c. 1, Mansi XXII. 552, Migne 204 p. 1481. — „Fraternitatis tuae prudentiam“.

16555 (10197) (Gotifredo) patriarchae Aquileiensi respondet, ante absolutionem cum excommunicato non esse communicandum, licet iuraverit, sese mandatis ecclesiae obtemperaturum esse, vel cum offenso composuerit. De aliis eius quaestionibus super absolutione excommunicatorum addit. Coll. Luc. in Baluzii Misc. III. 369, Comp. II. L. 5. t. 18. c. 4, Decr. Greg. L. V. t. 39. c. 15, Mansi XXII. 559, Migne 204 p. 1489. — „Cum desideres“.

16556 (10198) Episcopo Aquilmari (Aquilensi? Aquinati?) de matrimonio quodam respondet, cuius contrahentes quinto consanguinitatis gradu invicem attinere a quibusdam probetur. Matrimonium permanere non posse, licet sponsus et sponsa proponant, se carnaliter cognovisse, „cum commercium carnale inter non legitimas personas matrimonium de iure facere non possit“. Comp. II. L. 2. t. 10. c. 4, Decr. Greg. L. II. t. 19. c. 6. — „Iuravit quidam, ut“.

16557 Ecclesiae S. Columbae Ariminensis protectionem suscipit possessionesque confirmat. Reg. in Tonini Rimini II. 417, Fragm. ap. Pflugk-Harttung Acta III. 379. — „Quotiens a nobis“.

16558 (10199) Episcopo Asturicensi respondet, cum „laici non debeant in canonicorum numero computari“, ut statutum in ecclesia numerum de clericorum personis idoneis suppleat. Coll. Luc. in Baluzii Misc. III. 385, Comp. II. L. 3. t. 6. c. 2, Decr. Greg. L. III. t. 7. c. 2, Mansi XXII. 569, Migne 204 p. 1500. — „In ecclesia“.

16559 (10242) Episcopo Abulensi (Avilensi) rescribit, nuptiae quo tempore celebrentur. (Solet etiam Coelestino III. attribui). Comp. II. L. 2. t. 5. c. 4, Decr. Greg. L. II. t. 9. c. 4. — „Capellanus tuus frater“.

16560 *Archiepiscopo, abbati maioris monasterii et archipresbytero Turonensibus mandat, ut canonicis S. Mariae Blesensibus „iustitiae plenitudinem“ a malefactoribus in provincia Turonensi exhiberi faciant. Auvray Notice sur le ms. Ottobon. 2966. p. 25 in Mélanges d'arch. et d'hist. VI.

16561 *Scribit „de controversia inter canonicos S. Mariae Blesenses et abbatissam S. Georgii Redonensem super ecclesia S. Crucis Guingampensi terminanda per archiepiscopum Turonensem. Auvray Notices sur le ms. Ottobonien 2966 p. 25 in Mélanges d'arch. et d'hist. VI.

16562 (10200) Episcopo Caesaraugustano respondet, faciat ut „regulares canonici et monachi, qui per simoniam ingressum, ipsis scientibus et machinantibus, habuerint, locum omnino dimittant et solitudines seu alia monasteria districtiora adeant, in quibus tam exsecrabilem excessum sine intermissione deplorent“. Coll. Luc. in Baluzii Misc. III. 378, Comp. II. L. 5. t. 2. c. 7, Decr. Greg. L. V. t. 3. c. 25, Mansi XXII. 565, Migne 204 p. 1496. — „De regularibus canonicis“.

16563 (10201) Archiepiscopo Cantuariensi scribit, non dirimendum esse matrimonium B. militis, qui cum mulierem per 25 annos tenuerit uxorem, ab ea separari cupiat, asserens „se adinvicem quinto consanguinitatis gradu attingere, et adiiciens, se ob hanc causam a G. (Thoma?) praedecessore in primo nuptiarum anno“ excommunicatum esse. Coll. Luc. in Baluzii Misc. III. 384, Comp. II. L. 4. t. 12. c. 1, Mansi XXII. 554. 567, Migne 204 p. 1484. — „Ex litteris tuae“.

16564 (10202) Archiepiscopo Casselensi (Cassiliensi in Hispania) respondet, „a pontificibus generatos, dummodo legitimo matrimonio sint procreati, nec aliud canonicum obviat, licite posse in sacris ordinibus ordinari, et in eisdem ecclesiis, in quibus possint, vel etiam praefuerint generatores eorum, beneficium obtinere“. Coll. Luc. in Baluzii Misc. III. 379, Comp. II. L. 1. t. 9. c. 3, Decr. Greg. L. I. t. 17. c. 12, Mansi XXII. 566, Migne 204 p. 1497. — „Ad hoc ex“ „Ad haec ex“.

1187—1191.

16565 Monasterii S. Walburgae Cestriensis protectionem suscipit, bonaque et privilegia confirmat, petente Roberto abbate. Monast. Anglic. nov. ed. II. 388, Ormerod The hist. of Cheshire sec. ed. I. I. 285. — „Quoties id a nobis“.

16566 *Canonicis Cisoniensibus indulget, ut „in eorum bona, qui apud eos religionis institutum arripiant, possint succedere“. Buzelini Gallo-Flandria p. 366.

16567 Archiepiscopo cuidam mandat, ut episcopum Clariensem (al. Dariensem), suffraganeum suum, qui in vigilia assumptionis b. Mariae virginis clericum in presbyterum ordinaverit, excommunicatos in communione sua receperit et Iohannem presbyterum de Villamor anathematizatum divina officia celebrare permiserit, munere suspendat et ad sedem apostolicam transmittat. (Rectene ascribatur Clementi III. non satis constat ac prima verba „Cum in dandis“ vel „donandis“ per errorem in caput decretalis translata videntur). Comp. II. L. 1. t. 7. c. 1. — („Cum in dandis“ „Cum in donandis“) „Tua quidem significatione“.

16568 (10203) (Gilbertum) episcopum Claromontanum iuramento „ante consecrationem in damnum episcopalis iuris et dignitatis canonicis ecclesiae praestito“ solvit. Comp. II. L. 1. t. 3. c. 4, Mansi XXII. 565, Migne 204 p. 1496. — „Cum te audierimus“ „Cum te audiremus“.

16569 Monasterio Cluniacensi asserit capellam in civitate Tuscanensi, concessam a Iohanne, Tuscanensi episcopo. Epist. Innoc. III. ed. Baluzius II. 851, ap. Migne 216 p. 1338, Bull. Cluniac. p. 102. — „Iustis petentium desideriis“.

16570 (10204) R. canonico Coloniensi, „in arte physica erudito, qui pluribus exhibuit cum diligentia medicinam, licet pluries in contrarium successerit et quibus putabat adhibere medelam, medicinis perceptis mortis periculum incurrerint“, suadet, ne „ad maiores sacros ordines ascendat, si super praemissis conscientia eum remordeat“. Coll. Luc. in Baluzii Misc. III. 377, Comp. II. L. 1. t. 8. c. 2, Decr. Greg. L. I. t. 14. c. 7, Mansi XXII. 636, Migne 204 p. 1505. — „Ad aures nostras“.

16571 (10205) Clero Constantinopolitano (an corr.: Compostellano?) concedit, „ne aliquis eorum a quocumque in civili vel criminali negotio, nisi in foro ecclesiastico, impetatur, nec per saecularem personam carceri vel vinculis, nisi ab archiepiscopo eiectus fuerit ex ordine clericali, mancipetur, nec in officio suo gravamen patiatur; ne vicarius regis iis iniuriam praesumat inferre“ cet. Comp. II. L. 2. t. 1. c. 1, Decr. Greg. L. III. t. 7. c. 4. — „Auctoritate apostolicae sedis“.

16572 (10206) Episcopo Eliensi concedit, ut clericos, qui suspensi vel interdicti vel excommunicati ecclesias dimittant et „se conferant ad mercimonia laicorum“, si commoniti a turpibus actibus revocari nequeant, excommunicationi subiiciat. Ita addit: „Ex quo electionis confirmationem accepisti, de talibus, praeter ea, quae maioris inquisitionis discussionem et ministerium consecrationis desiderant, statuendi liberam habeas facultatem“. (Alias Coelestino III. tribuitur). Comp. II. L. 1. t. 3. c. 7, Decr. Greg. L. I. t. 6. 15. — „Transmissam dudum“ „Transmissam iam“.

16573 (10207) Episcopo Exosonen. (Exoniensi?) significat, se fratribus quibusdam praecepisse, ut iura eius conservent. Addit de privilegiis fratribus iisdem concessis. (De fratribus hospitalis vel templi Hierosolymitani agi hoc privilegio opinor). Comp. II. L. 3. t. 26. c. 2. — „Litteras tuae fraternitatis“.

16574 (10208) Praeposito Falc . . . . respondet, „clericos, qui arma militaria, relicto habitu clericali, gestare nullatenus erubescant, si fuerint a praelatis suis tertio commoniti et noluerint arma deponere, de privilegio clericorum (subsidium aliquod) habere non debere“. Coll. Luc. in Baluzii Misc. III. 373, Comp. II. L. 5. t. 18. c. 14, Decr. Greg. L. V. t. 39. c. 25, Migne 204 p. 1492. — „In audientia nostra“.

16575 (10209) „Consulibus et populo Genuae“ (immo episcopo cuidam) mandat, ut D. subdiacono, qui puerum invitus necaverit, „per aliquod tempus ab ordinis suscepti executione suspenso, ipsum in eodem postea ministrare permittat; ad maiores autem ordines“ inquit „ne scandalum populo dei generetur, nequaquam ascendet, nisi forte ad monasterium, seu canonicam regularem circa ipsum de suspensis ordinibus fiat dispensatio et ordinatori suo visum fuerit faciendum“. Coll. Luc. in Baluzii Misc. III. 378, Comp. II. L. 5. t. 6. c. 4, Migne 204 p. 1496. — „Suggestum est auribus“.

16576 *Odoni Novariensi, olim abbati monasterii cuiusdam Iaderensis („de civitate Thaderae in Sclavonia“) licentiam dat manendi in parthenone SS. Cosmae et Damiani

1187—1191.

Taliacotiensi, Aduhisia abbatissa per Bernardum nepotem petente. (Fortasse eodem tempore data est epistola quo bulla supra 16499). Vide processum informat. de vita S. Odonis in Analectis Bollandianis I. 327.

16577 Iudaeis „protectionis suae clipeum indulget", cet. ut supra num. 13973. (Etiam Clementem III. ad exemplar Alexandri III. hoc decretum pro Iudaeis innovasse, certo probatur epistola Innocentii III. apud Potthast n. 834. Attamen nomen Clementis, quod in capite decretalis praebent Compilatio II. L. 5. t. 4. c. 3 et Decretum Greg. L. V. t. 6. c. 9, aut errore aut proprio Marte a librario pro nomine Alexandri positum esse opinor; constat enim Iohannem Galensem, auctorem Compilationis II., non ex paparum regestis, sed ex canonum collectionibus ante eum compositis hausisse, quae in capite de Iudaeis omnes ad unam Alexandri nomen prae se ferunt; et Raymundum a Peñaforte, auctorem Decreti, Iohannem Galensem exscripisse manifestum est; tertio monendum est, in omnibus Compilationis et Decreti codicibus mss. de Calixto et Eugenio praedecessoribus tantummodo loqui papam, sc. Alexandrum; qui, si fuisset Clemens III., nomen Alexandri illis adiungere debuisset. Contigit igitur hoc loco, id quod non ita raro evenire solet, librarium quidem errasse, neque tamen falsum aliquòd dixisse). — „Sicut Iudaeis" „Sicut Iudaei".

16578 (10210) Episcopo Livoniensi eiusque sociis concedit, ut „his cibis cum modestia et gratiarum actione utantur, qui iis ab ipsis infidelibus apponantur" et „ut quicumque viri, monachi seu clerici, idonei ad nuntiandam gentibus evangelicam veritatem, requisita et habita suorum praelatorum licentia, si voluerint iis adhaerere, id exequendi liberam habeant facultatem". (Fragmentum). Coll. Luc. in Baluzii Misc. III. 383, Comp. II. L. 5. t. 4. c. 4, Decr. Greg. L. V. t. 6. c. 10, Mansi XXII. 566, Migne 204 p. 1497. — „Quam sit laudabile".

16579 (10211) (Iohannem) archiepiscopum Lundimensem (Lugdunensem) hortatur, si quis clericorum de Gual. ab episcopo Lingonensi ad eum appellaverit, appellationem non ante admittat, quam constiterit „eam vel a gravamine vel iniusta condemnatione porrectam; alioquin ipsum ad praedicti episcopi audientiam remittat". Coll. Luc. in Baluzii Misc. III. 385, Comp. II. L. 2. t. 19, c. 11, Decr. Greg. L. II. t. 28. c. 38, Mansi XXII. 570, Migne 204 p. 1501. — „Cum in ecclesia".

16580 (10212) (Iohanni) archiepiscopo Lugdunensi respondet, duas quasdam ecclesias conventuales impediri non debere, quominus possessiones, et partim pecunia quidem, permutent. Coll. Luc. in Baluzii Misc. III. 375, Comp. II. L. 3. t. 13 c. 2, Decr. Greg. L. III. t. 19. c. 6, Mansi XXII. 563, Migne 204 p. 1493. — „Ad quaestiones solvendas".

16581 (10213) Praeposito S. Mariae Magdeburgensi chirothecarum usum concedit. Ludewig Rel. II. 407, Migne 204 p. 1471. — „Ad universalis ecclesie".

16582 Heremum de Monte-boum eiusque bona tuenda suscipit ac confirmat. Decimas de novalibus vel de nutrimentis animalium a fratribus exigi vetat. In tabul. nat. Paris. Cartul. S. Victoris s. XIII. LL. 1450. f. 151ᵇ. — „Quociens a nobis".

16583 (10214) Monasterii S. Dionysii de Nogento protectionem suscipit, bonaque ac privilegia confirmat, petente Simone priore. Bullar. Cluniac. p. 92, Migne 204 p. 1472. — „Religiosis desideriis dignum".

16584 (10215) Monachis quibusdam (Nonantulanis?) scribit, ut Gand. (al. Wa.) acolytho beneficium restituant ablatum pro eo, „quod a Gisla muliere petebatur in virum". (Agitur fortasse de Pagano clerico, supra in epistola Gregorii VIII. 16090 memorato). Comp. I. L. 3. t. 3. c. 7, Mansi XXII. 549, Migne 204 p. 1477. — „Querelam Gand" „Querelam Wa."

16585 (10216) Abbatibus de Oseneia et de Heber. et priori S. Fridae mandat, ut capellam de Upetone matrici ecclesiae de Tarente restituant. Comp. II. L. 1. t. 2. c. 8, Decr. Greg. L. I. t. 3. c. 12. — „Ex parte S."

16586 (10217) Mauritio, episcopo Parisiensi, hoc privilegium asserit, ut quotiescumque decanatus vacaverit, reditum eius percipiat. Theodori Poenitentiale II. 640, Migne 204 p. 1475. — „Ex quodam scripto".

16587 (10218) Petente Mauritio, episcopo Parisiensi, concordiam inter Stephanum quondam episcopum et Theobaldum archidiaconum compositam conservari iubet. (Fragmentum). Theodori Poenitentiale II. 718.

1187—1191.

16588 (10219) Mauritio episcopo (Parisiensi) scribit, mirari se, quod archiepiscopus Senonensis parochianos eius, „eo nesciente et inrequisito ad alios iudices mittat, interdum et propriae sententiae definitionem condemnet“. Concedit ei, „ut liceat ei sententiam salva appellatione promulgatam ipso iure proponere, et parochianis, ne coram iudicibus sic datis respondeant, prohibere“. Theodori Poenitentiale II. 563, Collection des Cartulaires IV. 32, Migne 204 p. 1476. — „Cum ex auctoritate“.

16589 (10220) Quibusdam scribit, postquam inter B. (al. H.) civem Pisanum et M. (al. Em.) mulierem propter consanguinitatem sententiam divortii tulerint, ut virum ad restituendam mulieri totam dotem adducant. Comp. II. L. 4. t. 14. c. 1, Decr. Greg. L. IV. t. 20. c. 3. — „De prudentia vestra“.

16590 (10221) Petente Alphonso, Castellae rege, in civitate Placentina, „de manu Hismaelitarum adquisita“, sedem episcopalem constituit, dioecesimque a rege institutam confirmat. Fernandez Hist. de Plasencia p. 23, Horoy Med. aevi bibl. patr. II. Epp. Honor. III. p. 83, Migne 204 p. 1476, cf. Schirrmacher Gesch. Castiliens p. 243 n. 3. — „Tunc Dei beneplacitum“.

16591 (10222) Archiepiscopo Ravennati mandat, ut R. presbytero, „qui credens se obsequium praestare Deo sibi fecerit virilia amputare, si eum alias Deo dignum invenerit, sacerdotale ministerium absque omni altaris ministerio concedat“. Comp. II. L. 3. t. 5. c. 1, Decr. Greg. L. I. t. 20. c. 4. — „Signficavit nobis R.“

16592 (10223) Archiepiscopo Remensi mandat, abbatem S. Vedasti Atrebatensem et capitulum cogat, „ut in redditibus aequivalentibus ecclesiae cum eiusdem personatu, quae C. nepoti et acolyto ipsius promissa et postmodum fuerit alii assignata, satagat providere“. (Solet etiam Coelestino III. attribui). Comp. II. L. 3. t. 7. c. 4. — „Insinuavit nobis dilectus“.

16593 (10224) H. abbati de Risebi et abbati de Crismeb. scribit de „R. canonico regulari de Grimesbi de crimine impetito“, cui „quorundam instinctu purgatio tertiae manus fuerit malitiose indicta, cum non deberet purgationem huiusmodi pro unius tantum voce subire“. Comp. II. L. 5. t. 15. c. 1. — „Veniens ad nos R.“

16594 (10225) (Walterio), archiepiscopo Rotomagensi, respondet, „illorum appellationi non esse deferendum, qui occasione promissionis sibi factae super ecclesiis non vacantibus, cum, eis praetermissis, vacantes postmodum ecclesias intelligant aliis conferendas, in vocem appellationis erumpant; nam promissiones huiusmodi in concilio Lateranensi prohibitas esse“. Coll. Luc. in Baluzii Misc. III. 384, Comp. II. L. 3. t. 7. c. 3, Mansi XXII. 568, Migne 204 p. 1499. — „Ea noscitur“.

16595 (10226) Episcopo Segociensi (Segoviensi; al. Civitatensis ecclesiae capitulo) respondet, „Iudaeos, vel Saracenos, ad fidem Christianam conversos, suis uxoribus cohabitare valere, quas in secundo, tertio et quarto gradu sibi, dum fuissent in infidelitate positi, matrimonialiter copularint; non tamen ad hoc esse cogendos; caeterum ipsis (uxoribus) viventibus et volentibus remanere, cum aliis contrahere non debere; si in odium fidei Christianae recesserint, alias ducere minime prohibeantur“. Coll. Luc. in Baluzii Misc. III. 374, Comp. II. L. 3. t. 20. c. 1, Mansi XXII. 553, 562, Migne 204 p. 1482, 1493. — „Interrogatum nobis“ „Interrogatum est“.

16596 (10227. 10272) Episcopo Seguntino respondet, si laici de rebus ecclesiasticis nolint testimonium perhibere, licet iuxta rigorem canonum unius testimonio non sit standum, unius clerici iuramento tribui fidem debere. Permittit, ut „illos, qui valetudine praepediti pro absolutionis beneficio ad sedem apostolicam nequeunt laborare, recepto ab eis, sicut moris est, iuramento, absolvat“. Ecclesias „sanguinis vel seminis effusione pollutas, civitatis clericis convocatis et cum processione et aquae benedictae aspersione, prout in Ordinario habeatur adscriptum, emundari“ iubet. Iudicium de iis, qui clericis levem iniuriam intulerint, ei relinquit. Manrique Ann. Cist. III. 223, Coll. Luc. in Baluzii Misc. III. 374, Comp. II. L. 2. t. 13. c. 1, L. 5. t. 18. c. 6, Decr. Greg. L. II. t. 21. c. 5, L. V. t. 39. c. 17, Mansi XXII. 452. 562, Migne 204 p. 1492. — „Pervenit ad nos, quod“.

16597 (10228) Episcopo cuidam respondet de „G. clerico et aliis duobus ex eius dioecesi, qui ad G. quondam Seguntinum episcopum accedentes diaconatus et subdiaconatus ordinem clandestine susceperint, licet ab eodem episcopo sub excommunicationis sententia fuisset inhibitum, ne quis se ad duos ordines suscipiendos ingereret“. De

1187—1191.

poenitentia eis iniungenda addit. Comp. II. L. 5. t. 12. c. 2, Decr. Greg. L. V. t. 30. c. 3. — „Innotuit nobis ex".

16598 (10229) Waldemaro, episcopo Slesvicensi, asserit quam „Canutus rex Daniae, consanguineus eius, ei et successoribus libertatem concessit, ut tam villici quam coloni ab omni gravamine regio vel officialium suorum liberi maneant et immunes; in cognitionibus quoque et executionibus, quae prius per officiales regios tractari solebant, nunc nemini respondeant, sed eius proprio sint mandato subiecti, nec ullius seculari posthac sint subiecti potestati". Cypraei Annal. ep. Slesv. p. 202, Westphalen Mon. ined. III. 279. — „Intelleximus, quod".

16599 (10230) Archiepiscopo Suront. (Surrentino) mandat, praecipiat P. de Rigali, ut A. uxorem, quam eius consanguinei levi ex causa a viro separare conati sint, „sicut uxorem propriam maritali affectione pertractet, et carnale debitum et ab ea licenter exigat et persolvat". Coll. Luc. in Baluzii Misc. III. 386, Comp. II. L. 4. t. 6. c. 2, Decr. Greg. L. IV. t. 11. c. 5, Mansi XXII. 572, Migne 204 p. 1503. — „Contracto matrimonio".

16600 (10231) Decano Cama. Cen. (Tarvanensi?) scribit „ecclesiasticas personas, cum ecclesias (in dioec. Morinensi) vacare contingat, non aliter quemquam ad ipsarum regimen velle vocare, nisi aut novum censum ecclesiis illis imponant, aut veterem augmentent, ad ipsius solutionem instituendum presbyterum iuratoria vel fideiussoria cautione cogentes, quandam etiam partem reddituum suis usibus applicent". Mandat, ut talia impediat presbyterosque, si iuramenta illicita praestiterint, absolvat. Coll. Luc. in Baluzii Misc. III. 388, Comp. II. L. 3. t. 25. c. 4, Decr. Greg. L. III. t. 39. c. 15, Mansi XXII. 573, Migne 204 p. 1504. — „Gravis admodum".

16601 Termulano et Carinensi episcopis scribit de B. presbytero, qui quia innocentem quendam excommunicare noluerit, ab episcopo Treventino incarceratus, et cum poenam quatuor romenatorum solvere nequiverit, ab ecclesiae vicedomino officio beneficioque privatus sit. Quod si ita sit, mandat ut ei ablata restitui faciant. Neues Archiv VI. 293. — „Ex conquestione B."

16602 (10232. 10247) Abbati S. Thomae (al. Episcopo Meldensi) rescribit de matrimonio Thomasii (al. Theophili), qui antequam uxor propter adulterium abiecta decesserit, aliam superinduxerit et cum ea XII. annos vixerit; ab hac eum separandum esse, sed indicta poenitentia, aliam in uxorem ducere ei licere. Coll. Luc. in Baluzii Misc. III. 369, Comp. II. L. 4. t. 5. c. 1, Decr. Greg. L. IV. t. 7. c. 4. — „Ex litterarum tuarum".

16603 (10233) Archiepiscopo Turonensi mandat, ut H. clericum, qui quatuor minoribus ordinibus ab eo receptis „subdiaconatum eodem die, inter alios latens eo inscio, et diaconatum temerario ausu receperit, in minoribus ordinibus permittat ministrare". Coll. Luc. in Baluzii Misc. III. 384, Comp. II. L. 5. t. 12. c. 1, Decr. Greg. L. V. t. 30 c. 2, Mansi XXII. 567, Migne 204 p. 1498. — „Cum H. lator".

16604 (10234) Episcopo Sagiensi (al. Variensi) concedit, ut Bartholomaeum monachum et diaconum, qui „in cunabulis sectus sit, in presbyterum promoveat". Comp. II. L. 1. t. 10. c. 1, Decr. Greg. L. I. t. 20. c. 3, cf. Theiner Rech. sur plus. collect. de décretales p. 46 not. — „Ex parte Bartholomaei".

16605 (10236) Archiepiscopo cuidam respondet de absolutione eorum, qui „vocati ad iudicium venire contemnunt et pro contumacia sua vinculo anathematis innodantur". Comp. II. L. 2. t. 19. c. 9, Mansi XXII. 551, Migne 204 p. 1480. — „Significavit nobis tua".

16606 (10237) Episcopo cuidam mandat, ut „regularem canonicum, qui in articulo mortis agens, licet a priore suo commonitus, proprium, quod contra regulam latenter habeat, noluit resignare, si sine maximo scandalo poterit fieri, de sepultura proiiciendum et extra cimiterium ecclesiae sepeliendum" curet. Coll. Luc. in Baluzii Misc. III. 371, Comp. II. L. 3. t. 22. c. 6, Decr. Greg. L. III. t. 35. c. 4, Mansi XXII. 561, Migne 204 p. 1492. — „Super quodam canonico" „Super quodam regulari".

16607 (10238) Episcopo cuidam respondet, „non solum eos, qui in clericos temerarias manus mittant, sed etiam incendiarios nonnisi per Romanum pontificem absolvendos esse, illos vero, qui ecclesiastica beneficia de manibus praesumant laicorum accipere, non consuevisse pro tali excessu ad sedem apostolicam laborare; sacerdotem lepra

1187—1191.

respersum ab administrationis debere officio removeri", sed quamdiu vixerit, iuxta facultates ecclesiae necessaria ei porrigenda esse. Coll. Luc. in Baluzii Misc. III. 384, Comp. II. L. 3. t. 5. c. 2, L. 5. t. 18. c. 8, Decr. Greg. L. III. t. 6. c. 4, L. V. t. 39. c. 19, Mansi XXII. 566, Migne 204 p. 1497. — „Tua nos duxit".

16608 (10239) Episcopo cuidam concedit, „ut interdictum sine eius et fratrum assensu per aliquem in ecclesia positum nullatenus servare debeat". Scribit de capituli statutis observandis, „nisi ab aliquo vel aliquibus potioribus vel inferioribus tanquam rationabile aliquid obiectum probari contigerit". Coll. Luc. in Baluzii Misc. III. 384, Mansi XXII. 568, Migne 204 p. 1499. — „Fraternitatem tuam".

16609 (10240) Episcopo cuidam mandat, ut C. subdiaconum, qui olim in minore aetate positus, puero cuidam mortem invitus attulerit, „in minoribus ordinibus ministrare neque vero ad altaris officium accedere permittat". Coll Luc. in Baluzii Misc. III. 386, Comp. II. L. 5. t. 6. c. 5, Mansi XXII. 572, Migne 204 p. 1503. — „Inspectis litteris".

16610 (10241) Episcopo cuidam mandat, ut oratorium a nobili viro C. „in stadio suo" constructum omni scrupulo reiecto consecret, quia eius adversarius, consecrationem impedire volens, appellationem odiose interpositam intra praefixum terminum prosequi omiserit. Comp. II. L. 2. t. 19. c. 10, Mansi XXII. 551, Migne 204 p. 1480. — „Tenor litterarum tuarum".

16611 (10243) Episcopo cuidam respondet, W(i)ll. comitem de Rumaren., qui „sciens inter se et primam uxorem nullam esse consanguinitatem, ab ea sustinuit separari, tamen a secunda recedere et coniugale ei debitum denegare non debere"; poenitentiam vero ei infligendam esse. Comp. II. L. 4. t. 13. c. 2, Mansi XXII. 555, Migne 204 p. 1485. — „Comes Wll."

16612 (10244) Episcopo cuidam respondet de hoc casu: „Cum duo viri duas accepissent sorores, altera sine liberis ex hac luce subtracta, vir eius aliam accepit in uxorem, ex qua filium generavit; cui (filio) filia sororis alterius fuit tempore procedente matrimonio copulata". Accusationem contra hoc matrimonium per longum tempus permanens non esse admittendam. Comp. II. L. 4. t. 12. c. 2, Mansi XXII. 555, Migne 204 p. 1484. — „Dilectus filius noster".

16613 (10245) Episcopo cuidam scribit, prohibeat sub excommunicationis interminatione, ne miles quidam parochianus, qui post mortem uxoris nurum suam matrimonio sibi copulaverit, „ad eam carnaliter de cetero praesumat accedere". Comp. II. L. 4. t. 1. c. 6, Mansi XXII. 553, Migne 204 p. 1483. — „Nobis ex tuarum".

16614 (10246) Episcopo cuidam scribit de Guilielmo et Guilielma, qui per tres annos „matrimonialiter fuerint coniuncti, puero sextum, puella vero septimum annum agente" postea vero aliis adhaeserint. Edocet eum, „impediente puerili aetate matrimonium inter G. et G. non fuisse". Comp. II. L. 4. t. 2. c. 1, Decr. Greg. L. IV. t. 2. c. 12. — „Duo pueri".

16615 (10248) Episcopo cuidam, cuius in dioecesi „inter filios et filias quorundam nobilium coniugalis quaestio tractatur", rescribit, ut vel „post receptos testes, qui consanguinitatem secundum formam canonum computent", alios ex opposito productos admittat. Comp. II. L. 2. t. 13. c. 3, Decr. Greg. L. II. t. 20. c. 26. — „Series tui rescripti".

16616 (10249) Episcopo cuidam mandat, ne Michaeli presbytero de S. Germano ecclesiam S. I(ohannis) de Corona adimi per M. (al. N.) filium Antonii patiatur. Comp. II. L. 1. t. 9. c. 4, Decr. Greg. L. I. t. 17. c. 13. — „Michael presbyter".

16617 (10250) Episcopo cuidam respondet, sacerdotes vel alios in sacris ordinibus constitutos, „qui reatum adulterii incurrerint, vel periurii, vel falsi testimonii . . . etiam post peractam poenitentiam non solum ad altiora progredi non debere, verum etiam gradum pristinum non tenere". Comp. II. L. 1. t. 8. c. 3, Mansi XXII. 550, Migne 204 p. 1479. — „Ex tuae fraternitatis".

16618 (10251) Episcopo cuidam respondet, monasterii cuiusdam sacerdotem, qui quendam ex fratribus occiderit, „sollemniter ab omni officio divino degradandum et in monasterium aliquod Cisterciensis ordinis recludendum" esse, ubi per totam vitam poenitentiam agat. (Fortasse est coniungenda cum decretali in Comp. II. L. 1. t. 3. c. 5, Decr. Greg. L. I. t. 6. c. 13; sed certum aliquod contendi nequit, cum altera

1187—1191.

Clementi III., altera Coelestino III. inscribatur). Comp. II. L. 5. t. 6. c. 2, Decr. Greg. L. II. t. 18. c. 1. — „Cum monasterium".

16619 (10252) Episcopo cuidam concedit, ut „aliqui civium eius in Alexandriam valeant proficisci pro recuperandis concivibus suis, qui illic in captivitate tenentur, dummodo nihil in mercibus suis vel alio modo secum illuc deferant, unde possit Sarracenis excepto redemptionis articulo aliquod commodum vel subsidium provenire". Illos vero, qui „post treugam in transmarinis partibus factam cum commercio Alexandriam adiverint", si lucrandi causa merces prohibitas secum tulerint, excommunicandos esse iubet. Comp. II. L. 5. t. 4. c. 5, Decr. Greg. L. V. t. 6. c. 11. — „Significavit nobis tua".

16620 (10253) Episcopo cuidam et capitulo ecclesiae eius mandat, ut Petrum et Iohannem sponte refutantes societatem et honores, quos in eorum ecclesia conditionibus simoniacis se nactos esse profiteantur, in canonicorum numerum denuo recipiant et ad gradus ecclesiasticos ascendere eos patiantur. Comp. II. L. 5. t. 2. c. 8. — „Venerunt ad clementiam".

16621 (10254) Episcopo cuidam respondet, ut Iohannem clericum S. Trinitatis, qui „multis coram astantibus verba quaedam in depressionem et contumeliam Romanae ecclesiae protulerit, per suspensionem officii et beneficii" coerceat. Comp. II. L. 5. t. 11. c. 1, Decr. Greg. L. V. t. 26. c. 1. — „Innotuit nobis".

16622 (10255) Episcopo cuidam respondet de G. Petri milite, qui cum „ludendo se lancea propria perforasset, coram Abianensi abbate sit confessus, quod Cistrensem (Cestriensem) episcopum cum quibusdam aliis carcerali custodiae mancipasset et W. Bricet presbyterum variis tormentis afflictum compulisset ad redemptionem non modicam, et quod haec eadem de aliis clericis fecisset. Comp. II. L. 5. t. 18. c. 2. — „Inspectis litteris, quas".

16623 (10256) Episcopo cuidam respondet mulieres, senes et valetudinarios, qui in clericos violentas manus iniecerint ideoque excommunicati sint, ab episcopis posse absolvi, alios vero, sive pauperes sive divites, sedi apostolicae vel eius legato praesentandos esse. Comp. II. L. 5. t. 18. c. 1, Decr. Greg. L. V. t. 39. c. 13. — „Ea noscitur".

16624 Episcopo cuidam scribit de G. quodam, qui confessus sit, se quandam intra nubiles annos desponsasse, sed cum in domo patris cum ipsa maneret, ad sororem suae sponsae accessisse eamque carnaliter cognovisse". Ex sola eius confessione a sponsa sua eum abstinere non debere. Coll. Luc. in Baluze Misc. III. 378, Mansi XXII. 566, Migne 204 p. 1495. — „Ex litteris tuae".

16625 (10257) Sacerdoti cuidam canonicatum renuntianti, ad quem per simoniam patris ignoranter assumptus fuerat, scribit, ut contentus sit honore, de novo a fratribus concesso, neque vero ex prima receptione aliquid sibi in ecclesia vendicare audeat. Coll. Luc. in Baluze Misc. III. 389, (ubi Innocentii III. decretali annexa est), Comp. II. L. 1. t. 5. c. 2, Decr. Greg. L. V. t. 3. c. 26. — „Ex insinuatione tua".

16626 (10258) Monachis quibusdam concedit, „ne in ecclesiis ad praesentationem eorum spectantibus ulli, nisi ab iis praesentati fuerint, ordinentur". Comp. II. L. 3. t. 23. c. 2, Mansi XXII. 553, Migne 204 p. 1482. — „De minori possemus".

16627 (10259) Statuit, „ut omnibus, qui publicas mulieres de lupanari extraxerint et duxerint in uxores, quod agunt, in remissionem proficiat peccatorum". (In canonum collectionibus nomine Clementis III. inscribitur, sed exstat etiam decretalis in Innocentii III. Registro, Potthast n. 114; sed eam e nostris regestis eiicere non audemus, quia ab utroque papa fortasse promulgata est). Comp. II. L. 4. t. 1. c. 5, Decr. Greg. L. IV. t. 1. c. 20. — „Inter opera caritatis".

16628 (10260) Cuidam respondet de regulari, qui „sigillum capituli commune suscipiens quoddam instrumentum cuidam amico suo signavit, quo alienatio rerum ecclesiae immobilium tamquam ei facta continebatur". (Ex auctoritate codicum Friedbergius putat, hanc decretalem in medio fuisse positam inter Decr. Greg. L. II. t. 29. c. 3 „Bonae memoriae" et Lib. I. t. 36. c. 10 „Praeterea quarto". Sed cum in canonum collectionibus diversis diversae nominationes et inscriptiones legantur, coniungere eas non praesumpsi, in Coll. Lucensi maiorem quam Friedbergius velit fidem ponendam

1187—1191.

esse ratus). Comp. II. L. 2. t. 10. c. 3, Decr. Greg. L. II. t. 19. c. 5. — „Tertio quippe a" „Tertio quippe loco" „Tertio loco fuit".

16629 (10262) Cuidam respondet, cum nemo „beneficium multis forte expensis et laboribus acquisitum et quo sustentari debet, sine magna causa sponte resignet, supervacuum non esse, causam resignationis diligenter inquiri". (Cf. notam meam ad ep. 14177). App. conc. Lat. XLIX. 9, (ubi tamen alia decretalis pars, ibid. c. 7, Lucio III. ascribitur), Comp. II. L. 1. t. 5. c. 3, Decr. Greg. L. I. t. 9. c. 5. — „Quoniam ex plenitudine" „Super hoc, quod" „Super eo quod".

16630 (10263) Cuidam respondet haec: „Si prior electio non vitio personae, sed modo electionis cassatur, nisi forte simoniacae pravitatis aliquid intercessisse constiterit, promotionem eius in eadem ecclesia non debeat impedire". Comp. II. L. 5. t. 2. c. 5, Mansi XXII. 556, Migne 204 p. 1485. — „Super eo vero, quod".

16631 (10265) Cuidam respondet, „super consanguinitate cogendum esse testem testimonium perhibere veritati". (Fortasse pars est epistolae, ex qua desumptum est ep. 17659; hasque duas coniungendas esse cum ep. 17658 Friedbergi sententia videtur). Comp. II. L. 2. t. 13. c. 2, Decr. Greg. L. 2. t. 21. c. 6. — „Significavit" „Ceterum quod super".

16632 (10267) Quibusdam mandat, ut I. archidiacono Sagiensi praebendam ecclesiae Lexonensis (lege: Lexoviensis) restitui iubeant. Comp. II. L. 1. t. 18. c. 3, Decr. Greg. L. I. t. 38. c. 3. — „Ex insinuatione dilecti".

16633 (10268) Quibusdam permittit, ut quidam „in sacerdotio genitus, de uxore legitima natus, si dignus inventus fuerit, in clericum ordinari et ad ecclesiasticum beneficium valeat promoveri". Comp. II. L. 1. t. 9. c. 4, Decr. Greg. L. I. t. 17. c. 14. — „Litteras vestrae dilectionis" „Litteras dilectionis vestrae".

16634 (10270) Quibusdam significat, se „omnes illos excommunicationi supposuisse, qui iam amplius cum Sarracenis mercimonium habuerint vel per se vel alios eis aliqua rerum subsidia seu consilia, quamdiu inter Christianos et illos guerra duraverit, duxerint impendenda". Comp. II. L. 5. t. 4. c. 6, Decr. Greg. L. V. t. 6. c. 12. — „Quod olim praeceptum".

†16635 (10271) Epistola decretalis, quae in Comp. II. L. 5. t. 2. c. 6 Clementis III. nomine praedita est, ad Innocentium III. pertinet, ut annotat Friedberg in editione sua Compilationum l. l. — „Quamvis ad abolendam".

16636 (10273. 10709) Cuidam scribit, ne Iacobi (al. L.) sacerdotis societatem vitet propterea quod monialem quandam, quae ludendo cum alio clerico matutinis officiis impedimentum parabat, ex ecclesia eiecerit. Coll. Luc. ap. Baluze Misc. III. 369, (ubi decretali Coelestini III. annexa est), Comp. II. L. 5. t. 18. c. 5, Decr. Greg. L. V. t. 39. c. 16, Mansi XXII. 630, Migne 206 p. 1251. — „Veniens ad apostolicam „Veniens ad sedem".

16637 Cuidam respondet quaerenti, utrum puella minor XII. annis a parentibus monasterio tradita posteaque benedicta, quae „exiens se cuidam militi copulaverit et ex eo prolem susceperit, ad monasterium redire cogatur". (In Coll. Lucensi ap. Baluze Misc. III. 382, itemque ap. Mansi XXII. 641, quasi ultima pars prolixioris epistolae Coelestini III. legitur decretalis haec; sed errore nescio cuius eam illuc translatam esse, nemini arengam legenti dubium esse potest. Cum in Compilationis II. codicibus mss. Clementi III. ascripta sit, eam huius papae epistolis inseruimus). Coll. Luc. ap. Baluze III. 382, Comp. II. L. 3. t. 18. c. 3, Decr. Greg. L. 3. t. 31. c. 12, Mansi XXII. 641. — „Cum virum te".

16638 (10275) Cuidam respondet, ut testes et accusatores contra H. viri et R. mulieris matrimonium productos, tamquam suspectos abiiciat. Comp. II. L. 4. t. 12. c. 5, Mansi XXII. 555, Migne 204 p. 1484. — „Sicut ex litteris".

16639 (10276) Cuidam respondet, si „qui contra ecclesiae inhibitionem clandestina coniugia contraxerint, taliter contrahentes tolerandos esse, nisi matrimonium fuerit accusatum"; sed excommunicandos eos esse, donec ecclesiae satisfecerint, et „inspecta personarum et temporis qualitate", condignae poenitentiae supponendos. Comp. II. L. 4. t. 10. c. 1, Mansi XXII. 554, Migne 204 p. 1483. — „Cum sis praeditus".

1187—1191.

16640 (10277) Quendam edocet, quomodo procedendum sit in causa quadam matrimonii, in qua pars mulieris bis appellaverit. Comp. II. L. 2. t. 19. c. 13, Decr. Greg. L. II. t. 28. c. 39. — „Directae nobis tuae“.

1188—1191.

Laterani 16641 Conventui Dunensi indulget, ut „si quis contra eorum privilegia sive super decimis sive aliis quibuscumque capitulis litteras quaslibet, non habita ratione, quod sint ordinis Cisterciensis, duxerit impetrandas, inanes et vacuae habeantur“. Cron. et cartul. de Dunis p. 263. — „Sicut dignum est“.

„ 16642 (10280) Episcopo cuidam respondet, „quamdam parochianam eius, quam suus vitricus cuidam Teutonico matrimonialiter copulaverit, quamvis undecim annos adhuc habens ab initio ei invita fuisset tradita et renitens, tamen quia postmodum per annum dimidiumve ei cohabitans consensisse videatur, ad ipsum esse cogendam redire“. Coll. Luc. in Baluzii Misc. III. 368, Comp. II. L. 4. t. 1. c. 7, Decr. Greg. L. IV. t. 1. c. 21, Mansi XXII. 557, Migne 204 p. 1487. — „Ad id, quod per“.

„ 16643 (10281) Episcopo „Formolensi“ (al. Foroiuliensi?) respondet: 1) de Ermengarda, quae, compaternitate inter ipsam et virum legitime probata, ab eo separata, postmodum vero confessa sit, illud veritati minime congruere; 2) Martinum viduum et Tebergam viduam copulandos non esse, quia inter patrem baptizati et uxorem levantis compaternitas contrahatur, efficax ad matrimonium impediendum; 3) coniugatum, qui profiteatur se ante contractum matrimonium uxoris suae consanguineam carnali commixtione cognovisse, ab uxore non esse separandam; 4) quaerenti, „an iuvenis sponsam, in quam per verba de praesenti consensit, debeat in uxorem habere, ad quorum matrimonium impediendum neptis ipsius sponsae se a iuvene carnaliter praecognitam proponebat“. Coll. Luc. in Baluzii Misc. III. 368, Comp. II. L. 2. t. 18. c. 6, L. 4. t. 1. c. 8, L. 4. t. 6. c. 1, L. 4. t. 7. c. 4, Decr. Greg. L. II. t. 23. c. 13, t. 27. c. 11, L. IV. t. 11. c. 4, t. 13. c. 5, Mansi XXII. 558, Migne 204 p. 1487. — „Consanguinei Ermengardae“ „Martinus Bertam“ „Tertio loco“ „Super eo vero“.

„ 16644 (10282) Episcopo cuidam quaerenti, quae „poenitentia sacerdotibus Graecis, quibus legitimo matrimonio licet uti, sit imponenda, si eam sibi postulent pro filiis oppressis iniungi“, respondet: „si ipsis procurantibus vel studiose negligentibus filii in lectis reperiantur oppressi“, ab officio altaris perpetuo, si ex incuria eorum factum sit, ad tempus removendos eos esse. Coll. Luc. in Baluzii Misc. III. 370, Comp. II. L. 5. t. 17. c. 1 (ed. Friedb.; sed c. 3. ed. August. Tarrac.), Decr. Greg. L. V. t. 38. c. 7, Mansi XXII. 560, Migne 204 p. 1490. — „Quaesitum est“.

„ 16645 (10283) Episcopo cuidam mandat, ut W. (al. V.) „ad legitimam uxorem per excommunicationis sententiam redire compellat, iniuncta ei poenitentia de commisso adulterio cum secunda“. Coll. Luc. in Baluzii Misc. III. 370, Comp. II. L. 4. t. 3. c. 3, Decr. Greg. L. IV. t. 19. c. 5, Mansi XXII. 561, Migne 204 p. 1491. — „Ex litteris tuis“.

„ 16646 (10278. 10284) Quibusdam quaerentibus, utrum in causa matrimonii accusatores „per solam chartulae conscriptionem“ admitti debeant, respondet, „nullius momenti esse conscriptionem quoad sententiam proferendam, nisi alia legitima adminicula suffragentur“; cet. Coll. Luc. in Baluze Misc. III. 370, Comp. II. L. 4. t. 12. c. 4, Decr. Greg. L. IV. t. 18. c. 2, Mansi XXII. 560, Migne 204 p. 1490. — „Nobis est ex“ „A nobis est“ „A nobis fuit“.

16647 (10285) Gerardo, episcopo Bononiensi, mandat, ut annuatim in communi audientia magistrorum atque scholarium recitet constitutionem ab episcopo Portuensi, ap. sedis legato, factam et a P., quondam episcopo Tusculano confirmatam: „videlicet ut nullus magistrorum sive scholarium super conducendis aliorum hospitiis in praeiudicium habitantium audeat hospitem convenire, nisi prius constiterit tempus conductionis elapsum vel inquilini in hoc suum favorem praestiterint et consensum“. Coll. Luc. in Baluzii Misc. III. 386, Comp. II. L. 3. t. 12. c. 1, Decr. Greg. L. III. t. 18. c. 1, Savioli Ann. Bol. II. II. 166, Mansi XXII. 571, Migne 204 p. 1502. — „Ex rescripto literarum“.

1190—1191.

16648 (10286) R(offrido) SS. Marcellini et Petri presbytero cardinali, abbati (Casinensi), mandat, ut de „quaestione matrimonii inter Robertum et B. mulierem" decernat. Coll. Luc. in Baluzii Misc. III. 377, Comp. II. L. 2. t. 18. c. 5, Decr. Greg. L. II. t. 27. c. 10, Mansi XXII. 564, Migne 204 p. 1495. — „Tenor literarum".

16649 (10287) (Bernoni) episcopo Ildesemensi (leg. Hildeshemensi) mandat, ut B. sacerdotem, qui cum „ecclesiae aedificationi diligenter intenderet et compagem cuiusdam laquearis vetustate attriti dissolvere voluisset", famuli cuiusdam in eius auxilio deputati causa mortis fuisset ideoque per Authelegium (leg. Adelogum) praedecessorem eius a munere remotus esset, in integrum restituat. Comp. II. L. 5. t. 6. c. 3. — „Scripsisti nobis".

16650 (10288) O(ddoni) episcopo Verulano mandat, ut coniugatos quosdam, separatim viventes, insimul habitare compellat, licet vir „maleficio feminae credatur impeditus, quod cognoscere illam nequiverit". Comp. I. L. 4. t. 16. c. 4, Mansi XXII. 550, Migne 204 p. 1478. — „Litteras tuas recepimus".

1191. *(Ind. 9, pont. a. 4.)*

Ian. 5. Laterani 16651 Iohanni abbati et fratribus S. Bertini Sithiensis asserit nemus de Wulverdinga, decumam de Kelmes cet. Ex Coll. Moreau t. 93. f. 163 in bibl. nat. Paris. Misit Delisle. — „Quotiens a sede".

„ 8. „ 16652 (10289) Praeposito Albensi et abbati S. Martini praecipit, ut Iobo, archiepiscopo Strigoniensi, obediant. Fejér C. D. H. II. 275, Knauz Mon. eccl. Strig. I. 139. — „Virtus obedientie".

„ 8. „ 16653 Transactionem inter capitulum et G(erardum I.) quondam praepositum Insulanum factam confirmat. Pflugk-Harttung Acta I. 350. — „Cum aliqua fuerint".

„ 9. „ 16654 Gir(ardo II.) praeposito et capitulo Insulano ecclesiam de Santes asserit. Pflugk-Harttung Acta I. 351. — „Quotiens ab apostolica".

„ 11. „ 16655 Fratribus S. Martini Yprensibus asserit parochialem ecclesiam de Tetinghem, a D(esiderio) episcopo Morinensi concessam. (Pro „III. ad. Ian." leg. videtur „III. id. Ian."). Les trois cart. de St.-Mart. à Ypres I. 30. — „Quociens a nobis".

„ 11. „ 16656 Monasterio S. Victoris Parisiensi decimam de Vitri, ab Hugone milite concessam, asserit. Autogr. in tab. nat. Paris. L. 234. n. 12. — „Cum aliqua piis".

„ 13. „ 16657 Monasterio Compendiensi prioratum S. Petri et decimam de Cuisia asserit. Parisiis in tabul. nat. Cartul. Compend. s. XIII. LL. 1622. f. 137, in bibl. nat. Cartul. Compend. s. XVII. ms. lat. 9171. f. 46. — „Iustis petentium desideriis".

„ 13. „ 16658 Abbati Compendiensi scribit, ut „si ad eius commonitionem canonici S. Clementis et S. Mauritii Compendienses debita eisdem ecclesiis obsequia exhibere contempserint, liceat ei, canonicos ad constituendos ibidem vicarios compellere". Parisiis in tabul. nat. Cartul. Compend. s. XIII. LL. 1622. fol. 137, in bibl. nat. Cartul. Compend. s. XVII. ms. lat. 9171. f. 46 et Coll. Grenier t. 54. f. 118 et Coll. Moreau t. 93. f. 153. — „Cum sit nobis".

„ 14. „ 16659 Ecclesiae S. Petri Insulanae protectionem suscipit ac iura quaedam confirmat. Pflugk-Harttung Acta I. 351. — „Ea quae pacem".

„ 18. „ 16660 Fratribus Compendiensibus indulget, ut „decimas parochiarum de laicorum manibus redimant ipsasque ad eorum ecclesiam revocent". Parisiis in tabul. nat. Cartul. Compend. s. XIII. LL. 1622 f. 61[b], in bibl. nat. Cartul. Compend. s. XVII. ms. lat. 9171. f. 44. — „Cum simus omnibus".

„ 18. „ 16661 Abbati Compendiensi scribit de termino clericis appellantibus praefigendo. Parisiis in tabul. nat. Cartul. Compend. s. XIII. LL. 1622. f. 63[b], in bibl. nat. Cartul. Compend. s. XVII. ms. lat. 9171. f. 44. — „Quia quidam clerici".

„ 19. „ 16662 Concordiam inter fratres Compendienses et canonicos S. Iusti factam confirmat. Parisiis in bibl. nat. Cartul. Compend. s. XVII. ms. lat. 9171. f. 45: „XIV. kal. Febr.", (Revue des soc. sav. des départ. VI. sér. IV. 463: „XIII. kal. Febr."). — „Si quando inter".

„ 25. „ 16663 Abbati et fratribus monasterii Eveshamensis asserit pensionem quindecim marcarum de ecclesia de Ambresleya. Ex Cod. Mus. Brit. Harleiano 3763 f. 96. Dedit b. m. K. Pertz. — „Iustis petentium desideriis".

1191. *(Ind. 9, pont. a. 4.)*

Ian. 25.	Laterani	16664 Rogero abbati Eveshamensi concedit usum mitrae, dalmaticae, tunicae, sandaliorum, et vestimentorum sacerdotalium. Ex Cod. Mus. Brit. Harleiano 3763 f. 96. Dedit b. m. K. Pertz. — „Largitione nostri numeris".
„ 25.	„	16665 *Sententiam pro ecclesia S. Mariae contra ecclesiam S. Crucis Stampensem „de iure subiectionis" latam a M(auritio) episcopo Parisiensi confirmat. Fleureau Les antiq. d'Estampes p. 391.
„ 26.	„	16666 Abbati et conventui S. Remigii Remensis bullam dat. Neues Archiv VII. 116. — „Iustis petentium".
Febr. 6.	„	16667 (10290) Fratrum Theutonicorum ecclesiae S. Mariae Hierosolymitanae protectionem suscipit bonaque confirmat. Hennes Cod. diplom. ord. S. Mariae Theutonicorum p. III., Strehlke Tab. ord. Theutonici p. 263, Bunge Livl. Urk. VI. 557. — „Quociens postulatur a".
„ 7.	„	16668 (Petro) episcopo Atrebatensi scribit de iniuriis, quas scabini et alii comitis Flandrensis officiales ecclesiae eius intulerint. Ex Coll. Moreau t. 93. f. 165 in bibl. nat. Paris. Misit Delisle. — „In nostra praesentia".
„ 13.	„	16669 Monasterio S. Stephani (Ianuensi), rogatu Guid(onis) abbatis, ecclesiam S. Iuliani in territorio Naboli asserit. Exactiones a fratribus exigi vetat. Pflugk-Harttung Acta III. 380. — „Iustis petentium desideriis".
„ 17.	„	16670 R. abbati de Cuuetel (Zwetl) et H. praeposito S. Ipoliti iam iterum mandat hortentur (Adelbertum) archiepiscopum Salzburgensem, ut excommunicationis sententiam in monachos S. Georgii prolatam „non differat relaxare, nec eos in aliquo molestet indebite, quousque suus episcopus a Ierosolymitano itinere revertatur, cum tempore arrepti itineris omnia sua debeant sedis apostolicae protectione gaudere". Quod nisi fecerit archiepiscopus, ipsi sententiam relaxent. (Cf. supra ep. 16472). Archiv f. Kunde österr. Gesch.-Quellen IX. 268. — „Conquestio dilectorum".
„ 17.	„	16671 Monasterii Compendiensis tutelam suscipit bonaque et privilegia, petente Gerardo abbate, confirmat. Coll. Moreau t. 92 f. 3 in bibl. nat. Paris: „XIII. kal. Mart.", Cartul. Compend. s. XIII. LL. 1622 in tabul. nat. Paris.: „VIII. kal. Mart." — „Effectum iusta postulantibus".
„ 25.	„	16672 Inter (Petrum) episcopum Atrebatensem et comitem Flandrensem factam a b. m. Henrico episcopo Albanensi compositionem confirmat. Ex Coll. Moreau t. 94 f. 64 in bibl. nat. Paris. Misit Delisle. — „Cum aliqua fuerunt".
Mart. 2.	„	16673 Ecclesiae S. Mariae de Novo-Castro protectionem suscipit, ac possessiones iuraque confirmat, Udalrico comite castri et (Rogerio) episcopo Lausannensi petentibus. Matile Mon. de l'hist. de Neuchatel I. 300, ubi perperam Clementi V. ascripta est. Fontes Rer. Bern. I. 486. — „Favorabile propositum".
„ 13.	„	16674 (Stephano) episcopo Noviomensi et Ursicampi ac Fusniacensi abbatibus dat mandatum, ut pacem restituant inter (Petrum) episcopum Atrebatensem et comitem Flandrensem eiusque scabinos. In bibl. nat. Paris. Coll. Moreau t. 94 f. 66. — „In nostra praesentia".
„	Romae	Moritur. Ryccard. de S. Germano 1191 in MG. SS. XIX. 325: „Romae mense Martii". Annal. Casinenses 1191 ibid. XIX. 314: „mense Martii". Chron. Magni presb. 1191 ibid. XVII. 518: „Romae circa mediam quadragesimam" (c. 20. Mart.). Annal. Ratisp. 1191 ibid. XVII. 590: „13. kal. Apr." (20. Mart.), Schiavinae Ann. Alexandr. 1191 in Hist. Patr. Mon. SS. IV. 70: „VIII. kal. Apr." (25. Mart.). Sigeberti contin. Aquicinct. 1191 ap. Pertz MG. SS. VI. 426: „7. kal. Apr." (26. Mart.). Necrol. Casin. ap. Muratori R. It. SS. VII. 941 et Emort. mon. Casin. ap. eund. V. 75: „V. kal. Apr." (28. Mart.). Chron. de Mailros 1191 ed. Stevenson p. 99: „IV. non. Apr." (2. Apr.). Annal. Veron. 1191 in MG. SS. XIX. 5: „II. non. Apr." (4. Apr.). Gesta Henrici II., olim Benedicto Petroburg. tributa, 1191 ed. Stubbs II. 161: „mense Aprilis, quarto idus eiusdem mensis, feria quarta" (10. Apr.). — In tanta notitiarum discrepantia, quo die obierit Clemens III. disceptandum non est. Quae constituere conatus est Watterich II. 708 n. 6, ea refutavit Toeche Heinrich VI. p. 170 not. 2.

COELESTINUS III. 1191—1198.

Epistolis Coelestini III. ascripti pontificatus anni sunt. Bullae praebent sententiam hanc: „Perfice gressus meos in semitis tuis“ (16703, 16760, 16778, 16809, 16853, 16892, 16899, 16923, 16961, 17006, 17013, 17079, 17109 cet.).

Testes subscripti sunt:

ep. Albanensis	Albinus	a 2. Mai. 1191 ad 12. Iul. 1196
„ Ostiensis et Velletrensis	Octavianus	a 2. Mai. 1191 ad 3. Dec. 1197
„ Portuensis et S. Rufinae	Petrus	a 2. Mai. 1191 ad 3. Dec. 1197
„ Praenestinus	Iohannes	a 2. Mai. 1191 ad 22. Mart. 1196
„ Sabinensis et Moguntinus archiepiscopus	Conradus	d. 1. Febr. 1197
pr. card. tit. S. Anastasiae	Romanus	a 3. Iun. 1191 ad 18. Iul. 1194
„ „ basilicae XII. apostolorum	Pandulfus	a 2. Mai. 1191 ad 16. Apr. 1196
„ „ „ S. Caeciliae	Petrus	a 2. Mai. 1191 ad 3. Dec. 1197
„ „ „ S. Clementis, Viterbiensis et Tuscanensis episcopus	Iohannes	a 9. Mai. 1191 ad 4. Nov. 1197
„ „ SS. Iohannis et Pauli tit. Pamachii	Melior	a 27. Dec. 1191 ad 1. Febr. 1197
„ „ „ S. Laurentii in Lucina	Cinthius	a 20. Mai. 1191 ad 4. Nov. 1197
„ „ „ S. Marcelli	Fidantius	a 5. Mart. 1193 ad 25. Iun. 1196
„ „ S. Mariae trans Tiberim tit. Calixti	Guido	a 13. Iun. 1191 ad 3. Dec. 1197
„ „ S. Martini tit. Equitii	Hugo	a 28. Iul. 1191 ad 10. Sept. 1197
„ „ S. Petri ad vincula tit. Eudoxiae	Petrus	a 2. Mai. 1191 ad 27. Iun. 1191
	Bernardus	a 5. Mart. 1193 ad 10. Sept. 1197
„ „ „ S. Praxedis et Ariminensis episcopus	Rufinus	a 9. Mai. 1191 ad 13. Iun. 1191
„ „ „ S. Praxedis	Soffredus	a 5. Mart. 1193 ad 3. Dec. 1197
„ „ „ S. Priscae	Iohannes	a 25. Iul. 1193 ad 3. Dec. 1197
„ „ S. Pudentianae tit. Pastoris	Iordanus	a 2. Mai. 1191 ad 3. Dec. 1197
„ „ „ S. Stephani in Celio monte	Iohannes	a 20. Mai. 1191 ad 27. Iul. 1197
„ „ „ S. Susannae	Iohannes Felix	a 9. Mai. 1191 ad 3. Iun. 1194
diac. card. S. Adriani	Gerardus	a 2. Mai. 1191 ad 3. Dec. 1197
„ „ S. Angeli	Gregorius	a 20. Mai. 1191 ad 3. Dec. 1197
„ „ SS. Cosmae et Damiani	Gratianus	a 2. Mai. 1191 ad 3. Dec. 1197
„ „ S. Georgii ad velum aureum	Gregorius	a 9. Mai. 1191 ad 3. Dec. 1197
„ „ S. Luciae in Orthea (Orchea, Orfea)	Centius	a 3. Mart. 1193 ad 18. Iul. 1194
„ „ S. Mariae in Aquiro	Gregorius	a 9. Mai. 1191 ad 10. Sept. 1197
„ „ S. Mariae in Cosmidin	Nicolaus	a 20. Mai. 1191 ad 3. Dec. 1197
„ „ S. Mariae in porticu	Gregorius	a 2. Mai. 1191 ad 10. Sept. 1197
„ „ S. Mariae in via lata	Soffredus	a 2. Mai. 1191 ad 26. Febr. 1193
	Petrus	a 5. Mart. 1193 ad 1. Iul. 1195
„ „ S. Mariae novae	Bernardus	a 9. Mai. 1191 ad 26. Febr. 1193
„ „ S. Nicolai in carcere Tulliano	Aegidius	d. 7. Iul. 1192
„ „ SS. Sergii et Bachi	Lotharius	a 9. Mai. 1191 ad 4. Nov. 1197
„ „ S. Theodori	Iohannes	a 9. Mai. 1191 ad 4. Oct. 1192
	Bobo	a 5. Mart. 1193 ad 27. Iul. 1197.
diac. S. R. E.	Iohannes	a 14. Mart. 1193 ad 23. Mart. 1193

Datae bullae sunt p. m.

Moysis S. R. E. subdiaconi vicem agentis cancellarii a 20. Apr. 1191 ad 20. Mai. 1191
Moysis S. R. E. subdiaconi Lateranensis canonici . . . a 13. Mart. 1192 ad 7. Apr. 1192
et d. 13. Iulii 1192 ac d. 8. Mart. 1194
Aegidii S. Nicolai in carcere Tulliano diac. card. . . . a 3. Iun. 1191 ad 1. Oct. 1194
Centii S. Luciae in Orthea diac. card., domini papae camerarii . . . a 5. Nov. 1194 ad 3. Dec. 1197.

1191. *(Ind. 9. — Sept. — 10, pont. a. 1.)*

Mart. 30. Romae — Eligitur. Chron. Magni presb. 1191 in MG. SS. XVII. 518: „Electus a Romanis 3. kal. Apr., illo sabbato, quando cantabatur officium: Sitientes venite ad aquas“. (Sed sic est in Ansberti Hist. de exped. Frid. imp. in Font. Rer. Austr. I. v. 75: „circa mediam quadragesimam [c. 20. Mart.] electus, sabbato, quo canitur: Sitientes, sacerdos est factus“. Ansbertum exscripsit Gerlacus in Annal. Prag. Contin., MG. SS. XVII. 706. De electionis die aliter censet Watterich II. 708 not. 6, nimiam fiduciam ponens in

1191. *(Ind. 9. — Sept. — 10, pont. a. 1.)*

Ann. Ratispon. 1191, MG. SS. XVII. 590, qui „altera die" [post Clementis III. mortem] i. e. 21. Mart. Coelestinum electum tradunt. Cf. supra ad Mart. 1191).

Apr. 13.	Romae	Sacerdos ordinatur (quia adhuc diaconus erat) „in vigilia paschae". Gesta Heinrici II., olim Benedicto Petroburg. tributa, 1191 ed. Stubbs II. 161., Willelmi Chron. Andrense 1191 in MG. SS. XXIV. 719.
„ 14.	„	Consecratur. Gesta Heinrici II. 1191 l. l.: „ipso die paschae, quae 18. kal. Maii evenit". Chron. Magni presb. 1191 l. l.: „in sancta die solemnitatis paschae, quod evenerat in 18. kal. Maii". Radulfi de Diceto Im. Hist. ap. Twysden H. A. SS. I. 659, Opp. hist. ed. Stubbs II. 89.: „quem Octavianus Ostiensis episcopus die paschae consecravit". Gerlaci Chron. Boem. 1190 l. l., Ann. Marbacenses 1191 in MG. SS. XVII. 165, Willelmi Chron. Andr. 1191 l. l.
„ 15.	Romae ap. S. Petrum	Heinricum imperatorem et Constantiam imperatricem consecrat, „secunda feria paschae". Chron. regia Colon. 1191 in MG. SS. XVII. 801, ed. Waitz p. 152, Gisleberti Chron. Hannon. ibid. XXI. 572, Chron. Magni presb. 1191 ibid. XVII. 518, Annal. Veron. 1191 ibid. XIX. 5, Annal. Marbac. 1191 ibid. XVII. 165, Willelmi Chron. Andr. ibid. XXIV. 719. (Constantiam imperatricem „sequenti die, feria III." i. e. 16. Apr. consecratam esse, falso narrat Chron. Sampetrin. 1191 in Geschichtsquellen d. Prov. Sachsen I. 43). Coronationis ordinem a Cencio camerario traditum, in MG. LL. II. 187, ap. Watterich II. 711 ad Coel. III. et Heinricum VI. pertinere, docet Pertz l. l. Cf. etiam Toeche Heinrich VI. p. 186.
„ 19.	Laterani	16675 (10291) Ecclesiae Portuensi asserit concessionem ab abbate S. Iohannis Ravennate „super acquisitis et acquirendis possessionibus de iure ipsorum" factam. Fantuzzi Mon. Rav. VI. 56, Migne 206 p. 867. — „Quanto ferventius".
„ 19.	„	16676 Fratribus Odenheimensibus concedit, ut in parochiali ecclesia prope monasterium sita, quatuor fratrum vel tres ad minus instituere eis liceat. Pflugk-Harttung Acta II. 396. — „Quanto specialius".
„ 19.	(..)	16677 Priori et canonicis S. Mariae Portuensibus pro conservatione decimarum (?) scribit. Pflugk-Harttung Iter p. 813.
„ 20.		†16678 (10292) Monasterii Odenheimensis patrocinium suscipit bonaque et iura confirmat, petente Sigefrido abbate. („Dat. Laterani . . . . . . per man. Moysi vicecancellarii") Pflugk-Harttung Acta I. 353, Wirtemberg. Urkundenb. IV. 381, (Dümgé Reg. Bad. p. 61). — „Quotiens postulatur a nobis".
„ 22.	„	16679 H(enrico), abbati Glastoniensi, eiusque successoribus usum mitrae, anuli, chirothecarum, dalmaticae, tunicae, sandaliorum, ac vestimenta sacerdotalia benedicendi facultatem concedit. Adami de Domerham Hist. Glast. ed. Hearne II. 344. — „Decor apostolici culminis".
„ 27.	Romae ap. S. Petrum	16680 (Simoni) Meldensi et (Hugoni) Altissiodorensi episcopis et abbati S. Germani Altissiodorensi mandat, iudicent inter (Gaufridum) episcopum Silvanectensem et ecclesiam S. Vincentii. Ex Coll. Moreau t. 93 f. 169 in bibl. nat. Paris. Misit Delisle. — „In nostra praesentia".
Mai. 2.	„	16681 (10293) Ecclesiae S. Iohannis Rastorfensis protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat, petente Conrado praeposito. Schannat Dioec. Fuld. p. 266, Migne 206 p. 867. Vide emendationes ap. Harttung Dipl. hist. Forsch. p. 511. — „Effectum iusta postulantibus".
„ 2.	„	16682 Petente David, praeposito Lubicensi, sententiam de decuma Lubicensi, latam ab abbate Ulsemensi et cantore Hildeshemensi, confirmat. Cod. dipl. Lubic. II. Abth. I. 19. — „Et ordo iuris".
„ 6.	„	16683 (Bono) Senensi, (Pagano) Florentino et (Lanfranco) Faesulano episcopis mandat, ut monachos et conversos Passinianenses, qui habitu conversionis reiecto in eorum dioecesibus morentur, ad obedientiam abbatis reverti et hospitalia quaedam iniuste detenta in manu eius resignare iubeant. Pflugk-Harttung Acta III. 380. — „Proposuit nobis dilectus".
„ 7.	„	16684 Fratribus Corbeiensibus indulta a Philippo, Francorum rege, iura ac libertates confirmat. In bibl. nat. Paris. Cartul. noir de Corbie ms. lat. 17758. s. XIII. f. E. et 231[b], Cart. blanc ms. lat. 17759. s. XIII.—XIV. f. 115. — „Cum de vestra".
„ 9.	„	16685 Monasterii Corbeiensis „terras seu vineas apud Valliacum censu annuo tributarias" sine Nicolai abbatis vel successorum eius licentia comparari vetat. In bibl.

1191. *(Ind. 9. — Sept. — 10, pont. a. 1.)*

nat. Paris. Cart. blanc de Corbie ms. lat. 17759. s. XIII.—XIV. f. 40^{b}. — „Quanto monasterium".

Mai 9. Romae ap. S. Petrum. 16686 Monasterii S. Germani de Pratis Parisiensis protectionem suscipit, possessionesque et privilegia confirmat, petente Fulcone abbate. Autogr. in tab. nat. Paris. L. 235 n. 3. — „In eminenti apostolicae".

„ 9. „ 16687 Fratribus Compendiensibus sedem apostolicam appellandi facultatem indulget eosque excommunicationi seu interdicto subiungi vetat. Parisiis in tab. nat. Cartul. Compend. s. XIII. LL. 1622 f. 56^{b}, in bibl. nat. Cartul. Compend. s. XVII. ms. lat. 9171 f. 53. — „Quanto monasterium vestrum".

„ 10. „ 16688 Capitulo Cameracensi petente, reditus usui quotidianae distributionis in ecclesia Cameracensi deputatos confirmat. Pflugk-Harttung Acta I. 354. — „Cum a nobis".

„ 10. „ 16689 Capitulo Cameracensi altare de Watremale asserit. Pflugk-Harttung Acta I. 355, (Wauters Hist. des environs de Brux. III. 337). — „Cum a nobis".

„ 10. „ 16690 (10294) Archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prioribus et ceteris ecclesiarum praelatis Petrum, quondam archiepiscopum Tarantasiensem, sanctorum ordinibus ascriptum nunciat. Acta SS. Maii T. II. 347, Migne 206 p. 869. — „Divinae laudis gloriam".

„ 10. „ 16691 (10295) Abbatem et conventum Bellae-vallis (d. Vesontion.) de Petro, quondam archiepiscopo Tarantasiensi, in sanctorum numerum relato certiores facit. Acta SS. Maii T. II. 348, Migne 206 p. 871. — „Divinae laudis gloriam".

„ 10. „ 16692 (Petro) episcopo Atrebatensi et abbati Morimundensi idem quod praecedenti epistola scribit. Cartul. de Bellevaux, Coll. Moreau t. 870. f. 175^{b} in bibl. nat. Paris. — „Divinae laudis gloriam".

„ 10. „ 16693 Vesontionensi et (Aimoni) Tarantasiensi archiepiscopis eorumque suffraganeis de eadem re, quae superioribus litteris continetur, significat. Cartul. de Bellevaux, Coll. Moreau t. 870 f. 176 in bibl. nat. Paris. — „Divinae laudis gloriam".

„ 11. „ 16694 (10296) Gaufrido, electo Eboracensi, promittit, Hugonem, episcopum Dunelmensem, ei post acceptam consecrationem subiectum iri. Monast. Anglic. III. 148, nov. ed. VIII. 1188, Migne 206 p. 872. — „Quamvis ecclesia".

„ 14. „ 16695 (Stephano) episcopo et abbati S. Bartholomaei Noviomensi mandat, cogant presbyterum quendam de Villers, ut monasterio Corbeiensi subtractas decimas reddat. In bibl. nat. Paris. Cartul. de Corbie ms. lat. 17761 s. XV. f. 325^{b}. — „Dilecto filio nostro".

„ 15. „ 16696 (Stephano) abbati S. Genovefae et (Gerardo) cantori Parisiensi mandat, ut insulae Omnium sanctorum libertates contra (Rotrodum) electum Catalaunensem et H. viduam defendant. Pflugk-Harttung Acta I. 355. — „Dilecti filii".

„ 15. „ 16697 Monasterii Bellae-vallis (d. Vesontion.) possessiones et privilegia confirmat. Cartul. de Bellevaux, Coll. Moreau t. 870. f. 154 in bibl. nat. Paris. — „Quotiens postulatur a nobis".

„ 17. „ 16698 Compositionem inter fratres Compendienses et canonicos S. Iusti de bosco quodam initam confirmat. In tabul. nat. Paris. Cartul. Compend. s. XIII. LL. 1622. f. 136^{b}, in bibl. nat. Paris. Cartul. Compend. XVII. ms. lat. 9171. f. 55. — „Si quando inter".

„ 17. „ 16699 Abbati et fratribus Compendiensibus asserit prioratum S. Petri et decumam de Cusia. In tabul. nat. Paris. l. l. f. 56, in bibl. nat. Paris. Cartul. Compend. l. l. f. 52, et in Coll. Moreau t. 93. f. 171. — „Iustis petentium desideriis".

„ 17. „ 16700 Statuit, ut vicarius qui praebendam, quam monachi S. Victoris in ecclesia Parisiensi possideant, administret, sacerdos esse debeat. Addit de decimis e laicorum manibus redimendis. Autogr. in tabular. nat. Paris. L. 235 n. 4. — „In hiis que iuste".

„ 20. „ 16701 R(oberto) abbati et conventui Malmesburiensi scribit, se fratribus quibusdam minus canonice ad diaconatus et subdiaconatus officium promotis indulgere, ut „in susceptis ordinibus ministrent et ad maiores promoveantur". Registrum Malmesbur. I. 375. — „Cum in apostolice".

„ 20. „ 16702 Prioribus de Giseburn, de Crescham et magistro W. de Hou mandat, ut capellam de Nide, amoto R. clerico uxorato, qui iniuste eam retineat, ecclesiae Riponensi restitui faciant. (Litterae Coelestino V. perperam ascriptae) Memorials of Ripon I. 116. — „Pervenit ad nos".

1191. *(Ind. 9. — Sept. — 10, pont. a. 1.)*

Mai. 20.	Romae ap. S. Petrum	16703 Monasterii S. Victoris Parisiensis protectionem suscipit, possessionesque et privilegia confirmat, petente Garino abbate. Autogr. in tabul. nat. Paris. L. 235. n. 5. — „Quotiens postulatur a nobis".
„ 21.	„	16704 (10297) Monasterii S. Mariae et S. Iohannis Lubecensis protectionem suscipit et possessiones quasdam confirmat, petente Arnoldo abbate. Suhm Hist. af Danm. VIII. 696, Migne 206 p. 872. — „Cum a nobis petitur".
„ 22.	„	16705 Universos fideles per Eboracensem dioecesim constitutos hortatur, ut ad reparationem ecclesiae Riponensis de bonis suis conferant. Benefacientibus remissionem peccatorum promittit. (Coelestino V. perperam ascripta). Memorials of Ripon. I. 117. — „Quoniam ut ait".
„ 22.		†16706 (ccccxix) Monasterii Morbacensis possessiones, libertatem, privilegia confirmat, petente Sintberto abbate. („Dat. Laterani p. m. magistri Suntheri dom. papae notarii" cet). Martene Thes. I. 633, Schoepflin Als. dipl. I. 293, Migne 206 p. 1241. — „Convenit apostolico moderamini".
„ 23.	„	16707 (10298) Monasterii S. Mariae et S. Iohannis Lubecensis protectionem suscipit et privilegia confirmat, petente Arnoldo abbate. Michelsen Urkundensammlung I. 10, Cod. dipl. Lubec. I. Abth. I. 12, (Suhm Hist. af Danm. VIII. 696, Migne 206 p. 873). — „Quociens postulatur a".
„ 25.		†16708 Universis Christi fidelibus, qui fratribus Dominici Sepulchri Hierosolymitani subvenerint, plenam criminum indulgentiam et vitam pollicetur aeternam". Fratres vel benefactores S. Sepulchri, si in loco interdicto mori eos contigerit, ibidem sepeliri permittit. (Dat. „Romae"). Anciens statuts du S. Sép. de Iérus. p. 87, ubi bulla falso Coelestino V. ascribitur. — „Audita severitate".
„ 25.	„	16709 W(illelmo) episcopo, R. de Poleio archidiacono, magistro R. Aumeville (cantori) Constantiensibus (prov. Rotom.) mandat, ut iudicium faciant inter monachos Montisburgi, et dominum de Wast Robertumque de Botelou clericos, de ecclesia de Bresillevast litigantes. Ex chartul. Montisburgi p. 74, quem tenet dom. de Beaufort, misit Delisle.
„ 27.	„	16710 Nazario praeposito et Petro cimiliarchae S. Ambrosii Mediolanensis. Pflugk-Harttung Iter p. 322. — „Cum inter vos".
„ 28.	„	16711 Universis suffraganeis ecclesiae Cantuariensis praecipit, ut in archiepiscopo eligendo nihil contra privilegia, a sede apostolica eidem ecclesiae indulta, facere praesumant. Stubbs Chronicles II. 336. — „Cum ex officio".
„ 28.	„	16712 (10299) R(eginaldo), episcopo Bathoniensi, et (Hugoni) de Radinges et (Gualtero) de Waltham abbatibus mandat, ut quae Balduinus archiepiscopus monachis Cantuariensibus abstulerit, restituant. Condemnatam capellam (Haketunensem) destrui iubet. Gervasii Chron. 1192 et 1196 et Gervasii Imag. ap. Twysden H. A. SS. I. 1325. 1571. 1592, in Opp. hist. ed. Stubbs I. 67. et 534: „X. kal. Iun.", sed ibid. p. 498: „V. kal. Iun.", Stubbs Chronicles II. 337, Migne 206 p. 874. (Radulf. de Dic. Im. Hist. ap. Twysden I. 660, Opp. hist. ed. Stubbs II. 89). — „Molestias et" („Modis omnibus").
„ 28.	„	16713 (10300) Prioris et conventus ecclesiae Christi Cantuariensis privilegia a Balduino quondam archiepiscopo violata restituit. Gervasii chron. 1191 et Imaginat. ap. Twysden H. A. SS. I. 1573. 1324, in Opp. hist. ed. Stubbs I. 66. 500, Stubbs Chronicles II. 335, Migne 206 p. 875. — „Sicut ad apostolatus".
„ 31.	(„)	16714 Roncano clerico asserit plenam potestatem in ecclesia S. Iohannis baptistae, in via publica inter Cesenam et Forumpopuli una cum hospitali et domo ad recipiendos peregrinos constructa. Pflugk-Harttung Iter p. 813.
Iun. 3.	„	16715 (10301) Ecclesiam S. Laurentii Florentinam tuendam suscipit, eiusque bona ac iura confirmat, petente Ildebrando priore. Lami Eccl. Fl. Mon. II. 935, Cianfogni Mem. ist. p. 208, Migne 206 p. 876. — „Piae postulatio".
„ 5.	„	16716 Abbatibus S. Victoris et S. Genovefae Parisiensibus et magistro R. de Monte scribit de malefactoribus quibusdam ecclesiae S. Oportunae. Ex chartul. S. Oport. p. 34 in tab. nat. Paris. LL. 93. Misit Delisle. — „Ex parte canonicorum".
„ 8.	„	16717 (10302) Monasterii Nonantulani, „ab Astulfo Longobardorum rege, eiusdem loci fundatore, b. Petro oblati" patrocinium suscipit, et possessiones ac privilegia confirmat. Bonifacio abbati usum dalmaticae, mitrae, chirothecarum sandaliorumque concedit. Perini Ist. di S. Silv. di Ver. II. 12: „VI. die Iun.", (Tiraboschi St. di Non.

		1191. *(Ind. 9. — Sept. — 10, pont. a. 1.)* II. 288: „VI. id. Iun.“; Pflugk-Harttung Iter p. 64 et 65: „VI. kal. Iun.“ et altera vice p. 65: „VI. id. Iun.“). — „Apostolicae sedis auctoritate“.
Iun. 8.	Romae ap. S. Petrum	16718 Ecclesiae S. Thomae Asculanae possessiones et iura confirmat, petente Mauricio priore. Pflugk-Harttung Iter p. 322. — „Quotiens a nobis“.
„ 10.	„	16719 (10303) Opizoni, subdiacono Parmensi, et magistro Iohanni Bergomati mandat, ut controversiam inter canonicos cathedralis ecclesiae Reginae et S. Prosperi clericos componant. Tiraboschi Mem. Mod. III. 119, Migne 206 p. 878. — „Ex parte dilectorum“.
„ 13.	„	16720 (10304) Ecclesiam S. Sigismundi Sablonensem tuendam suscipit eiusque bona confirmat, petente Alberto presbytero. Tiraboschi Mem. Mod. IV. 3, Migne 206 p. 879. — „Piae postulatio voluntatis“.
„ 13.	„	16721 (10305) Monasterium S. Clementis Piscariense tuendum suscipit eiusque bona ac iura confirmat, petente Iohele abbate. Anecdota Ughelliana p. 411, Muratori R. It. SS. II. II. 917, Migne 206 p. 881. — „Religiosis votis annuere“.
„ 15.	„	16722 Archiepiscopis, episcopis, abbatibus et aliis ecclesiarum praelatis mandat, ut a parochianis suis iniuste detenta fratribus militiae templi restitui faciant. Addit de templariorum privilegiis quibusdam. Loewenfeld Epistolae p. 243. — „Cum dilecti filii“.
„ 19.	„	16723 Monasterii S. Crucis Saxivivi possessiones et iura confirmat, petente Iacobo abbate. Pflugk-Harttung Iter p. 323. — „Religiosam vitam“.
„ 20.	„	16724 (10306) Priori et conventui Cantuariensi privilegia varia concedit. Wilkins Conc. I. 494, Migne 206 p. 884. — „Sicut nobis imminet“.
„ 21.	„	16725 Alberto, abbati monasterii S. Benedicti super Padum, ecclesiam S. Cesarii a monachis Nonantulanis sibi vindicatam asserit. Wiener Sitzungsber. XCVII. 66. — „Quotiens a nobis petitur“.
„ 22.	„	16726 Monasterii S. Benedicti super Padum possessiones et iura confirmat, bulla ad Albertum abbatem. Pflugk-Harttung Iter p. 323. — „Suscepte officium“.
„ 27.	„	16727 (10307) Ecclesiae S. Georgii Brinatensis protectionem suscipit, possessionesque et privilegia confirmat. Bull. Lat. p. 61, ubi post prima contextus verba falso punctum positum est. — „Religiosam vitam eligentibus“ („Apostolicum convenit“).
Iul. 1.	„	16728 (10308) Priori et fratribus Camaldulensibus ius parochiale ecclesiae S. Margaritae asserit. Mittarelli Ann. Cam. IV. app. p. 183, Migne 206 p. 885. — „Cum a nobis petitur“.
„ 3.	„	16729 Monasterio Fusniacensi villam Landousies asserit, fratresque eius a solvendis decumis eximit. Autogr. in tab. nat. Paris. L. 235. n. 7 bis. — „Cum sitis ordine“.
„ 6.	„	16730 (10309) Monasterium S. Anastasii apud Aquas salvias tuendum suscipit et possessiones eius confirmat, petente Ven. abbate. Ratti St. di Genzano p. 96. — „Religiosam vitam eligentibus“.
„ 22.	„	16731 (10310) Capitulo Narbonensi plausum dat, quod Berengarium, episcopum Ilerdensem, archiepiscopum elegerint. Hortatur, ut ei obediant. Baluzii Misc. III. 21, Gall. Chr. VI. Instr. p. 49, Aguirre Conc. V. 101, Mansi XXII. 614, Migne 206 p. 886. — „Quod episcoporum mutationes“.
„ 26.	„	16732 Monasterium S. Michaelis Passinianense tuendum suscipit, eiusque bona et iura confirmat, petente Alberto abbate. Wiener Sitzungsber. XCIV. 691, Pflugk-Harttung Iter p. 323. — „Officii nostri nos“.
„ 27.	„	16733 (10311) Monasterii S. Gisleni protectionem suscipit, possessionesque ac iura confirmat. Reiffenberg Monuments VIII. 409, Migne 206 p. 887. — „Quotiens a nobis petitur“.
„ 28.	„	16734 (10312) Monasterio Cluniacensi monasterium Balmense asserit. Bullar. Cluniac. p. 96, Migne 206 p. 890. — „Gloriosa et admirabilis“.
„ 30.	„	16735 Monasterio Engelbergensi parochiam Stannes cum iure patronatus asserit. Der Geschichtsfreund IX. 199. — „Cum a nobis petitur“.
Aug. 5.	„	16736 (10313) Henrico duci concedit, „ne quis in personam eius vel personas filiorum eius, excepto Romano tantum pontifice, vel legato specialiter ab ipsius latere destinato, nisi de speciali forte mandato suo, seu illorum, qui sibi successerint, excommunicationis sententiam audeat promulgare“. (Facsimile bullae in) Orig. Guelf. III. 563, Migne 206 p. 892. — „Si aliquando fidelium“.

		1191. *(Ind. 9. — Sept. — 10, pont. a. 1.)*
Aug. 5.	Romae ap. S. Petrum	16737 (10314) Monasterii S. Ragniberti Iurensis protectionem suscipit, disciplinamque ac possessiones confirmat, petente Humberto abbate. Guichenon Hist. de Bresse IV. 234, Migne 206 p. 893. — „Quoties postulatur a".
„ 7.	(..)	16738 (10315) *Praepositi et fratrum ecclesiae S. Nicolai Stendalensis privilegium confirmat, ut sacramenta ecclesiastica, si dioecesanus episcopus recusaverit tribuere, a quolibet episcopo accipiant. Riedel Cod. dipl. Br. I. v. 26.
„ 7.	(„)	16739 (10316) *In ecclesia S. Niolai Stendalensi invitis fratribus synodum fieri, eamque interdicto affici vetat. Riedel Cod. dipl. Brand. I. v. 26
„ 7.	(„)	16740 (10317) *Praeposito et fratribus S. Nicolai Stendalensis asserit privilegium de animarum cura, a Lucio III. datam. Riedel Cod. dipl. Brand. I. v. 26.
„ 9.	..	16741 (10318) Ecclesiae S. Nicolai Stendalensis protectionem suscipit et possessiones confirmat. Lenz Marg.-Gräfl. Br. Urk. p. 15, (Riedel Cod. dipl. Brand. I. v. 26, Migne 206 p. 895). — „Quotiens a nobis petitur".
„ 10.	„	16742 Archiepiscopis, episcopis et universis ecclesiarum praelatis in Apulia et Calabria et Sicilia mandat, ut qui apud templarios sepulturam elegerint, libere eos sepeliri permittant, nisi excommunicati vel interdicti sint, cet. Pflugk-Harttung Acta II. 397. — „Quanto religio".
„ 19.	„	16743 Universis ecclesiarum praelatis mandat, ut eos, qui Templariorum possessiones invaserint seu res a morientibus eis legatas retinuerint seu aliis iniuriis eos affecerint, si laici sint, excommunicent, si clerici, ab officio suspendant, donec satisfecerint. Prutz Malteser Urk. p. 45. — („Non absque dolore").
„ 28.	„	16744 Fratribus Malmesburiensibus quinque ecclesias cum omnibus earum iuribus asserit. Registrum Malmesbur. I. 374. — „Iustis petentium desideriis".
„ 28.	„	16745 Archiepiscopis et episcopis, in quorum dioecesibus fratres Glocestrienses ecclesias habent, significat, se eis „dispensative indulsisse, ut ecclesias suas, cum eas vacare contigerit, retineant et obventiones earum in proprios usus ad sustentationem hospitalitatis domus suae convertant, non obstante dioecesani episcopi vel Lateranensis concilii prohibitione". Hist. et cart. mon. S. Pet. Gloucestriae III. 13. — „De statu religiosorum".
„ 29.	„	16746 Abbati et conventui S. Petri Glocestriensi ecclesias quasdam, cum eas vacare contigerit, eorumque obventiones „dispensative indulget, non obstante dioecesani episcopi vel Lateranensis concilii prohibitione". (Pro „IV. kal. Sept." fortasse legendum est „V. kal. Sept."). Hist. et cart. mon. S. Pet. Gloucestriae III. 11. — „Iustis petentium desideriis".
„ 29.	„	16747 Monasterii S. Bartholomaei Carpinetensis protectionem suscipit bonaque et iura confirmat, petente Boamundo abbate. Pflugk-Harttung Acta III. 380. — „Monet nos apostolice".
„ 30.	„	16748 Monasterii Malmesburiensis tutelam suscipit, possessiones, privilegia, libertatem, rogatu Roberti abbatis, confirmat, imposita fratribus unciae auri pensione annua. Registrum Malmesbur. I. 359 (et 382). — „Commissae nobis apostolicae".
Oct. 21.	„	16749 Fratribus monasterii S. Petri de Villa magna. Pflugk-Harttung Iter p. 324. — „Iustis petentium".
„ 23.	„	16750 (10319) Monasterio Denkendorfensi ecclesiam Berkheimensem asserit. Wirtemberg. Urkundenb. II. 272. — „Cum a nobis petitur".
„ 24.	„	16751 (10320) Ecclesiam S. Mariae et S. Iohannis Suerinensem tuendam suscipit, canonicorumque bona et privilegia confirmat. Lisch Meklenb. Urk. III. 47, Hasselbach Cod. Pom. dipl. I. 167, Lünig Spic. eccl. II. app. p. 154, Schröder Wism. Erstl. p. 85, Meklenburg. Urkundenb. I. 148, Migne 206 p. 896. — „Apostolici moderaminis clementiae".
„ 25.	„	16752 P(etro) Signino, I(ohanni) Anagnino et B(ernardo) Ferentinensi episcopis mandat, ut parrochianos suos, qui monasterium Villae magnae iniuriis afficiant, excommunicationi subiiciant, donec satisfecerint. Pflugk-Harttung Acta III. 382. — „Cum specialiter simus".
Nov. 5.	Laterani	16753 (10321) (Umberto, archiepiscopo Arelatensi?) concedit, „ut illos cives vel burgenses, qui pacem cum adversariis contempserint, maledicti et excommunicationis vinculo innodare valeat; et eos, qui naufragia patientes capiunt vel expoliant, et peregrinos seu mercatores et alios per strata euntes capere vel bona illorum diripere,

1191. *(Ind. 9. — Sept. — 10, pont. a. 1.)*

vel augere pedagia de novo praesumpserint, excommunicandi liberam habeat facultatem; hereticos insuper, et qui eos recipiunt, Aragonenses, Bramantiones et familias illas extraneas, quae eius dicuntur provinciam dissipare, et illos, qui eos conducunt et recipiunt, possit cessante appellatione punire". Papon Hist. de Provence II. Pr. p. 27, Migne 206 p. 897. — „Cum redemptor humani".

Nov. 6. Laterani 16754 Umberto, archiepiscopo Arelatensi, concedit, qui ecclesias seu campanilia invaserint, ut eos anathematizet. Loewenfeld Epistolae p. 245. — „Intelleximus quod".

„ 6. „ 16755 Universis provinciae Arelatensis praelatis mandat, ut Imberto (Umberto) archiepiscopo, a sese consecrato, obediant. Loewenfeld Epistolae p. 244. — „Ad hoc in ecclesia".

„ 7. „ 16756 (10322) Compositionem inter ecclesias S. Mariae et S. Crucis Stampenses factam confirmat litteris ad Odonem Clementis, abbatem S. Mariae, notarium litterarum Philippi, Francorum regis. Fleureau Les antiqu. d'Estampes p. 390. — „Causae, quae concordia".

„ 10. „ 16757 Ecclesiae Arelatensis tutelam suscipit, possessionesque et privilegia confirmat, petente Imberto archiepiscopo. In bibl. nat. Paris. Coll. Baluze t. 88. f. 62. — „Quotiens a nobis".

„ 11. „ 16758 *Monachis S. Crucis Burdigalensibus indulget, ut tempore interdicti, pro delictis domini terrae prolati, divina officia certis quibusdam conditionibus celebrent. In bibl. nat. Paris. ms. lat. 12666. (Monasticon Benedictin. IX.) f. 162.

„ 12. „ 16759 (10323) Parthenonis Creuzbergensis tutelam suscipit, bona confirmat, privilegia constituit. Wenck Hessische Landesgesch. III. Urk. p. 87. — „Prudentibus virginibus".

„ 12. „ 16760 (10324) Parthenonis Hovensis protectionem suscipit, disciplinamque, possessiones, privilegia confirmat, petente Iutta abbatissa. Annalen des hist. Vereins f. d. Niederrhein XXXII. 17, Pflugk-Harttung Acta I. 356. — „Prudentibus virginibus".

„ 12. „ 16761 Monasterio S. Andreae de Gufer asserit tertiam partem decimae b. Martini de Molins, a L(isiardo) episcopo Sagiensi donatam. Orig. in Arch. dép. du Calvados in Caen, fonds de St. André-en-Gouffern n. 21. — „Iustis petentium desideriis".

„ 21. „ 16762 Fratribus S. Iohannis Baptistae Magdeburgensibus asserit villam Parchowe, a Wichmanno archiepiscopo permutatione comparatam. Holstein Urk. d. Kl. Berge (Gesch.-Quell. d. Prov. Sachsen IX.) p. 30. — „Iustis petentium desideriis".

„ 29. „ 16763 Conventui S. Augustini Cantuariensis concedit, „ne quisquam abbas sive praelatus ecclesiae eorum sacristaniam vel camerariam absque consensu totius capituli ad firmam dare vel sibi sumere attentet". Hist. mon. S. August. Cantuar. p. 478. — „Nostrae sollicitudinis est".

Dec. 2. „ 16764 (10325) Abbati et monachis Clusanis praecipit, ut monachorum Savilianensium diplomata, iamdiu retenta, iis reddere non contemnant; alioquin eos ab archiepiscopo Mediolanensi per sententiam excommunicationis ad id coactum iri minatur. Hist. Patr. Mon. Chart. I. 970, Migne 206 p. 898. — „Sicut nolletis".

„ 2. „ 16765 (10326) Archiepiscopis et episcopis in regno Angliae constitutis praecipit, ut Iohannem, comitem Meretonii, et alios, qui tam „contra regnum Ricardi regis, quam contra Willelmum Eliensem episcopum, apostolicae sedis legatum, cui rex regnum tradidit gubernandum", peccaverint, excommunicent et „tamdiu faciant sicut excommunicatos evitari, donec, iam dicto legato tam a captione quam a iuramento primitus absoluto et regno ipso in statum a rege in recessu suo dispositum reformato, cum testimonio litterarum ipsius legati ad sedem veniant apostolicam absolvendi". Gesta Henrici II., olim Benedicto Petroburg. tributa, 1191 ed. Stubbs II. 221, Rogeri de Hoveden Annal. 1191 ap. Savile R. A. SS. p. 402, ed. Stubbs III. 151, Mansi XXII. 594, Migne 206 p. 899. — „Cum dilectus in".

„ 5. „ 16766 (10327) Monasterium S. Petri Savilianense, rogatu Willelmi abbatis, tuendum suscipit eiusque bona ac privilegia confirmat, ac monachis bisancii unius censum annuum imponit. Hist. Patr. Mon. Chart. I. 973, Migne 206 p. 900. — „Effectum iusta postulantibus".

„ 5. „ 16767 (10328) (Hugoni) episcopo Coventrensi possessiones quasdam asserit. Monast. Anglic. III. 232, nov. ed. VIII. 1250, Migne 206 p. 902. — „Cum a nobis petitur".

1191. *(Ind. 9. — Sept. — 10, pont. a. 1.)*

Dec. 5.	Laterani	16768 Monasterii S. Mariae Scotorum Wiennensis protectionem suscipit iuraque et privilegia confirmat, petente Finano abbate. Font. Rer. Austr. II. XVIII. 12, Sickel Mon. graph. IX. 9 (ex cop. a. circ. 1208). — „Religiosam vitam eligentibus".
„ 5.	„	16769 Universos ecclesiarum praelatos hortatur, ut eos, qui Templariorum possessiones invaserint vel res eis a morientibus legatas retinuerint seu aliis iniuriis eos affecerint, si laici sint, excommunicent, si clerici, ab officio suspendant, donec satisfecerint. Prutz Malteser Urk. p. 45. — („Non absque dolore").
„ 11.	„	16770 (10329) Concessiones in ecclesiae Strigoniensis iniuriam impetratas abolet. Fejér C. D. H. II. 274, Knauz Mon. eccl. Strig. I. 140. — „Quanto in ecclesia" „Quantum in eclesia".
„ 13.	„	16771 (10330) Ecclesiae Strigoniensis privilegia, petente (Iobo) archiepiscopo, confirmat. Fejér C. D. H. II. 275, Knauz Mon. eccl. Strig. 140. — „Quia te tamquam".
„ 16.	„	16772 (10331) Clericis Cardonensibus ecclesiam de Liemon asserit. Günther Cod. dipl. Rh. Mos. I. 474, Beyer M. U. II. 162, Migne 206 p. 903. — „Cum ab ecclesiasticis".
„ 20.	„	16773 (10332) Archiepiscopo Strigoniensi asserit ius regis Hungariae coronandi, et „regiae domus officialium praepositos vinculo anathematis alligandi et in causis spiritualibus iudicandi". Fejér C. D. H. II. 276, Mon. Hung. hist. I. XI. 182. — „Tuae devotionis".
„ 20.	„	16774 (10333) Ecclesiae Teutonicorum Transilvanorum, praepositurae factae, libertatem, a B(ela) rege Ungariae roboratam, confirmat litteris ad (Iobum) Strigoniensem archiepiscopum datis. Knauz Mon. eccl. Strig. I. 141, (Fejér C. D. H. II. 276, Fontes Rer. Austr. II. XV. 3). — „Tue devotionis fervorem".
„ 20.	„	16775 Decano et magistro scholarum S. Suiberti in Werda et magistro scholarum S. Andreae Coloniensis mandat, ut litem inter abbatem Tuitiensem et abbatem de Stoberch super decimis quibusdam de Burgo determinent. Pflugk-Harttung Acta II. 397. — „Innotuit nobis".
„ 22.	„	16776 A monasterio S. Augustini Cantuariensi seculares personas vetat decimas exigere. Pflugk-Harttung Acta III. 382. — „Intelleximus quod non".
„ 24.	„	16777 (10334) Guillelmi, domini Montispessulani, protectionem suscipit, bonaque et privilegia confirmat, considerans, „quantum" inquit „cl. m. Guillelmus progenitor tuus S. R. ecclesiae et nobis ipsis in minori officio constitutis devotus exstiterit". Gariel Ser. I. 240, Migne 206 p. 903. — „Considerantes, dilecte".
„ 27.	„	16778 (10335) Ecclesiam Clusinam tuendam suscipit eiusque bona ac iura confirmat, petente Theobaldo episcopo. Muratori Ant. It. VI. 421, Migne 206 p. 904. — „Miserati inopiam".
„ 27.	„	16779 C(lementiae) electae abbatissae et sororibus Romaricensibus propter monasterii „tenues redditus" indulget, ut „si quando de rebus, quae infra archiepiscopatum Treverensem continentur, extra ipsum archiepiscopatum a quibuslibet eas contigerit convocari, eorum auditorium non adeant nec subeundi iudicii causa aliquem responsalem mittant". Guinot L'abbaye de Remiremont p. 401, Annales de la soc. des Vosges XII. Cahier II. 279. — „Cum nobis immineat".
„ 28.	„	16780 (10336) Stenaro, episcopo Wexionensi, praecipit, ne in C(olonis) episcopi Lincopiensis possessiones invadat. Liljegren Dipl. Suec. I. 124, Örnhjälm Hist. Sueon. p. 569, Migne 206 p. 906. — „Officium nobis iniunctum".
„ 31.	„	16781 (10337) C(inthio) tit. S. Laurentii in Lucina presbytero cardinali, apostolicae sedis legato, et P(etro), archiepiscopo Upsaliensi, et I(erpulpho) episcopo Scarensi mandat, ut C(olonis) Lincopiensis et S(tenari) Wexionensis episcoporum de dioecesium confinio litem discernant. Liljegren Dipl. Suec. I. 124, Örnhjälm Hist. Sueon. p. 570, Migne 206 p. 906. — „Causam, que vertitur".
		16782 (10338) *Monachis S. Augustini Cantuariensibus concedit, „ut possint celebrare divina in generali interdicto". Chronica W. Thorn ap. Twysden H. A. SS. II. 1839, cf. ibid. p. 2257.
		16783 (10339) *Monasterii S. Augustini Cantuariensis „super benedictione abbatis" privilegium confirmat. Chronica W. Thorn. ap. Twysden H. A. SS. II. 1839.
		16784 (10340) *Monasterio S. Augustini Cantuariensi „confirmat ecclesiam de Northborne cum capellis ad opus eleemosinariae". Chronica W. Thorn ap. Twysden H. A. SS. II. 1839.

1191. *(Ind. 9. — Sept. — 10, pont. a. 1.)*

16785 (10341) *Monasterio S. Augustini Cantuariensis „confirmat praebendam de Gustone ad vestitum monachorum". Chronica W. Thorn ap. Twysden H. A. SS. II. 1839.

16786 (10342) R(ogero) abbati S. Augustini Cantuariensi mandat, videat, „ne aliquis clericorum commissam sibi ecclesiam cuiquam ad firmam assignet". (Fragmentum). Chronica W. Thorn ap. Twysden H. A. SS. II. 1840, Migne 206 p. 907. — „Audidivimus et audientes".

16787 (10343) Rogero abbati S. Augustini Cantuariensi permittit, „ut si quis, beneficium ecclesiasticum a monasterio adeptus, solitum fidelitatis iuramentum praestare contempserit, eum a beneficii perceptione suspendat". (Fragmentum). Chronica W. Thorn ap. Twysden H. A. SS. II. 1840, Migne 206 p. 907. — „Cum de antiqua".

16788 (10345) Suenoni, episcopo Arusiensi, significat, se Absaloni, archiepiscopo Lundensi, permisisse, „ut et ei cedendi episcopatui licentiam tribuat et provideat iuxta facultatem ecclesiae eius unde honeste valeat sustentari". Langebek SS. R. Dan. V. 255, Migne 206 p. 908. — „Ex litteris venerabilis".

16789 (10346) Absaloni, archiepiscopo Lundensi, congruenter epistolae superiori scribit. Langebek SS. R. Dan. V. 256, Migne 206 p. 908. — „Eam de tua".

16790 (10452) C(anuto), Danorum regi, sic scribit: „Ex parte siquidem venerabilis fratris nostri, Waldemari, Slesvicensis episcopi, nostris est auribus intimatum, quod cum W(aldemarus) dux, frater tuus, ipsi et ecclesiae suae castra, possessiones . . . ac bona plurima per violentiam abstulisset —". (Fragmentum). Pertz Archiv VII. 884, De tempore vide Toeche Heinrich VI. p. 235. — „Ex parte siquidem".

16791 *Ecclesiae S. Michaelis iuxta Palatiolum (Romanae) censum duorum solidorum Lucensis monetae imponit. Liber censum ap. Muratori Ant. Ital. V. 852.

16792 *Ecclesiae S. Frigdiani Lucensis possessiones et privilegia confirmat. Pennotti Ord. cler. can. hist., ed. Rom. p. 735. — „Religiosam vitam".

16793 *Udalrico, abbati S. Galli, litteras dat, ut Wernero clerico „congrue provideat". Vide Coel. III. epist. dat. d. 6. Dec. 1192 ap. Wartmann Urk. d. Abt. St. Gallen III. 51.

1191—1192.

16794 (10347) (Episcopis quibusdam) mandat, ut „si invenerint uxorem R. (Kanuti), Sueorum regis, gravi infirmitate depressam continentiam vovisse et virum eius ad tempus praebuisse consensum, maxime si non idem vir continentiam voverit perpetuam, eandem viro cohabitare faciant et utrumque invicem maritali affectione tractare". Liljegren Dipl. Suec. I. 682, Comp. II. L. 3. t. 19. c. 3, Decr. Greg. L. III. t. 32. c. 11, Migne 206 p. 909. — „Karissimus in Christo".

1192. *(Ind. 10, pont. a. 1. — 14. Apr. — 2, 1191. — 25. Mart. — 1192.)*

16795 *Heinrico imperatori scribit, sese „ad reformationem pacis et concordiae inter imperium et regnum Siciliae suas velle partes libenter interponere". Heinrici epist. in Notices et extraits XXI. II. 329.

Ian. 2. Laterani — 16796 (10344) Monasterii S. Augustini Cantuariensis privilegia confirmat. (Fragmentum). Hist. Mon. S. Aug. Cant. p. 477, (cf. Chron. W. Thorn ap. Twysden H. A. SS. II. 1840). — („Licet omnes ecclesias").

„ 4. „ — 16797 (10348) Liberianae basilicae Praenestinae bona confirmat. (Fragmentum). Ughelli It. sacr. I. 200, Migne 206 p. 910. — „ . . . Nosque ab huiusmodi".

„ 9. „ — 16798 Alberto, archipresbytero plebis S. Salvatoris de Colle et SS. Iohannis et Faustini de Etra (corr. Elsa). Pflugk-Harttung Iter p. 324. — „Quotiens a nobis".

„ 11. Romae ap. S. Petrum — 16799 (Wolfkero) episcopo Passaviensi scribit de pace componenda inter magistrum R. canonicum Passaviensem et monachos S. Georgii. Archiv f. Kunde österr. Gesch.-Quellen IX. 270. — „Sicut ex tua".

„ 12. „ — 16800 Abbati Zwetlensi et praeposito S. Ipoliti atque Popponi de Ruspach scribit de eadem re. Archiv f. K. österr. Gesch.-Quell. IX. 270. — „Super quibusdam decimis".

„ 13. „ — 16801 Rogero abbati Eveshamensi concedit usum mitrae, dalmaticae, tunicae, sandaliorum et vestimentorum sacerdotalium. Chronicon abb. de Evesham p. 178. — „Largitione nostri muneris".

1192. *(Ind. 10, pont. a. 1. — 14. Apr. — 2, 1191 — 25. Mart. — 1192.)*

Ian. 20.	Romae ap. S. Petrum	16802 Decano et magistris Stephano et Poncardo canonicis Remensibus negotium dat, ut controversiam inter monasterium S. Gisleni et B(eatricem) de Boussu diu agitatam determinent. Loewenfeld Epistolae p. 245. — „Significante nobis".
„ 20.	„	16803 (10349) Ecclesiae S. Thomae Halberstadensis a Theodorico episcopo conditae, monachisque Praemonstratensibus traditae, protectionem suscipit, possessionesque confirmat. Schmidt Urkundenb. von Halberstadt (Geschichtsquellen d. Pr. Sachsen VII.) 7, Pflugk-Harttung Acta I. 352, ubi prima verba corrigenda sunt. — „Sacrosancta Romana ecclesia".
„ 21.	„	16804 (10350) Monasterii Marbacensis protectionem suscipit, bonaque ac privilegia confirmat. Würdtwein Nova subs. dipl. X. 161, Migne 206 p. 911. — „Quotiens a nobis petitur".
„ 27.	„	16805 Bonifacio archiepiscopo Ianuensi. (Bulla haec, certe Clementi III. abiudicanda, Coelestino III. attribuenda videtur. Eademne sit ac illa, quam infra n. 16815 damus, Pflugk-Harttung in dubio reliquit). Pflugk-Harttung Iter p. 313: „VI. kal. Febr., pont. a. I." — „Cum a nobis".
„ 28.	„	16806 Canonicis ecclesiae S. Montis asserit curam ecclesiae Domni-Martini. Ex Coll. Moreau t. 94 f. 78 in bibl. nat. Paris. Misit Delisle. — „Cum nobis licet".
„ 31.	„	16807 (10351) Monasterii Vallis S. Mariae protectionem suscipit, possessionesque confirmat. Orig. Guelf. III. 564, Migne 206 p. 912. — „Cum a nobis petitur".
Febr. 1.	„	16808 (10352) Capitulo Ianuensi asserit capellae in urbe Tyro condendae facultatem a Iocio archiepiscopo Tyrensi concessam. Ughelli It. sacr. IV. 877, (Migne 206 p. 913). — „Sacrosancta Romana ecclesia".
„ 5.	„	16809 (10353) Hubaldo, archiepiscopo Pisano, subiicit Galtelinensem et Civitatensem episcopatus, in Sardiniae iudicatu Gallurensi sitos, ac episcopatum Populoniensem, „pro recompensatione episcopatuum", quos Hubertus, quondam archiepiscopus Pisanus, sedi Romanae concesserit. Insuper ei tribuit primatum super Turritanam, Calaritanam et Arborensem provincias, legationem Sardiniae, usum equi albi crucisque, ac pallium, quo utatur in consecratione Aleriensis, Aiacensis, Saguntini ac trium episcoporum, qui supra memorati sunt. Vivianus Praxis iurispatronatus p. 73, (Ughelli It. sacr. III. 409, Migne 206 p. 913). — „Si sua cuique".
„ 8.	„	16810 (10354) Monasterii Goldbacensis protectionem suscipit, bonaque et iura confirmat petente Theobaldo praeposito. Schoepflin Als. dipl. I. 296, Migne 206 p. 913. — „Pie postulatio voluntatis".
„ 8.	„	16811 Fratribus Cluniacensibus concedit, ut malefactores suos de provincia Lugdunensi excommunicare valeant, si eorum praelati tertio requisiti, eos ad satisfactionem exhibendam compellere distulerint. Eorum libertates et immunitates confirmat. (Bullae Honorii IV. inserta est). Prou Les Registres d'Honorius IV. p. 291, (Etiam in bibl. nat. Paris. Coll. Moreau t. 94. f. 62). — „Licet universa loca".
„ 8.	„	16812 „Bulla, ut clerici idonei ad ecclesias fratrum templi (Hierosolymitani) admittantur, cum vacaverint, et ut fructus earum, quamdiu ea occasione vacent, usus pro presenti non admittatur". Prutz Malteser Urk. p. 45.
„ 9.	„	16813 Radulpho priori et fratribus S. Lazari Parisiensis concedit, ut libere in eorum hospitali servientibus, „qui nec domos nec familiam in locis proximis habere noscantur", divina officia celebrent. Mém. de la soc. de l'hist. de Paris III. 173. — „Iustis petentium desideriis".
„ 9.	„	16814 Domum leprosorum S. Lazari Parisiensis tuendam suscipit bonaque eius confirmat, bulla ad Radulfum priorem. Mém. de la soc. de l'hist. de Paris. III. 173. — „Dum continuos cruciatus".
„ 10.	„	16815 Litteris ad B(onifatium) archiepiscopum Ianuensem inserit compositionem inter archipresbyterum de Nervi et fratres dominici sepulcri super ecclesia quadam ab O(ttone) episcopo Bobiensi et Petro, presbytero card. tit. S. Caeciliae, factam eamque confirmat. Pflugk-Harttung Acta II. 398, (Iter p. 324): „IIII. id. Febr., pont a. I." Cf. supra num. 16805. — „Cum a nobis petitur".
„ 11.	„	16817 (10355) (Iohanni) patriarchae Gradensi decumas ecclesiae S. Archidani Constantinopolitanae concedit, utque in eiusdem ecclesiae capellis iure conventuali utatur, permittit. Ughelli It. sacr. V. 1133, Migne 206 p. 915. — „Si quando a fratribus".

1192. *(Ind. 10, pont. a. 1.— 14. Apr. — 2, 1191.—25. Mart.— 1192.)*

Febr. 12.	Romae ap. S. Petrum	16818 Abbati et conventui S. Ebrulfi concedit, ut ecclesias de Thiruilistona, de Necleham, de Merstona, de Belegravia, de Bifelda fratribus, hospitibus, pauperibus sustentandis tribuant. Ex chartul. S. Ebrulfi II. n. 1075 in bibl. nat. Paris. Misit Delisle. — „Iustis petentium desideriis".
„ 12.		†16819 Henricum Valpach, magistrum hospitalis S. Mariae Hierosolymitanae, eiusque consocios sub b. Augustini regula collocat cum titulo: „Fratres domus Teutonicae hospitalis S. Mariae in Ierusalem". („Dat. Romae ap. S. Iohannem de Laterano, 12. die Febr., cet"). Strehlke Tab. ord. Teutonici p. 265 not. — „Cum intellexerimus".
„ 15.	„	16820 (10356) I(ohanni), archiepiscopo Lugdunensi, et eius suffraganeis significat, se monachis Cluniacensibus concessisse, „ut universos malefactores suos et hominum suorum, qui de provincia fuerint Lugdunensi, si eorum episcopi et ecclesiarum praelati ab eisdem fuerint fratribus tertio requisiti et eos ad satisfactionem illis congruam exhibendam non duxerint compellendos, licitum sit eis illos candelis accensis excommunicationis sententiae atque interdicti subiicere". Bullar. Cluniac. p. 94, Migne 206 p. 916. Cf. supra ep. 16811. — „Licet universa loca".
„ 15.	,	16821 *Monasterio Cisterciensi privilegium concedit. Neues Archiv VII. 117. — „Religiosam vitam".
„ 19.	Laterani	16822 Confirmat Theobaldo, episcopo Clusino, id quod egit „secundum tenorem indulgentiae apostolicae de fabrica ecclesiae" in castro montis Pulciani ab ipso fundatae. Pflugk Harttung Acta III. 383. — „Cum a nobis petitur".
„ 20.	„	16823 Abbati Glastoniensi usum mitrae, anuli, chirothecarum, dalmaticae, tunicae, sandaliorum concedit. Monast. Anglic. nov. edit. I. 40. — „Decor apostolici culminis".
„ 26.	„	16824 (10357) Ecclesiae Eugubinae possessiones, rogatu Bentivoli episcopi, confirmat. Ughelli It. sacr. I. 641, Migne 206 p. 917. — „Quoties illud a nobis".
„ 28.	„	16825 (10358) Monasterio Cluniacensi ecclesias quasdam asserit. Bullar. Cluniac. p. 94, Migne 206 p. 918. — „Piis petentium desideriis".
„ 29.	„	16826 Ecclesiae Tranensis, Romanae tantum sedi subiectae, tutelam suscipit ac possessiones confirmat. Samaro archiepiscopo eiusque successoribus pallii usum concedit. Prologo Le carte di Trani 169. — „Iustis fratrum et".
„ 29.	„	16827 Inter Thebaldum Clusinum et Amideum Aretinum episcopos sententiam a Rainerio episcopo Faesulano de ecclesia S. Andrea Montis Pulciani latam confirmat. Wiener Sitzungsber. XCIV. 691.
„	(„)	16828 Priorem et canonicos S. Petri in Castello protegendos suscipit. Pflugk-Harttung Iter p. 813. — „Preter commune debitum".
Febr.Mart.	„	16829 (10401) (Hugoni) Lincolniensi et (Gilberto) Roffensi episcopis nunciat, se sententiam excommunicationis a Gaufrido, archiepiscopo Eboracensi, in Hugonem, episcopum Dunelmensem, prolatam rescidisse. Gesta Henrici II., olim Benedicto Petroburg. tributa, 1192 ed. Stubbs II. 245, Rogeri de Hoveden Annal. 1191 ap. Savile R. A. SS. p. 406, ed. Stubbs III. 170, Mansi XXII. 595, Migne 206 p. 969. (Mense Febr. vel Martio 1192 epistolam scriptam esse, probat Stubbs locis cit.). — „Sicut ea, quae a".
Mart. 4.	„	16830 (10359) Bentivolo episcopo, B. priori et clero et populo Eugubino nunciat, Ubaldum, quondam episcopum Eugubinum, in sanctorum numerum relatum esse, hortaturque eos, ut festum eius die XVII. kalendas Iunii singulis annis celebrent. Acta SS. Maii T. III. 639, Mansi XXII. 596, Migne 206 p. 918. — „Benedictus deus in".
„ 4.	„	16831 Capituli ecclesiae maioris Placentinae legem de canonicorum duodeviginti servando numero confirmat. Wiener Sitzungsber. XCIV. 691. — „Relatum est nobis".
„ 4.	„	16832 *Monasterii Villariensis bona sine capituli assensu alienari vel in beneficium dari vetat variaque privilegia confirmat, bulla ad Guillelmum abbatem. Wauters L'anc. abb. de Villers p. 19, Vos Not. hist. sur l'abb. de Villers p. 55.
„ 12.	„	16833 Fratribus S. Victoris asserit „praebendam ecclesiae Parisiensis in illa integritate in qua canonici residentes praebendas obtineant". Autogr. in tab. nat. Paris. L. 235 n. 2. — „Iustis petentium desideriis".
„ 13.	„	16834 Ecclesiae Spalatensis tutelam suscipit, bonaque confirmat, et Petro archiepiscopo pallii usum concedit. (Perperam bulla Clementi inscripta est). Farlati Ill. sacr. III. 223, Mon. Hung. hist. I. xi. 179. — „In apostolicae sedis".

1192. *(Ind. 10, pont. a. 1. — 14. Apr. — 2, 1191 — 25. Mart. — 1192.)*

Mart. 13.	Laterani	16835 (10360) Ecclesiam Scalensem tuendam suscipit bonaque eius confirmat, petente Alexandro episcopo. Ughelli It. sacr. VII. 328, Camera Mem. stor. di Amalfi II. 259, Migne 206 p. 919. — „In apostolicae sedis".
„ 13.	„	16836 (10361) Petente Willielmo, Scotorum rege, statuit, „ut Scoticana ecclesia apostolicae sedi, nullo mediante, debeat subiacere". Rogeri de Hoveden Annales 1191 ap. Savile R. A. SS. p. 406[b], ed. Stubbs III. 173, Wilkins Conc. I. 495, Mansi XXII. 613, Migne 206 p. 921. — „Cum universi Christi".
„ 16.	„	16837 Domum leprosorum Parisiensium tuendam suscipit, ac possessiones eius decimarumque immunitatem confirmat. Autogr. in tab. nat. Paris. L. 235. n. 1. — „Sacrae scripturae testimonio".
„ 16.	„	16838 Monasterii S. Savini Placentini possessiones et iura confirmat, petente Urbano abbate. Pflugk-Harttung Iter p. 325. — „Quotiens a nobis".
„ 18.	„	16839 Bert. abbati S. Syri Ianuensis eiusque successoribus usum mitrae et anuli concedit. Pflugk-Harttung Acta III. 383. — „Ea que ad ecclesiarum".
„ 18.	„	16840 (10362) Abbati S. Sixti Placentino usum annuli concedit. Margarini Bull. Cas. II. 222, Mon. pont. Arverniae p. 374, Migne 206 p. 922. — „Cum a nobis".
„ 23.	„	16840a Duci Venetorum mandat, moneat subditos suos, ut N. subdiacono, rectori Massae, apostolicae sedis legato, pro Christi fidelibus in terra Hierosolymitana vexatis frumentum „et venditione et dono" tribuant; curet, ut ad deferendas res a b. m. R(ufino), tit S. Praxedis cardinali et Ariminensi episcopo, collectas navis oneraria ei assignetur. Fontes Rer. Austriac. II. xii. 211. — „Quantum .... christianae".
„ 24.	„	16841 Universos ecclesiarum praelatos hortatur, ut eos, qui Templariorum possessiones invaserint seu res a decedentibus eis legatas retinuerint seu aliis iniuriis eos affecerint, si laici sint, excommunicent, si clerici, ab officio suspendant, donec satisfecerint. Prutz Malteser Urk. p. 45, ubi falso, ut puto, bulla eiusdem tenoris esse dicatur ac bulla Lucii III. d. d. 26. Apr. 1185; videtur potius esse eiusdem argumenti ac ea, quam infra ad d. 6. Iul. notavimus). — „Non absque dolore".
„ 26.	„	16842 Uguicionis, episcopi Ferrariensis, eiusque successorum possessiones et iura confirmat. Pflugk-Harttung Iter p. 325. — „In eminenti sedis".
„	„	16843 (10363) Parthenonem S. Petri Florentinum tuendum suscipit bonaque eius confirmat, petente Maria abbatissa. Ughelli It. sacr. III. 103, Migne 206 p. 923: „... kal. Apr.". — „Prudentibus virginibus".
Apr. 1.	„	16844 (10364) (Aynardo), archiepiscopo Viennensi, eiusque suffraganeis praecipit, ne parochianos suos, quominus ordini Cartusiensi bona largiantur, impediri sinant. Privil. ord. Cart. fol. 3[b], Tromby Stor. Cart. IV. App. p. 240, Migne 206 p. 924. — „Ex conquestione dilectorum".
„ 1.	„	16845 Clericis S. Patricii Dublinensibus asserit ecclesias, a Iohanne, eiusdem civitatis archiepiscopo, collatas. Mason History of St. Patrick, append. p. 2. — „Iustis petentium desideriis".
„ 1.	„	16846 Parthenonem S. Petri Maioris Florentinum tuendum suscipit, eiusque bona et privilegia confirmat. (Fortasse eadem est ac bulla 16843). Wiener Sitzungsber. XCIV. 692. — „Prudentibus virginibus".
„ 1.	„	16847 Fratribus S. Petri de Burgo Valentinensi bona ac privilegia quaedam asserit. (Non est a suspicione remota). Chevalier Coll. de cart. Dauphin. VI. i. 25. — „Ea que a".
„ 3.	„	16848 Ecclesiae S. Petri de Burgo Valentinensi protectionem suscipit, possessionesque et privilegia confirmat. (Fragmenta). Chevalier Coll. de cart. Dauphin. VI. i. 27.
„ 7.	„	16849 (10365) Monasterii S. Iustinae, petente Domino abbate, protectionem suscipit, possessionesque ac iura confirmat, imposito monachis bisanzii unius censu annuo. Moriondi Mon. Aqu. I. 97, Migne 206 p. 924. — „Quoties a nobis petitur".
„ 12.	„	16850 (10366) Willelmo, episcopo Lucensi, concedit, „ut, cum patroni super ecclesiarum fuerint repraesentatione discordes, nisi ad concordiam infra terminum in Lateranensi concilio constitutum redierint, ecclesias illas canonice de personis idoneis ordinet". Baluzii Miscell. IV. 179, Migne 206 p. 927. — „Ex iniuncto nobis".
„ 14.	„	16851 Canonicis Rotomagensibus asserit ecclesias de Teuvilla et de Warengervilla, a (Gualtero) archiepiscopo concessas. Pflugk-Harttung Acta I. 357. — „Iustis petentium desideriis".

1192. *(Ind. 10, pont. a. 1. — 14. Apr. — 2, 1191 — 25. Mart. — 1192.)*

Apr. 14.	Laterani	16852 Capitulo Rotomagensi capellaniam de Blie asserit. Pflugk-Harttung Acta I. 357. — „Si iustas preces".
„ 16.	„	16853 (10367) Monasterium S. Mariae Locediense tuendum suscipit, eiusque bona ac privilegia confirmat, petente Petro abbate. Iricus Tridinensis Rer. patr., in dissert. p. 15, Migne 206 p. 927. — „Religiosam vitam eligentibus" (sic sine dubio legendum est pro „In religiosa vita degentibus").
„ 16.	In Lateranensi palatio	16854 (10368) Decano et capitulo Rotomagensi concedit, „ut cum generale interdictum terrae fuerit, liceat iis, clausis ianuis, exclusis excommunicatis et interdictis, non pulsatis campanis, suppressa voce divina officia celebrare". Bessin Conc. Rotom. II. 35, Mansi XXII. 616, Migne 206 p. 930, (Petri Blesensis Opp. p. 795). — „Cum universae Dei" („Cum humanum affectum").
„ 18.	Laterani	16855 Monasterii Baronensis tutelam suscipit possessionesque et privilegia confirmat. Wiener Sizungsber. XCVII. 66. — „Religiosam vitam eligentibus".
„ 18.	„	16856 Clementiae abbatissae SS. Virginum Coloniensium concessa a Philippo archiepiscopo stipendia quatuor confirmat. Pflugk-Harttung Acta II. 399, (Höhlbaum Mitth. a. d. Stadtarch. zu Cöln III. 10). — „Iustis petentium desideriis".
„ 18.	„	16857 Priori S. Petri de Catiano. (Ecclesiae eius possessiones confirmari videntur). Pflugk-Harttung Iter p. 325. — „Religiosam vitam".
„ 19.	„	16858 Fratribus Silleiensibus asserit quartam partem molendini de Paleavilla, quam ad mensam eorum die obitus sui P(etrus presbyter) de S. Lothario assignaverit. Orig. in Arch. dép. de l'Orne in Alençon, fonds de Silly. — „Iustis petentium desideriis".
„ 21.	„	16859 (10369) Ecclesiam Lucensem, petente Guilielmo episcopo, tuendam suscipit, eiusque bona et privilegia corroborat. Memorie e doc. IV. I. Racc. p. 48, Migne 206 p. 931. — „Et ordo rationis".
„ 29.	„	16860 Praeposito S. Prosperi Regino, Romanae ecclesiae subdiacono, et magistro Ger(ardo) de Sesso, canonico Parmensi, mandat, diiudicent inter P. subdiaconum Romanae ecclesiae, magistrum scholarum, et canonicos ecclesiae Reginae super possessionibus quibusdam litigantes. Pflugk-Harttung Acta III. 383. — „Inter dilectum filium".
Mai. 4.	„	16861 Confirmat ecclesiae Trecensis statutum, ut „quicumque canonicorum per dimidium saltem annum in ecclesia non manserit assiduus, de fructibus praebendae suae solidos centum amittat". Pflugk-Harttung Acta I. 358: „IIII. non Maii", Lalore Collection des cartul. V. 73: „Non. Mai". — „Iustis petentium desideriis".
„ 5.	„	16862 Fratribus S. Lupi Trecensibus mandat, ut aliquos ex canonicis regularibus sumant et in ecclesia de Marigniaco instituant. Lalore Collection des cartul. I. 151. — „Cum in ecclesiis".
„ 6.	„	16863 Magistro Petro Longo praebendam in ecclesia de Dairago asserit. Wiener Sitzungsber. XCVII. 66. — „Iustis petentium desideriis".
„ 6.	„	16864 Inter ecclesiam Balneariensem et monasterium S. Euphemiae super ecclesia Coronensi et terra Sparta litigantes, latam a Rogerio quondam archiepiscopo Regino et Willelmo Anglonensi, Iohanne Maltensi, Iustano Mazariensi episcopis sententiam confirmat. Pflugk-Harttung Acta III. 384. — „Equum est et".
„ 6.	„	16865 Fratribus S. Andreae de Gufer asserit „duas garbas decimae de Freincio, sicut eas Petrus presbiter de S. Lothario ad Pitantiam semel singulis mensibus mensae fratrum conferendam assignavit". Orig. in Arch. dép. du Calvados in Caen. Fonds de St.-André-en-Gouffern n. 22. — „Iustis petentium desideriis".
„ 6.	„	16866 Fratribus S. Ruffi privilegia quaedam indulget. Codex dipl. ord. S. Ruffi, quem composuit et possidet Ulyxes Chevalier Romanensis, fol. 22. — „Cum a nobis requiritur".
„ 7.	„	16867 (10370) Conventui Ulciensi capellam S. Crucis in Alvernia, sitam in territorio Camaleriae, asserit. Ulciensis eccl. chartar. p. 23, Mon. pont. Arveniae p. 375. — „Iustis petentium desideriis".
„ 9.	„	16868 Archiepiscopos, episcopos, abbates, decanos, et alios ecclesiarum praelatos hortatur, ut fratrum hospitalis Hierosolymitani malefactores, si laici sint, excommunicent, si clerici, ab officio suspendant. In bibl. nat. Paris. ms. lat. 9001 f. 62. (Naberat Sommaire des priv. de l'ord. de St. Jean p. 48). — „Non absque dolore".

		1192. *(Ind. 10, pont. a. 1. — 14. Apr. — 2, 1191 — 25. Mart. — 1198.)*
Mai. 10.	Laterani	16869 (10371) Castellanum et Clugiensem episcopos iudices constituit inter Wolcancum, electum a canonicis Tergestinis, et (Gotofredum) patriarcham Aquileiensem, electionem illius ad sese pertinere contendentem. Mainati Chroniche de Trieste I. 137. — „Cum nuper dilecti“.
„ 11.	„	16870 Monasterii S. Mariae Offidensis patrocinium suscipit, possessionesque et privilegia confirmat, petente Villo priore. Arduini Mem. ist. di Offida p. 194. — „Suscepti regiminis“.
„ 11.	„	16871 Decano et capitulo maioris ecclesiae Metensis bullam dat. Neues Archiv VII. 117. — „Iustis petentium“.
„ 12.	„	16872 Monasterium S. Mariae Balneariense tuendum suscipit, eiusque bona et privilegia confirmat. („IV. Id. Maii“, vide Pflugk-Harttung Iter p. 80). Wiener Sitzungsber. XCIV. 692. — „Suscepti regiminis“.
„ 12.	„	16873 (Bertramno) episcopo, decano et cantori Metensibus scribit de controversia inter abbatissam S. Glodesindis et Aelidem eiusque filiam super decimis villae S. Aniani agitata. Addit, filiam Aelidis, quamquam ipsa et mater, quia iuri obedire comtempsissent, ab (Alberto) episcopo Virdunensi excommunicatae fuissent, viro cuidam nubere praesumpsisse. Mandat ut querimonias memoratas investigent, et quae iudicio statuta fuerint, ea observari faciant. Loewenfeld Epistolae p. 246. — „Querelam dilectae“.
„ 12.	„	16874 Monasterii S. Salvatoris Riguli sacri tutelam suscipit bonaque et privilegia confirmat, petente Petro abbate. Turchi De eccl. Camerin. pont., Append. p. 36. — „Quoties a nobis petitur“.
„ 15.	Romae ap. S. Petrum	16875 (10372) Monasterium Vallis-lucidae (seu Boscheti) tuendum suscipit, possessionesque et iura confirmat. Mon. pont. Arverniae p. 376, (Gall. Chr. II. Instr. p. 124, Migne 206 p. 934). — „Religiosam vitam eligentibus“.
„ 15.	„	16876 (10373) Monasterii S. Arnulfi Metensis protectionem suscipit, possessionesque et iura confirmat. Burchardo abbati eiusque successoribus usum sandaliorum et dalmaticae concedit. Hist. de Metz III. Pr. p. 153, Migne 206 p. 935. — „Piae postulatio voluntatis“.
„ 15.	„	16877 (10374) Monasterii S. Vincentii Metensis protectionem suscipit, disciplinamque ac possessiones et privilegia confirmat, petente Francone abbate. Hist. de Metz III. Pr. p. 156, Migne 206 p. 938. — „Quotiens postulatur a“.
„ 16.	„	16878 (10375) (Seffrido) episcopo Cicestriensi et (Hugoni) de Radinges et (Gualtero) de Waltham abbatibus mandat, ut „clericos de Lamhee a iuramento de observatione novae capellae B(alduino), quondam archiepiscopo Cantuariensi, praestito absolvant“. Gervasii chron. 1196 ap. Twysden H. A. SS. I. 1593, Opp. hist. ed. Stubbs I. 536, Stubbs Chronicles II. 361, Migne 206 p. 941. — „Summi pontificis“.
„ 19.	„	16879 Monasterii S. Ruffi decimas emi vel usurpari vetat fratribusque concedit, ne quis sine eorum aut episcopi diocesani licentia ecclesiam vel oratorium in parochiis monasterii aedificare praesumat. Codex dipl. ord. S. Ruffi, quem composuit et possidet Ulyxes Chevalier Romanensis, f. 22. — „Iustis petentium desideriis“.
„ 20.	„	16880 Capituli Dertonensis statutum, ne numerus canonicorum ecclesiae ultra sedecim extendatur, utque qui studio litterarum vacaverint, nonnisi medietatem portionis frumenti et siliginis accipiant, confirmat. Pflugk-Harttung Acta III. 384. — „Que pro ecclesiarum“.
„ 23.	Laterani	16881 (10376) (Hugoni) abbati monasterii S. Dionysii concedit, „ut, appellatione frivola non obstante, circa monachorum et conversorum correctionem libere officii sui debitum exequatur“. Doublet Hist. de St. Denys p. 525, Migne 206 p. 942. — „Ex parte tua fuit“.
„ 25.	Romae ap. S. Petrum	16882 Ecclesiam S. Cassiani Imolensem tuendam suscipit. Confirmat „constitutionem, quam b. m. Ruffinus, S. Praxedis presbyter cardinalis, Ariminensis episcopus, apostolicae sedis legatus, fecerat, ut clerici S. Laurentii et capellani civitatis ecclesiae S. Cassiani tamquam matrici honorem debitum impendant“. Prohibet ne „antiquos parochianos ecclesiae S. Cassiani, qui cum ipsa ecclesia sua domicilia transtulerint et in eadem parochia commorentur, ad quotidiana officia aut in maioribus solemnitatibus ullus recipere praesumat“. Manzoni Episc. Corneliens. sive Imol. hist. p. 130. — „Quae in ecclesiis“.

1192. *(Ind. 10, pont. a. 1. — 14. Apr. — 2, 1191 — 25. Mart. — 1192.)*

Mai. 26.	Romae ap. S. Petrum	16883 Leprosorum S. Mariae Magdalenae Exoniensium bona confirmat, iisque asserit eleemosynam, a b. m. B(artholomaeo) episcopo Exoniensi collatam. Oliver Monasticon dioecesis Exon. p. 402. — „Quanto vos omnipotens".
„ 27.	„	16884 (10377) Monasterium S. Mariae in Flumine tuendum suscipit et eius bona ac privilegia confirmat. Ughelli It. sacr. II. 578, Migne 206 p. 943. — „Piae postulatio voluntatis".
„ 27.	„	16885 (10378) Ecclesiae SS. Andreae et Nicolai Empulensis protectionem suscipit, canonicorumque possessiones et privilegia confirmat. Lami Eccl. Fl. M. IV. 109, Migne 206 p. 944. — „Effectum iusta postulantibus".
„ 29.	Laterani	16886 Monasterii S. Mariae de Voto (prope Cherbourg) possessiones confirmat, fratribusque iura quaedam de canonicis in ecclesiis vacantibus instituendis, de sepultura, de divinis tempore interdicti celebrandis cet. tribuit. Orig. in Arch. dép. de la Manche in St. Lô. H. 1977. — „Religiosam vitam eligentibus".
„ 30.		Albertum, electum Leodiensem, „sabbatho solemnis ieiunii quatuor temporum, quod in pentecoste celebratur", diaconum ordinat. Aegidii Aureaevall. Vita Alberti c. 10 in MG. SS. XXV. 146.
(„)		16887 (10380) *Brunoni, archiepiscopo Coloniensi, mandat, ut Alberto, electo Leodiensi, „munus conferat consecrationis". Sigeberti cont. Aquicint. 1192 in MG. SS. VI. 429, Chron. regia Col. 1192 in MG. SS. XVII. 802, ed. Waitz p. 155.
(„)		16888 (10381) *Willelmo, archiepiscopo Remensi, scribit, „uti, si Coloniensis refugiat exequi praeceptum apostolicum (de consecrando Alberto electo Leodiensi) metu imperatoriae potestatis, ipsum Remensis nihilominus exequatur". Aegidii Aureaevall. Vita Alberti c. 11 in MG. SS. XXV. 146, Chron. regia Colon. l. l.
(„)		16889 (10382) *„Omni clero et populo et omnium dignitatum et officiorum, omnibus ecclesiasticis laicisque personis totius Leodiensis episcopatus mandat et destricte praecipit sub periculo honoris uniuscuiusque, ut omnes obediant Alberto Lovaniensi et omnes absoluti a fide et iuramento, quod fecerant Bonnensi praeposito, quam intruserat imperator, faciant fidem et iuramentum subiectionis et obedientiae Alberto, cuius electionem approbat". Aegidii Aureaevall. Vita Alberti c. 11 in MG. SS. XXV. 146.
„ 30.		†16890 (10379) Canonicis ecclesiae minoris Paderbornensis praedium Heingeldere et privilegia de praepositis ac episcopis eligendis asserit. („Data Rome ap. S. Petrum III. kal. Iun., p. n. a. II."). Schaten Ann. Pad. I. 893, Wilmans Additamenta p. 67, cf. ibid. p. 136, Migne 206 p. 947. — „Piis filiorum votis".
„ 30.		†16891 Parthenonis Visbeccensis patrocinium suscipit, bonaque et privilegia confirmat. (Dat. Rom. III. kal. Iun., p. a. II."). Paullini Hist. Visbecc. p. 71, testibus Erhard Reg. hist. Westf. II. 80, et Löher Archiv. Zeitschr. III. 41. — „Piis religiosarum filiarum".
Iun. 1.	Romae ap. S. Petrum	16892 (10383) Parthenonis S. Cosmae Taliacotiensis protectionem suscipit, possessionesque confirmat, petente Mabilia abbatissa. Gattulae Hist. Cas. p. 804, Migne 206 p. 948. — „Quotiens illud a nobis".
„ 3.	„	16893 Capituli Rotomagensis statutum super annualibus praebendarum canonicorum decedentium approbat. Pflugk-Harttung Acta I. 358. — „Cum a nobis petitur".
„ 4.	„	16894 (Alberto) episcopo Vercellensi et priori Mortariensi mandat, ut in parthenone S. Mariae Theodotis Papiensi quae corrigenda sint, corrigant, videantque, utrum abbatissa removenda an confirmanda sit. Pflugk-Harttung Acta III. 385. — „Cum nuncius abbatissae".
„ 4.	„	16895 M(artino) archiepiscopo et capitulo Toletano concedit, „ut quandocunque Toletana ecclesia pastore vacaverit, vice eius appellationes ad capitulum fiant". Villanueva Viage literario III. 227. — „Cum a nobis petitur".
„ 4.	„	16896 Decano et capitulo Toletano nuntiat, sese Martinum electum archiepiscopum confirmare. Neues Archiv VI. 300. — „Cum ex decreto".
„ 6.	„	16897 Priori Camaldulensi, rogatu S(offredi) diac. card. S. Mariae in Via lata, mandat, ut congregationis suae monachos introducat in monasterium S. Iocondae de Obacola, inhonesta vita monialium ad gravem inopiam et desolationem deductam. Wiener Sitzungsber. XCIV. 692. — „Dilecto filio S."

1192. *(Ind. 10, pont. a. 1. — 14. Apr. — 2, 1191 — 25. Mart. — 1192.)*

Iun.	6.	Romae ap. S. Petrum	16898 Ecclesiae Toletanae primatum per Hispaniarum regna eiusque iura metropolitana ac possessiones confirmat, petente Martino archiepiscopo. In sedibus episcopalibus, quae Saracenis invadentibus pastoribus destitutae sint, episcopos, in castellis vero et villis presbyteros instituendi liberam ei facultatem concedit. Boletin de la real acad. de la hist. VII. 223. — „Sacrosancta Romana ecclesia“.
„	7.	„	16899 (10384) Monasterium S. Trutberti tuendum suscipit bonaque eius confirmat, petente Henrico abbate. Zeitschr. f. d. Gesch. d. Oberrheins XXX. 92, (Dümgé Reg. Bad. p. 61). — „Religiosam vitam eligentibus“.
„	8.	„	16900 (10385) Monasterii S. Cyriaci Altorfensis in Alsatia tutelam suscipit possessionesque et privilegia confirmat, petente Waltero abbate. Schoepflin Als. dipl. I. 297, Migne 206 p. 950. — „Quotiens a nobis petitur“.
„	8.	„	16901 (Amideo) episcopo Aretino interdicit, ne congregationem Camaldulensem iniuriis afficiat. Wiener Sitzungsber. XCIV. 692. — „Retulerunt nobis“.
„	12.	„	16902 Monasterii S. Michaelis Orticariensis possessiones et iura confirmat, petente Simone abbate. Pflugk-Harttung Iter p. 326. — „Religiosis desideriis“.
„	12.	„	16903 Ecclesiae S. Gengulfi Tullensis privilegia ac bona quaedam confirmat. In tab. nat. Paris. Cartul. de S. Gengoul s. XIV. LL. 986. f. 26. — „In his, quae a“.
„	12.	„	16904 Monasterii S. Mariae de Correno tutelam suscipit possessionesque et privilegia confirmat, petente Girino priore. Hist. Montis-maioris auctore Claudio Chantelou, ms. lat. 13915. f. 164 in bibl. nat. Paris. — „Piae postulatio voluntatis“.
„	13.	„	16905 (10386) Monasterii Helmershusensis patrocinium suscipit, bonaque ac iura confirmat, imposito monachis unius aurei censu annuo. Wenck Hess. Landesg. II. Urk. p. 121. — „Quotiens a nobis petitur“.
„	13.	„	16906 (10387) Sifridum, electum praepositum S. Martini Wormatiensem, ad sese profectum, sancit; statuitque, ut S. Martini praepositura, a Conrado quondam episcopo perniciose administrata „numquam de cetero Wormatiensi episcopo assignanda, sed cura ipsius per proprium semper praepositum exercenda sit“. Bona alienata recuperandi facultatem ei concedit. Neues Archiv XI. 398: „Id. Iun.“ Quod ad Incipit, cf. bullam subsequentem et priorem Regestorum editionem. — „Cum Romanae sedis“ („Cum apostolicae sedis“).
„	15.	„	16907 F(riderico) decano et capitulo S. Martini Wormatiensi eadem, quae superiore epistola, nuntiat; hortaturque, ut Sifrido praeposito obediant. Eius, qui „Wormatiensem se gerit episcopum“, sententiam suspensionis, prolatam in electores et amicos Sifridi, inanem denuntiat. Beyer M. U. II. 165: „XVII. kal. Iul.“ — „Cum Romanae sedis“.
Sept. 4.	Laterani	17426 (Presbytero) episcopo Firmano scribit haec: „Per literas tuae nobis fraternitatis innotuit, quod propter executionem mandati nostri Marcuardus (marchio Anconae) adversum te ita duriter est commotus, quod in episcopatu tuo mora tibi penitus denegatur nec etiam in aliquem locum totius Marchie potes propter ipsius persecutionem secure divertere". Monet, „ut virum induat, ut minime turbator ecclesiae, eius sinceritatis animum de facili non impellat". „Confidimus enim" inquit „de misericordia Iesu Christi, quod in proximo nobis et tibi misericorditer providebit et ecclesiam suam in bona pace restituet et praestabit ei meliora tempora". Addit haec: „Praeterea scias, quod in proximo expectamus nuncios imperatoris (Heinrici VI.), qui cum dilecto filio P(etro) tit. S. Caecilie presbytero cardinali, apostolicae sedis legato, sunt ad nos, sicut accepimus, accessuri pro pace inter ecclesiam et imperium reformanda, in quo tractatu tui memoriam, sicut expedit, faciemus, nec deerimus tibi in iis et in aliis, quae tuo videbimus honori et profectui expedire". Catalanus De ecclesia Firmana p. 345, Cappelletti Chiese d'It. III. 603, Böhmer Acta imp. sel. II. 615. — „Per litteras tue".
„ 12.	„	17426a Fratribus S. Crucis Burdigalensibus indulget, „ne in consortium recipiant, nisi quos litteralis scientia vel morum honestas vel proborum virorum opinio habuerit commendatos". Loewenfeld Epistolae p. 263. — „Cum a nobis petitur".
„ 25.	„	17427 Prohibet, ne quis fratres templi Hierosolymitani „capiat vel de equitaturis deiiciat aut aliter inhoneste tractet seu eos contumeliosis verbis afficiat". Prutz Malteser Urk. p. 45.
„ 27.	„	17428 Abbatem S. Genovefae et cantorem Parisiensem iudices constituit inter abbatem monachosque Compendienses et Hectorem, capellanum S. Clementis, fidelitatem eis et obedientiam exhibere recusantem. In bibl. nat. Paris. Cartul. Compend. s. XVII. ms. lat. 9171. f. 55. — „Ex litteris quas".
Oct. 4.	„	17429 (10609) (Wolfkero) episcopo Passaviensi ac Frisingensi et Augensi praepositis mandat, ut sublata appellatione militem R(apotonem) de Steine ad resarcienda damna monasterio Baumburgensi illata compellant. Pflugk-Harttung Acta I. 377, (Lang Regesta I. 370). — „Per litteras venerabilis".
„ 15.	„	17430 Monasterii Fossatensis protectionem suscipit ac possessiones et privilegia confirmat, petente Isembardo abbate. In tab. nat. Paris. Chartul. S. Mauri LL. 112. s. XIII. f. 2. — „Iustis petentium desideriis".
„ 17.	„	17431 *Monasterio Portensi „bona Gerstede" asserit. Wolff Chronik des Klosters Pforta I. 231.
„ 20.	„	17432 Inter Ottonem episcopum Frisingensem et Conradum militem de Wolvoldesdorf de iure patronatus ecclesiae Wolvoldesdorfensis latam ab (Alberto) archiepiscopo Salzburgensi sententiam confirmat. Oberbayerisches Archiv XVII. 200. — „Quod a viris ecclesiasticis".
„ 31.	„	17433 (Martino) archiepiscopo Toletano eiusque suffraganeis mandat, ut regem Legionensem et Petrum Ferrandi, cuius suasione cum Saracenis Hispaniae partes infestantibus pacem fecerit, excommunicatos denuntient, populosque proposita peccatorum remissione adhortentur, ut contra ipsos sicut contra Saracenos arma suscipiant. Addit, „si rex per terram suam ad offensionem Christianorum ausus fuerit introducere Saracenos, homines regni sui ab ipsius fidelitate et dominio de auctoritate sedis apostolicae absolutos esse". Marina Teoria de las cortes III. 12. — „Cum renatis fonte".

		1196. *(Ind. 14, pont. a. 5. — 14. Apr. — 6, 1195 — 25. Mart. — 1196).*
Oct. 31.	Laterani	17434 (Amadeo) episcopo Aretino mandat, cogat abbatem monasterii S. Florae Aretinum, ut iuxta sententiam apostolicam Rolandino portionem quandam castelli Rogetini restituat. Nisi fecerit, ipsum et fratres excommunicationi et monasterium interdicto supponat. Pflugk-Harttung Acta III. 404. — „Si abbas et".
Nov. 8.	„	17435 (10610) (Aegidio), episcopo Mutinensi, permittit, ut clericorum plebis de Baioaria et aliorum quorundam inobedientiam vindicet. Tiraboschi Mem. Mod. IV. 18, Migne 206 p. 1183. — „Cum praeter commune".
„ 11.	„	17436 Monachos S. Severini Neapolitanos in claustro vel extra claustrum ab aliquo iudicari vel ad causas trahi vetat, nisi in praesentia abbatis vel prioris eorum. Pflugk-Harttung Acta III. 405. — „Cum ad evitandas".
„ 11.	„	17437 Decano et canonicis S. Marcelli Parisiensibus permittit, ut quae ecclesiae eorum prodesse cognoverint, expediant, nulla habita ratione canonicorum exterius commorantium. Autogr. in tab. nat. Paris. L. 235. n. 18 bis. — „Decano et canonicis".
„ 12.	„	17438 Universis dioecesis Laudunensis presbyteris concedit, si quis ex iis intestatus decesserit, ut „bona intuitu ecclesiae acquisita in usus ecclesiae, cui praefuerit, per tres ad hoc statutos, convertantur". Ex archetypo in bibl. nat. Paris. Coll. Grenier t. 286. n. 8. Misit Delisle. — „Postulationes consonas".
„ 12.	(„)	17439 *Willelmo, episcopo Vicensi, concedit, ut maioris capituli partis consensu ecclesiae suae provideat. Villanueva Viage literario VII. 15.
„ 13.	(„)	17440 *Willelmo episcopo et capitulo Vicensi concessam a Franciae regibus licentiam confirmat possessionum ecclesiae temporalibus armis defendendarum. Villanueva Viage literario VII. 16.
„ 13.	(„)	17441 *Willelmo, episcopo Vicensi, permittit, qui clerici tonsuram occultent, quique ad synodos non accedant, ut eos beneficiis ad tempus privet. Villanueva Viage literario VII. 16.
	(„)	17442 Sororibus S. Spiritus Paraclitensibus concedit, ne in earum parthenone numerus sexaginta monialium augeatur neve „in causa extra provinciam Senonensem trahantur". Lalore Coll. des cartul. II. 33. — „Dati, quamquam preter".
„ 14.	„	17443 (10611) (Willelmo) archiepiscopo Ravennati et eius suffraganeis mandat, sub excommunicationis poena cives Mutinenses commoneant, ut monasterio Nonantulano quae abstulerint reddant. Tiraboschi St. di Non. II. 324, Migne 206 p. 1184. — „Ad audientiam apostolatus".
„ 16.	„	17444 Salomoni priori et fratribus S. Mariae foris portam civitatis Lucensis. Pflugk-Harttung Iter p. 335. — „Iustis petentium".
„ 18.	„	17445 Abbati Corbeiensi concedit, ut „nisi contra eum a sede apostolica speciale mandatum emerserit, auctoritate generalis rescripti nemini teneatur in causa aliqua respondere". In bibl. nat. Paris. Cartul. blanc de Corbie ms. lat. 17759. s. XIII.—XIV. f. 45. — „Cum a nobis petitur".
„ 21.	„	17446 Archiepiscopis et episcopis et aliis ecclesiarum praelatis interdicit, „ne ecclesiis fratrum templi (Hierosolymitani) illicitas exactiones imponant aut eos (an eas?) interdicto supponant". Prutz Malteser Urk. p. 45.
„ 23.	„	17447 (10612) (Petro) episcopo Atrebatensi et abbati S. Victoris ac priori S. Martini de Campis Parisiensis mandat, ut ecclesiam Calensem ecclesiae Parisiensi subiiciant. Dubois Hist. eccl. Paris. II. 212, Theodori Poenitentiale II. 723, Collection des Cartulaires IV. 65, Migne 206 p. 1184. — „Cum homines simus".
„ 26.	„	17448 Sententiam pro parthenone S. Spiritus Paraclitensi contra ecclesiam S. Lupi Trecensem de quibusdam rebus latam a (Michaele) archiepiscopo Senonensi confirmat. Lalore Coll. des cartul. II. 32. — „Ea propter dilecte"; (ommissa vero est arenga, quae sine dubio sic incepit:) „Iustis petentium desideriis".
„ 27.	„	17449 I(ohanni) abbati Corbeiensi (dioec. Ambian.) usum mitrae annulique concedit. Ex bibl. nat. Paris. Coll. Grenier t. 53. f. 122. misit Delisle. (Neues Archiv VII. 119). — „Ad ecclesiastici".
„ 30.	„	17450 (10613) Litteris ad (Oddonem) episcopum Pennensem „sententiam depositionis in clericos de Arsita latam" confirmat. Ughelli It. sacr. I. 1125, Migne 206 p. 1186. — „Aequum est et".
Dec. 3.	„	17451 (10614) (Michaeli) archiepiscopo Senonensi et (Gualtero) episcopo Nivernensi mandat, ut parthenonem S. Iuliani ab (Hugonis) episcopi Autissiodorensis iniuriis

1196. *(Ind. 14, pont. a. 5. — 14. Apr. — 6, 1195 — 25. Mart. — 1196.)*

vindicent. Gall. Chr. XII. Instr. p. 142, Migne 206 p. 1187. — „Transmissa nobis dilectorum“.

Dec.	7.	Laterani	17452 Monasterio S. Mariae Columbensi (possessiones et iura confirmare videtur). Pflugk-Harttung Iter p. 335. — „Religiosam vitam“.
„	8.	„	17453 Canonicis S. Petri Laudunensibus, a quindecim annis magisterio decanatus destitutis, mandat, ut intra 40 dies decanum sibi eligant. (Aliena sunt verba: „domin. incarn. 1197“). In bibl. nat. Paris. Coll. Grenier t. 267. f. 264ᵇ. — „Ecclesiasticam videntur“.
„	10.	„	17454 Balduino praeposito Remensi bullam dat. Neues Archiv VII. 119. — „Officii nostri“.
„	10.	„	17455 (10615) Ecclesiae Worgelezensis privilegia confirmat. Beckmann Hist. v. Anhalt I. 396, Heinemann C. D. Anhalt. I. 525. — „Licet universas ecclesias“.
„	11.	„	17456 (10616) Abbatibus S. Petri Salzburgensi et Ebersbergensi ac praeposito S. Andreae Frisingensi mandat, ut fratribus Garzensibus capellam in Purtin a monachis Owensibus restitui faciant eosque contra C. comitem Medelingensem tueantur. Pflugk-Harttung Acta II. 401, (Lang Regesta I. 366). — „Significarunt nobis“.
„	11.	„	17457 Adalberto, archiepiscopo Salzburgensi, et abbatibus S. Petri et Raitenhaselacensi mandat, iudicent inter canonicos Salzburgenses et fratres Berchtesgadenses de salina quadam apud Tuval litigantes. Meiller Reg. arch. Salisb. p. 162. n. 109, (Neues Archiv VII. 119). — „Proposita coram nobis“.
„	12.	„	17458 (10617) Abbati Hemmerodensi et scolastico maioris ecclesiae Trevirensis mandat, ut iudicent inter fratres S. Petri Moguntini et eorum praepositum Sifridum de Eppenstein. Iohannis Rer. Mog. SS. II. 488, Baur Hess. Urk. II. 34. — „Dilectis fratribus“.
„	12.	„	17459 Canonicis S. Crucis Cameracensibus interdicit, ne cui praebendam, donec vacet, concedant, „nisi mandatum apostolicum super hoc receperint speciale“. Pflugk-Harttung Acta I. 377. — „Cum omnium ecclesiarum“.
„	12.	„	17460 (Vito) episcopo Plocensi invasorum ecclesiae excommunicandorum facultatem concedit. Lubomirski Kodeks diplomatyczny p. 1. — „Ad provisionem ecclesiarum“.
„	13.	„	17461 Ecclesiae Nicosiensis patrocinium suscipit ac possessiones confirmat, eique Paphensem, Limiconiensem et Famaugustanum episcopatus subiicit. Alano archiepiscopo eiusque successoribus usum pallii crucisque praeferendae et alia privilegia concedit. De Mas Latrie Hist. de Chypre III. 601, Migne 206 p. 1189. — „In eminenti apostolice“.
„	13.	„	17462 (10618) Iohanni, eleemosynario monasterii S. Dionysii, concedit, ut domum et nemus Berengerii aliasque possessiones per eum domui elemosynariae acquisitas, dum vivat, administret. Félibien Hist. de St. Denys, rec. d. pièces p. 114, Migne 206 p. 1183. — „Iustis petentium desideriis“.
„	16.	„	17463 Ecclesiae S. Mariae foris portam (Lucensem) possessiones confirmat, petente Salomone priore. Pflugk-Harttung Iter p. 335. — „Pie postulatio“.
„	18.	„	17464 Sorores Ravensbergenses (vel de Outhof) tuendas suscipit eisque terram de Outhofland et aliam quandam asserit. Praeterea sedem apostolicam appellandi et cappellani eligendi liberam eis facultatem dat. Autographon in bibl. nat. Paris. Collect. de Flandre 185. n. 5, (Chartul. mon. Ravensberg. ms. lat. 10970 s. XIII. f. 1 in eadem bibl. Cf. Coussemaker Notice sur l'abb. de Ravensberg p. 30). — „Iustis petentium desideriis“.
„	21.	„	17465 Leprosorum Duacensium tutelam suscipit eisque iura quaedam asserit. Tailliar Recueil d'actes p. 502. — „Sacrosancta Romana ecclesia“.
„	21.	„	17466 Eliae abbati et fratribus Dunensibus ecclesiam de Estchirche asserit. Cron. et cartul. de Dunis p. 275. — „Cum a nobis petitur“.
„	21.	„	17467 Fratrum Alemannorum (Theutonicorum) hospitalis S. Mariae Hierosolymitanae protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat. Scr. Rer. Prussic. I. 225, Strehlke Tab. ord. Theutonici p. 264, Bunge Livl. Urkundenb. VI. 558. — „Effectum iusta postulantibus“.
„	21.	„	17468 Capitulo Monasteriensi concessum a I(ohanne), archiepiscopo Trevirensi, privilegium de decimis et bonis quibusdam confirmat. Beyer M. U. II. 202. — „Iustis petentium desideriis“,

1196. *(Ind. 14, pont. a. 5. — 14. Apr. — 6, 1195 — 25. Mart. — 1196.)*

Dec. 23. Laterani — 17469 In ecclesia S. Crucis Cameracensi munus sacristiae nulli nisi concanonico, assidue residere volenti, assignari vult. Pflugk-Harttung Acta I. 378. — „Quae ad utilitatem“.

„ 23. „ — 17470 (10619) Canonicis Ulciensibus licentiam novae ecclesiae iuxta portam castri Brianzonii aedificandae concedit, ea lege, ut sibi suisque successoribus duos solidos Viennenses persolvant. Ulciensis eccl. chartar. p. 21. — „Cum dilectus filius“.

„ 24. „ — 17471 (10620) (Aimoni) archiepiscopo Tarantasiensi et (Nantelino) Genevensi episcopo mandat, ut a canonicis Ulciensibus rogati ecclesiam iuxta portam castri Brianzonii conditam consecrent. Ulciensis eccl. chartar. p. 22. — „Significaverunt nobis“.

†17472 Heinricum imperatorem obsecrat, ut, fame Romae orta, frumentum transmittat. (Epistola nimis scholam redolet). Loewenfeld Epistolae p. 263. — „Coelestis altitudo“.

1191—1197.

Nov. 27. Laterani — 17473 (10621) Petente decano et capitulo Rotomagensi, „antiquam eorum ecclesiae consuetudinem super annalibus praebendarum decedentium canonicorum“ confirmat. (Pro „Turonis“ leg. „Lateranis“). Bessin Conc. Rotom. II, 38, Mansi XXII. 619, Migne 206 p. 1192. — „Cum a nobis petitur“.

1195—1197.

17474 Monasterii Ilsenburgensis patrocinium suscipit, bonaque et privilegia confirmat, petente Hermanno abbate. Heinemann C. D. Anhalt. I. 536, Iacobs Urk. d. Kl. Ilsenb. I. 48. — „Quotiens a nobis petitur“.

1196—1197.

Laterani — 17475 (10622) Abbati et conventui S. Iohannis in Vineis praescribit, „ne in ipsorum ecclesia ultra nonaginta fratres admittantur vel aliquis puer recipiatur, qui decimum quintum annum non attigerit“. Louen Hist. de l’abbaye de S. Iean des Vignes p. 316, Migne 206 p. 1193. — „Significatum est siquidem“.

17476 *Parthenonis S. Michaelis Estivalensis possessiones et privilegia confirmat. Bilard Analyse des docum. I. 134.

17477 *Ademaro episcopo Petragoricensi mandat, ut „personaliter ad coenobium Caduniense accedens, quod ibi statuendum seu corrigendum cognoverit, tam in capite quam in membris corrigat“. Innocentii III. Epp. ed. Baluze I. 80, ap. Migne 214 p. 128.

17478 (10623) Sententiam ab O(berto) archiepiscopo Mediolanensi latam inter Math. magistrum et conversos hospitalis S. Simpliciani confirmat. Comp. II. L. 5. t. 23. c. 1, Decr. Greg. L. V. t. 40. c. 15, Migne 206 p. 1193. — „In iis, quae“ „In his, quae“.

1197. *(Ind. 15, pont. a. 6. — 14. Apr. — 7, 1196 — 25. Mart. — 1197.)*

Ian. 2. Laterani — 17479 Paphensi, Limiconiensi et Famaugustano episcopis, statu rerum Cypri ecclesiasticarum relato, mandat, ut (Alano), archiepiscopo Nicosiensi, tamquam metropolitano, obediant. Inter alia narrat, hunc per Nazarenum archiepiscopum et Betlehemitanum et Acconensem episcopos consecratum esse. De Mas Latrie Hist. de Chypre III. 605, Migne 206 p. 1194. — „Inscrutabilis profunditas“.

„ 15. „ — 17480 Monasterio S. Stephani Divionensi concessas a G(odefrido) episcopo Lingonensi ecclesias de Tart et de Autreyo confirmat. Fyot Hist. de l’égl. de S. Etienne de Dijon Pr. p. 121. — „Dignis (an Iustis?) petentium desideriis“.

„ 19. „ — 17481 B(ernhardo), duci Saxoniae, cuius litteris cognovit, „quod, cum quaedam pars terrae eius deserta existat, alia vero a quibusdam Sclavis, baptismatis fonte renatis, sed ecclesiastica contemnentibus sacramenta, alia etiam a quibusdam Christianae fidei persecutoribus habitetur, eam habitatorem desideret incolere Christianum et Sclavorum barbariem et paganae feritatis spurcitiam a Christianis finibus amovere“, respondet, indulgere se omnibus fidelibus, in terram eius de cetero inducendis, „ut de singulis mansis quatuor modios annonae, quae ex ipsis provenerit, diocesanis

1197. *(Ind. 15, pont. a. 6. — 14. Apr. — 7, 1196 — 25. Mart. — 1197.)*

episcopis nomine decimarum exsolvant". Heinemann Albrecht d. Bär p. 493 et Cod. dipl. Anhalt. I. 527. — „Cum in unitate".

Ian. 19.	Laterani	17482 (10624) Monasterii Soroensis privilegia confirmat. Suhm Hist. af Danm. VIII. 706, Migne 206 p. 1195. — „Incumbit nobis ex".
„ 20.	„	17483 Decano et subdecano maioris ecclesiae Carnotensis mandat, ne cimiterium ecclesiae S. Andreae tributarium reddi patiantur. Autogr. in bibl. nat. Paris. ms. lat. 9220. — „Oblatum nobis dilectorum".
„ 23.	„	17484 (10625) Monasterio Ursbergensi asserit ecclesiam Kemnatensem, ab Udalscalco episcopo Augustensi assignatam. Pflugk-Harttung Acta I. 378, (Lang Regesta I. 374, Braun Gesch. d. Bisch. v. Augsb. II. 168). — „Iustis petentium desideriis".
„ 26.	„	17485 (10626) Monasterii Cappelensis tutelam suscipit bonaque et iura confirmat, petente Nicolao abbate. Wenck Hess. Landesg. II. Urk. p. 125, Migne 206 p. 1196. — „Religiosam vitam eligentibus".
„ 31.	„	17486 Monasterio S. Lupi Trecensi donatas a Garnero, episcopo Trecensi, ecclesias, petente Drogone abbate, confirmat. Lalore Coll. des cartul. de Troyes I. 163. — „Cum a nobis petitur".
Febr. 1.	„	17487 (10627) Burgardo, abbati Ebersbergensi, et eius successoribus mitrae anulique usum concedit, ad petitionem C(onradi), Maguntini archiepiscopi, Sabinensis episcopi. Pflugk-Harttung Acta I. 379. — „Ad ecclesiastica".
„ 1.	„	17488 (10628) Monasterii S. Exuperii Corboliensis, rogatu Hugonis abbatis, protectionem suscipit possessionesque ac libertates corroborat, confirmata insuper compositione inter abbatem et Mauricium, Parisiensem episcopum, de procuratione episcopis in ecclesia Parisiensi exsolvenda. Bocquet Les vies de S. Exupere et S. Loup p. 52, Coüard-Luys Cart. de S. Spire p. 6, Migne 206 p. 1199. (Subscriptiones mendosae corrigendae sunt ex autographo mutilo in bibl. nat. Paris. Coll. Baluze t. 380 n. 24 asservato). — „Effectum iusta postulantibus".
„ 1.	„	17489 (10629) Geraldo, episcopo Cadurcensi, concedit, ut in ecclesia S. Mariae Rupis Amatoris accipiat „sumptus necessarios sibi et familiae suae et hospitalibus suis se praesente vel absente, sumptus et equitaturas in itinere ad sedem apostolicam accedendi et in aliis pro sua ecclesia faciendis". Crucei Rer. Cadurc. hist. p. 76, Migne 206 p. 1201. — „Fratrum coepiscoporum".
„ 4.	„	17490 Martino, archiepiscopo Toletano, propter tumultus Hispaniam agitantes permittit, ut qui clericos violaverint, eos absolvat. Neues Archiv VI. 294. — „Cum hii, qui pro".
„ 4.	„	17491 Monasterii Herilacensis privilegia et possessiones confirmat, petente Oddone abbate. Solothurnisches Wochenblatt 1831 p. 67, Trouillat Mon. de Bâle I. 437, Zeerleder Urk. f. Bern I. 157, Fontes Rer. Bern. I. 494. — „Praedecessorum nostrorum vestigiis".
„ 8.	„	17492 (10630) Monasterio S. Georgii Augustensi ius parochiale asserit. Khamm Hier. August. V. (Pars III. Reg.) 424. — „Iustis petentium desideriis".
„ 8.	„	17493 Capitulo Trecensi indulget, „ut tam diu pravas illas consuetudines, quae apud eos vulgo vierie nuncupantur, ecclesiae eorum a personis laicis obligatas detineant, donec tota sors fuerit in integrum persoluta". Pflugk-Harttung Acta I. 379. — „Cum de licentia".
„ 9.	„	17494 *Monasterii S. Felicis Aquileiensis bona confirmat. Wiener Sitzungsber. XCIV. 696. — („Ad hoc sumus").
„ 10.	„	17495 (10631) (Ottoni), episcopo Bobiensi, mandat, hortetur L(anfrancum), episcopum Papiensem, ne canonicos Placentinos privet decumis de territorio Portus-albarae. Campi Hist. di Piac. II. 375, Migne 206 p. 1202. — „Significarunt nobis".
„ 13.	„	17496 Decano et capitulo S. Gengulfi Tullensi permittit, ut canonicis non sedulo ecclesiae servientibus redditus subtrahant. In tab. nat. Paris. Cartul. de S. Gengoul s. XIV. LL. 986. f. 31. — „Cum in ecclesiis".
„ 13.	„	17497 (Hamelino) episcopo Cenomanensi mandat, „ut in possessionum ecclesiae Cenomanensis partitionem procedat". Chartul. eccl. Cenom. in Institut des provinces de France 2 sér. II. 128. — „Cum a nobis petitur".
„ 27.	„	17498 (10632) Capitulo Onoldsbacensi archidiaconatum Rangowe asserit. Ussermann Ep. Wirzeb. C. Pr. p. 54, Migne 206 p. 1202. — „Iustis petentium desideriis".

1197. *(Ind. 15, pont. a. 6. — 14. Apr. — 7, 1196 — 25. Mart. — 1197.)*

Mart. 1. Laterani 17499 (10633) Sororibus S. Mariae Suessionensibus concedit, „ut non obstante iuramento quondam facto, de assensu abbatissarum sive praelatorum iis liceat quaslibet idoneas recipere moniales“. Germain Hist. de Notre-dame de Soiss. p. 445, Migne 206 p. 1203. — „Apostolicae dignitatis officio“.

„ 1. „ 17500 (10634) Canonicorum S. Severini Coloniensium possessiones confirmat, a Wicfrido quondam archiepiscopo donatas. Pflugk-Harttung Acta I. 379. — „Cum a nobis petitur“.

„ 7. „ 17501 (10635) Monasterii S. Mariae et S. Iohannis apostoli Cappenbergensis protectionem suscipit, possessionesque ac iura confirmat, petente Hermanno abbate. Niesert Münster. Urkundens. II. 294, Erhard Reg. Westf. II. Cod. dipl. p. 241, Migne 206 p. 1204. — „Religiosam vitam eligentibus“.

„ 7. „ 17502 Monasterii S. Mariae et S. Petri Scheidensis patrocinium suscipit possessionesque et privilegia confirmat, petente Hermanno abbate. Seibertz Quellen d. westf. Gesch. III. 473, (Wilmans Additamenta p. 69). — „Religiosam vitam eligentibus“.

„ 7. „ 17503 (10579) Monasterii S. Laurentii Wedinghusensis protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat, petente Christiano abbate. Wigand Archiv VI. 186, (Hugo O. Pr. A. I. Pr. p. 117, Seibertz Urkundenb. I. 142, Migne 206 p. 1156). — „Religiosam vitam eligentibus“.

„ 11. „ 17504 Conrado, abbati Mosinensi (Mosaciensi), usum mitrae concedit, petente Henrico, praeposito S. Felicis Aquileiensis. Wiener Sitzungsber. XCIV. 696. — „Ad ecclesiastici decoris“.

„ 12. „ 17505 (Imberto) archiepiscopo Arelatensi permittit, ut abbatem S. Gervasii Fossensem, qui excommunicatos eius ad divina et ad sepulturam admiserit, censura ecclesiastica feriat, nisi a praesumptione desistat. In bibl. nat. Paris. Coll. Baluze t. 88. f. 66. — „Incumbit nobis“.

„ 12. „ 17506 (10636) Ecclesiae Lingonensis institutum confirmat, ne ullus canonicus „praebendae fructum praesumat accipere, nisi annuatim per sedecim septimanas in ecclesia moram fecerit, ita quod uni principalium horarum matutini vel maioris missae, sive vesperarum intersit missae“. Gall. Chr. IV. Instr. p. 194, Mansi XXII. 623, Migne 206 p. 1206. — „Cum a nobis petitur“.

„ 15. „ 17507 Praemonstratensi et S. Martini Laudunensi abbatibus scribit, audivisse se, fratres „ad superpellicia contra consuetudinem aspirare et patres abbates circa filiorum abbatum et monasteriorum correctionem minus sollicitos existere et visisationes non exequi, ut deberent“. Praecipit, ut quae regula praecipiat, ea observent. Löher Arch. Zeitschr. V. 152. — „Cum fama religionis“.

„ 18. „ 17508 (10637) Praeposito Brandenburgensi usum mitrae, annuli, chirothecarum, sandaliorum concedit, petente Sifredo comite et castellano Brandenburgensi. Riedel Cod. dipl. Br. I. VIII. 122, Gercken Stifthist. v. Brand. p. 393, Migne 206 p. 1206. — „Licet semen verbi“.

„ 23. „ 17509 (Alberto) S. Paulini Trevirensi et (Conrado) Monasteriensi praepositis et W(illelmo) de Caldre, archidiacono Trevirensi, mandat, ut moniales Andernacenses tueantur ab iniuriis canonicorum S. Florini (in Confluentia), factam commutationem irritare nitentium. Beyer M. U. II. 207. — „Significarunt nobis“.

„ 29. „ 17510 (10638) Capitulo S. Petri Moguntino ecclesiam Eltwilensem, a Sigfrido de Eppenstein praeposito collatam, asserit. („Pont. a. VII.“) Würdtwein Dioec. Mogunt. II. 344, Migne 206 p. 1207. — „Iustis petentium desideriis“.

„ 31. „ 17511 Ebruino presbytero asserit ecclesiam S. Petri de Onesheim, „ad praesentationem S. Martini Glandariensis et Wadegozingensis abbatum“, ab episcopo Metensi donatam. („Pont. a. VII.“). In bibl. nat. Paris. Cartul. de S. Martin de Glandières ms. lat. 10030. s. XIV. f. 10^b. — „Iustis petentium desideriis“.

Apr. 2. „ 17512 Ecclesiae S. Amandi Duacensis „praebendarum redintegrationem“ confirmat. („P. a. VII.“) Pflugk-Harttung Acta I. 380. — „Significatum est nobis“.

„ 4. „ 17513 (10639) Parthenonis S. Mariae Frauenalbensis patrocinium suscipit, ac disciplinam, possessiones, privilegia confirmat, petente Bertha abbatissa. (Dat. „Ind. XV., inc. a. 1196, p. a. VII.“; sed scribi debuit: „inc. a. 1197, p. a. VI.“ Sane in computandis pontificatus annis scriptores apostolicos saepius hisce diebus errasse, docent et quae praecedunt et quae sequuntur epistolae). Zeitschr. f. d. Gesch. d. Oberrheins XXIII. 311, (Dümgé Reg. Bad. p. 63). — „Prudentibus virginibus“.

1197. *(Ind. 15, pont. a. 6. — 14. Apr. — 7, 1196. — 25. Mart. — 1197.)*

Apr. 7.	Laterani	17514 Abbati S. Bavonis Gandavensi concedit, „ut si monachi debitam ei denegaverint reverentiam et honorem ac obedientiam exhibere, eos ad hoc per censuram ecclesiasticam coerceat". („Pont. a. VII.") Lokeren Hist. de St. Bavon p. 206. — „Cum monasterium tibi".
„ 8.	„	17515 (10640) Monachis S. Blasii in nigra silva permittit, ut quibusdam diebus festis cantent: „Gloria in excelsis Deo et Sequentiam". („Pont. a. VII.") Gerbert H. N. S. III. 113, Migne 206 p. 1207. — „Licet singulis diebus".
„ 9.	„	17516 Monasterii S. Petri Gandensis altaria quaedam, in diocesi Cameracensi constituta, confirmat. („Pont. a. VII.") Lokeren S. Pierre à Gand p. 207. n. 381. — „Iustis petentium desideriis".
„ 9.	„	17517 Monasterii S. Petri Gandensis altaria quaedam, a b. m. Evrardo donata et a Stephano nunc Tornacensi episcopo roborata, confirmat. („Pont. a. VII.") Lokeren S. Pierre à Gand p. 207. n. 382. — „Iustis petentium desideriis".
„ 15.	„	17518 (Hugoni) decano et cantori Catalaunensi mandat, hortentur abbatem S. Petri de Montibus et presbyterum ecclesiae S. Alpini, ne canonicorum S. Trinitatis Catalaunensis „liberam sepulturam" impediant. Pflugk-Harttung Acta I. 380. — „Dilecti filii nostri".
„ 15.	„	17519 (10641) Monachis S. Blasii in nigra silva decumas ecclesiarum quarundam asserit. Neugart Ep. Const. I. II. 605, Wirtemberg. Urkundenb. II. 444. — „Iustis petentium desideriis".
„ 16.	„	17520 Monasterii S. Stephani Gallanensis protectionem suscipit bonaque et iura confirmat, petente Bartholomaeo abbate. Pflugk-Harttung Iter p. 335. — „Pie postulatio".
„ 18.	„	17521 (10642) Monasterii Wadegozingensis tutelam suscipit, ac disciplinam, iura, possessiones confirmat, petente Godefrido abbate. Hugo O. P. A. II. Pr. p. 623, Beyer M. U. II. 209, Migne 206 p. 1208. — „Religiosam vitam eligentibus".
„ 19.	„	17522 Archipresbytero et canonicis Veronensibus. Pflugk-Harttung Iter p. 335. — „Cum a nobis".
„ 19.	„	17523 Benenato, archipresbytero de Grezando. Pflugk-Harttung Iter p. 335. — „Dilectus filius".
„ 20.		Philippum, episcopum Dunelmensem, consecrat „dominica, qua cantatur Misericordias domini, quae eodem anno contigit XII. (kal.) Maias". Rogeri de Hoveden Annal. 1197 ap. Savile R. A. SS. p. 437[b], ed. Stubbs IV. 18; „XII. kal. Maii", Gaufridus de Coldingham c. 12 in Hist. Dunelm. SS. p. 18.
„ 23.	„	17524 (10643) Universis fidelibus in regno Daciae constitutis, qui ad ecclesiam Arusiensem saxeo muro construendam pecuniam dederint, „de iniunctis pro suis excessibus poenitentiis 40 dies indulget". Thorkelin Diplom. Arna-Magn. I. 69, Langebek SS. R. Dan. VI. 387, Migne 206 p. 1210. — „Quoniam inter varios" „Cum inter varios".
„ 23.	„	17525 (10644) Canonicis Arusiensibus asserit praebendas sex, a Petro episcopo collatas. Thorkelin Dipl. Arna-Magn. I. 69, Langebek SS. R. Dan. 387, Migne 206 p. 1211. — „Officii nostri debitum".
„ 24.	„	17526 Abbati Loci-restaurati asserit decumas de Bergniaco et de Burfontano. Ex chartul. Loci-restaurati f. 6 in Archiv. dép. de l'Oise in Beauvais, misit Delisle. — „Cum a nobis petitur".
„ 27.	„	17527 (10645) Universis fidelibus per Burdigalensem provinciam constitutis Geraldum, monasterii Silvae-maioris fundatorem, in sanctos relatum nunciat. Mabillon Acta SS. ord. Ben. saec. VI. P. II. 874, Cirot de la Ville Hist. de la Grande-sauve I. 531, Migne 147 p. 1019, et 206 p. 1211. — „Sicut phialae aureae".
„ 28.	„	17528 Monasterii S. Mariae Castricensis patrocinium suscipit, bonaque et privilegia confirmat, petente Petro abbate. Barthélemy Diocèse anc. de Châlons-sur-Marne I. 363. — „Piae postulatio voluntatis".
Mai. 2.	„	17529 (10646) (Gerardo), episcopo Bononiensi, permittit, ut excommunicet eos, qui bona ecclesiae occupaverint. Savioli Ann. Bol. II. II. 200, Migne 206 p. 1212. — „Petitionibus tuis".
„ 5.	„	17530 (Ainardo) archiepiscopo Viennensi gratias agit, quod Guillermo de Rocha, scriptori suo sibique propter „bonitatis et servitii meritum" carissimo, canonicam in

1197. *(Ind. 15, pont. a. 6. — 14. Apr. — 7, 1196 — 25. Mart. — 1197.)*

		ecclesia Romanensi concesserit. Guillermum ei commendat. Giraud L'abbaye de St.-Barnard I. Preuves p. 245. — „Quod dilecto filio".
Mai. 5.	Laterani	17531 Compositionem inter presbyteros dioecesis Laudunensis et episcopum archidiaconosque Laudunenses de exactionibus quibusdam factam confirmat. Ex archetypo in bibl. nat. Paris., Coll. Grenier t. 286. n. 9. misit Delisle. — „Iustis petentium desideriis".
„ 5.	„	17532 (10647) Monasterii Huysburgensis protectionem suscipit, bonaque ac privilegia confirmat. Heinemann C. D. Anhalt. I. 528. — „Religiosam vitam eligentibus".
„ 6.	„	17533 Ecclesiae Cabilonensis „institutiones seu ordinationes canonicas" confirmat. Ex Chartular. S. Vincentii Cabil. p. 125, in bibl. nat. Paris. fonds de Bouhier n. 46. misit Delisle. — „Cum a nobis".
„ 8.	„	17534 Episcopo Valaniensi concedit, ut successoribus eius nullum praeiudicium generetur per id, quod, ut controversiam suam cum fratribus hospitalis Hierosolymitani terminet, „signum crucis iuxta consuetudinem eorundem fratrum, (de quorum consortio in episcopum fuerit vocatus) portare in vestibus promiserit et de indemnitate hospitalis super castro Margan eos reddiderit suo iuramento securos". Loewenfeld Epistolae p. 265. — „Cum eius vicem".
„ 10.	„	17535 (10648) Monasterium Silvae-maioris tuendum suscipit et eius possessiones ac iura confirmat, petente Petro abbate. Gall. Chr. II. Instr. p. 316, Migne 206 p. 1213. — „Quotiens a nobis petitur".
„ 10.	„	17536 (10649) Henrico, abbati Campidonensi, mitrae usum concedit. Pflugk-Harttung Acta I. 381, (Lang Regesta I. 371). — „Ad ecclesiastici decoris".
„ 12.	„	17537 (10650) Canonicam S. Mariae Pisaurensem tuendam suscipit et eius bona confirmat, petente Rambaldo praeposito. Olivieri Mem. p. l. st. d. chiesa Pes. p. 127, Colucci Antich. Picene IV. app. p. XXXII, Migne 206 p. 1217. — „In apostolice sedis".
„ 13.	„	17538 Monasterii S. Petri Malleacensis tutelam suscipit, ac disciplinam, bona, privilegia, rogatu Clementis abbatis, confirmat, imposito monachis viginti solidorum tributo annuo. Lacurie Hist. de Maillezais p. 283. — „Officii nostri nos".
„ 14.	„	17539 Christi fideles per Burdegalensem provinciam, ut bellum Saracenis faciant, adhortatur et cum crucis signaculo insignitos, si domi hostes Christi impugnent, ab itinere Hierosolymitano absolvit. Neues Archiv VI. 369. — „Malorum multitudinem".
„ 19.	Romae ap. S. Petrum	17540 Domum Dei S. Stephani Trecensis tuendam suscipit, eiusque bona confirmat. (Fragmentum). Guignard Les anciens statuts de l'Hotel-dieu-le-comte de Troyes p. 96. — „Cum a nobis petitur".
„ 22.	(„)	17541 Canonicis Magalonensibus iura quaedam asserit. Mém. de la soc. de Montpellier V. 524.
„ 22.	(„)	17542 (Guidoni) praeposito Magalonensi asserit constitutionem de instituendis et destituendis canonicis; obviantes excommunicari iubet. Mém. de la soc. de Montpellier V. 531.
„ 22.	„	17543 (Guidoni) praeposito et canonicis Magalonensibus de prioribus et dispensatoribus in eorum ecclesiis instituendis, de sigillo capituli aliisque scribit. Mém. de la soc. de Montpellier V. 530. — „Iustis petentium desideriis".
„ 22.	(„)	17544 (Guidoni) praeposito et canonicis Magalonensibus indulget, ne (Willelmus) episcopus eiusdem civitatis eos excommunicare aut eorum ecclesias interdicto subiicere audeat. Mém. de la soc. de Montpellier V. 526.
„ 22.	„	17545 Guidoni praeposito Magalonensi de archidiacono per episcopum ordinando significat. Mém. de la soc. de Montpellier V. 532. — „Cum a nobis petitur".
„ 23.	„	17546 Abbati et monachis S. Ebrulfi asserit nonnullas ecclesias, in his ecclesiam S. Mariae de Vernuciis. Ex chartul. S. Ebrulfi I. 164 in bibl. nat. Paris. misit Delisle. — „Iustis petentium desideriis".
„ 27.	Laterani	17547 (Guidoni) praeposito Magalonensi facultatem concedit praecentoris instituendi, cui „locus post archidiaconos et sacristam, tam in choro quam in capitulo, assignetur". Mém. de la soc. de Montpellier V. 549. — „Cum propter honoris".
„ 27.	„	17548 (Guidoni) praeposito ecclesiae Magalonensis, tam annonae et vini inopia quam debitorum onere oppressae, indulget, ut „ecclesias ad capituli ordinationem spectantes

1197. *(Ind. 15, pont. a. 6. — 14. Apr. — 7, 1196. — 25. Mart. — 1197.)*

debitorum solvendorum causa ad manus suas detineat". Mém. de la soc. de Montpellier V. 550. — „Compassionis animum".

Mai. 27. Laterani 17549 (Guidoni) praeposito et capitulo Magalonensi concedit, ut praedia emphyteutica, feuda sive alia a laicis nomine episcopi possessa acquirere possint, dummodo eundem, quem laici, censum annuum episcopo persolvant. Mém. de la soc. de Montpellier V. 550. — „Cum a nobis petitur".

„ 27. „ 17550 (Guidoni) praeposito Magalonensi archidiaconatus et sacristiae ordinationem concedit, quam (Willelmus) episcopus „per falsi suggestionem vel tacita veritate" a se adeptus sit (vide ep. 17362). Mém. de la soc. de Montpellier V. 551. — „Cum per insufficientem".

„ 27. „ 17551 Guidoni praeposito Magalonensi concedit, ut sacristiam vacantem cum consilio episcopi et capituli de persona idonea ordinet. (Pro „III. kal. Iun." legendum puto „VI. kal. Iun."). Mém. de la soc. de Montpellier V. 552. — „Cum a nobis".

„ 28. „ 17552 (10651) Pactum inter moniales S. Alexandri Parmenses et magistrum Hugonem canonicum et plebis S. Pancratii archipresbyterum de ecclesia S. Andreae de Fabrore constitutum probat. Affò St. di Parma III. 311, Migne 206 p. 1219, cf. Pflugk-Harttung Iter p. 68. — „Ea, quae concorditer" „Ea quae concordia".

„ 28. „ 17553 (10652) Monasterio S. Dionysii, rogatu Hugonis abbatis, asserit patronatum ecclesiae b. Mariae de Medonta, a Philippo Francorum rege concessum. Doublet Hist. de St. Denys p. 527, Migne 206 p. 1220. — „Quotiens a nobis petitur".

„ 28. „ 17554 Alberti, diaconi de Coentio, protectionem suscipit, ac beneficium in ecclesia S. Caeciliae (in) capite pontis Parmae ei confirmat. Pflugk-Harttung Acta III. 405. — „Sacrosancta Romana ecclesia".

„ 31. „ 17555 Ecclesiae S. Petri Suessionensis protectionem suscipit, fratrumque aliquem excommunicari vetat, „quamdiu de obiectis vel obiiciendis iudicio capituli satisfacere" voluerit. In bibl. nat. Paris. Coll. Moreau t. 98. fol. 9, Coll. Grenier t. 258 fol. 326[b]. — „Cum a nobis".

Iun. 2. „ 17556 (10653) Sententiam, a Burchardo, abbate Ebersbergensi, et Conrado, praeposito S. Andreae Frisingensi, latam inter fratres Garzenses et Owenses super ecclesia Purtinensi, repetit et confirmat. Mon. Boic. I. 64, Migne 206 p. 1221. — „Ea, que de auctoritate".

„ 2. „ 17557 Radulfo, abbati Fiscannensi permittit, ut „clericos vel laicos, decimas monasterii in proprios usus convertentes vel detinentes ad solutionem ipsarum per censuram ecclesiasticam compellat". Pflugk-Harttung Acta I. 381. — „Cum a nobis petitur".

„ 2. „ 17558 Monasterii Fiscannensis fratres seu ministros earum ecclesiarum, „quae ei utroque iure sint subiectae", excommunicari vel interdici vetat. In bibl. nat. Paris. Coll. Moreau t. 341. f. 110. — „Cum a nobis petitur".

„ 3. „ 17559 Archiepiscopis et episcopis, in quorum diocesibus monasterium Fiscannense ecclesias habet, praecipit, ut capellanos ab abbate Fiscannensi praesentatos, in ecclesiis vacantibus ultra 40 dies non differant instituere. Pflugk-Harttung Acta I. 382. — „Suam ad nos".

„ 3. „ 17560 Radulfo abbati Fiscannensi indulget, ut si episcopi diocesani institutionem clericorum ab eo canonice praesentatorum usque ad 40 dies duxerint differendam, ipse eos instituat. Coll. Moreau t. 341. f. 107 in bibl. nat. Paris. — „Cum a nobis petitur".

„ 3. 17561 (10654) (Radulfo) abbati monachisque Fiscannensibus interdicit, ne archidiacono Caleti annuam procurationem tribuant. Neustria pia p. 245, Migne 206 p. 1223. — „Cum ex iniuncto".

„ 4. „ 17562 (10655) Monachis Nonantulanis scribit delatum sibi esse, eos „conductore vivente, possessiones monasterii, quae ipsius conductori prius locatae fuerint, alii, locationis titulo, nequaquam tradere dubitare, ita quod, si primus locator absque haerede discesserit, possessiones, quae ad ipsum monasterium debeant de iure devolvi, per successionem ad alios transeant". Monet, ne pravum hunc morem retineant. Tiraboschi St. di Non. II. 325, Migne 206 p. 1223. — „Sicut ea, que".

„ 8. „ 17563 Werrico abbati et conventui S. Iohannis de Valencenis personatum ecclesiarum de Sanis et de Wignehies asserit. Ex Coll. Moreau t. 98. f. 15 in bibl. nat. Paris. Misit Delisle. — „Iustis petentium desideriis".

1197. *(Ind. 15, pont. a. 6. — 14. Apr. — 7, 1196. — 25. Mart. — 1197.)*

Iun. 9.	Laterani	17564 Huberto, archiepiscopo Cantuariensi, ecclesiam de Lambee disponendam committit, non obstantibus litteris, ad episcopum Cicestrensem et abbates de Waltham et de Radinges directis. (Vide supra ep. 16878). Stubbs Chronicles II. 371. — „Quae ad reprimendam".
„ 13.	„	17565 Radulfo, abbati Fiscannensi, usum tunicae et dalmaticae concedit. In bibl. nat. Paris. Coll. Moreau t. 341. f. 113. — „Ad ecclesiastici decoris".
„ 13.	„	17566 (10656) Hugoni abbati fratribusque S. Dionysii concedit, ne quis „pro monachorum delictis, dummodo abbatis sui tanquam ordinarii iudicis voluerint stare mandato, in ecclesias vel homines eorum, vel in illos, qui eis decimas vel alios reditus tenentur exsolvere, suspensionis seu excommunicationis sententiam audeat promulgare, sive aliquid hac occassione in eorum praeiudicium attemptare". Collection des Cartulaires IV. 137, Migne 206 p. 1224, (Doublet Hist. de St. Denys p. 528). — „Nobis in memoria".
„ 15.	„	17567 Ecclesiae S. Mariae Spoletanae possessiones confirmat, petente Petro praeposito. Pflugk-Harttung Iter p. 336. — „Quotiens a nobis".
„ 26.	(„)	17568 Leprosorum de Popelino Senonensium privilegia quaedam confirmat. Quantin Cart. gén. de l'Yonne II. 161.
Iul. 2.	„	17569 (10657) (Walterio), archiepiscopo Rotomagensi, concedit, „ut, si quando aliqui ecclesias provinciae invadere praesumserint, si quidem ipsi invasores de provincia eius sint, licitum ei sit, sublato appellationis obstaculo, in personas eorum, exceptis Franciae et Angliae regibus et eorum familiis, excommunicationis et in terras eorum interdicti sententiam promulgare". Bessin Conc. Rotom. II. 38, Mansi XXII. 620, Migne 206 p. 1225. — „Cum a nobis petitur".
„ 19.	„	17570 Ecclesiae Paderbornensi praecipit, ut ornamenta ecclesiae oppignerata recuperent. Wilmans Additamenta p. 70. (Huius autographi scriptura fere omnino evanuit).
„ 26.	„	17571 Ecclesiae Wissegradensis protectionem suscipit iuraque confirmat. (Fragmenta). Erben Regesta Bohem. I. 197. — „. . . . ecclesiam vestram".
„ 27.	„	17572 (10658) Monasterii Amelunxbornensis protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat, petente Hoikone abbate. Falke Cod. Trad. Corb. p. 854, Baringii Descr. Salae II. 32, Migne 206 p. 1226. — „Religiosam vitam eligentibus".
Aug. 5.	„	17573 Brunwardo episcopo concedit, ut sedes episcopalis Suerini maneat. Ecclesiae possessiones confirmat. (Tabula est interpolata). Meklenburg. Urkundenb. I. 158. — „Benedicta gloria".
„ 7.	„	17574 (10659) Monasterio Steingadensi ecclesiam Widergeltingensem asserit. Mon. Boic. VI. 503, Migne 206 p. 1229. — „Iustis petentium desideriis".
„ 7.	„	17575 (10660) Monasterii Teplensis protectionem suscipit, et bona quaedam confirmat. Hugo O. P. A. II. Pr. p. 572, Migne 206 p. 1229. — „Sacrosancta Romana ecclesia".
„ 7.	„	17576 (10661) Abbati Teplensi et eius successoribus mitrae, annuli et pontificalium usum concedit, petente Hroznata Bohemiae comite. Hugo O. P. A. II. Pr. p. 573. — „Ad ecclesiastici decoris".
„ 7.	„	17577 Ecclesiam Teplensem qui die consecrationis adierint, iis gratiam susceptae poenitentiae facit. (Fragmenta.) Erben Regesta Bohem. I. 198. — „. . . . universis ad ecclesiam".
Sept. 9.	„	17578 Ecclesiae S. Severini Camerinensis protectionem suscipit, bonaque et iura confirmat, petente Gargano priore. Turchi De eccl. Camerin. pont. Append. p. 42. — „Quoties a nobis petitur".
„ 10.	„	17579 (10662) Ecclesiae S. Mariae de Arzilla Fanensis protectionem suscipit, bonaque et privilegia confirmat, petente Berardo priore. Mittarelli Ann. Cam. IV. app. p. 208, Migne 206 p. 1230. — „Religiosam vitam eligentibus".
„ 27.	„	17580 (10663) Canonicis ecclesiae S. Mariae Runcensis decumas novalium Runcensium et Stamphensium, ab (Adelardo) episcopo Veronensi, Romanae ecclesiae cardinali concessas, asserit. Biancolini Ser. d. Vesc. p. 83. — „Iustis petentium desideriis".
Oct. 7.	„	17581 Ecclesiae S. Leonardi in Lamavolari protectionem suscipit bonaque et iura confirmat, petente Petro priore. Pflugk-Harttung Iter p. 336. — „Religiosis votis".
„ 22.	„	17582 (10664) Canonicos a Guidone, domino Salionensi, in ecclesia b. Mariae institutos, eorumque bona confirmat. Plancher Hist. de Bourg. I. Pr. p. 87, Gall. Chr. IV. Instr. p. 25, (Migne 206 p. 1232). — „Cum a nobis petitur" („Cum a vobis").

		1197. *(Ind. 15, pont. a. 6. — 14. Apr. — 7, 1196. — 25. Mart. — 1197.)*
Oct. 25.	Laterani	17583 Sententiam, inter M. abbatem Vallumbrosanum et abbatem monasterii Ripulensis a B. S. Eugenii et L. S. Mustiolae abbatibus latam, confirmat. Soldani Hist. mon. de Passiniano p. 11. — „Ea, que de".
„ 30.	„	17584 Abbati et fratribus Lunevillensibus bullam dat. Neues Archiv VII. 120. — „Apostolicae sedis".
c. Nov.	(„)	17585 (Presbyteri) episcopi Firmani et abbatis Farfensis, qui „a civitatibus et castellis Marchiae (Anconae) super reverentia Teutonicis deneganda et standi mandatis apostolicis iuratoriam cautionem receperint", studium collaudat. Mandat, ut una cum magistro R. subdiacono suo, Gregorii diaconi cardinalis S. Mariae in Porticu, ap. sed. legati, in eorum partibus vicario, etiam ab Ariminensibus nomine Romanae ecclesiae fidelitatem sibi iurari faciant, ut „tota Marchia ad patrimonium Petri, ad (quod) de iure pertineat, revocetur". Catalanus De ecclesia Firmana p. 345, Böhmer Acta imp. sel. II. 616. (Magistrum R. esse Raimundum de Celano, qui postea archiepiscopus Capuanus factus est, suspicatur Winkelmann Philipp v. Schw. I. 35 n. 3). — „Sollicitudinis vestrae".
Nov. 4.	„	17586 Monasterii S. Mariae montis virginis protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat, petente Gabriele abbate. Cocquelines III. 61, (Ciarlanti Memorie hist. del Sannio p. 304, Giordano Chron. di Monte Verg. p. 377 et 378). — „Religiosam vitam eligentibus".
„ 8.	„	17587 (10665) Fratribus Maioris-monasterii de reparanda capella quadam scribit. Morice Mém. p. s. à l'hist. de Bret. I. 728, Migne 206 p. 1233. — „Oblato nobis ex".
„ 25.	„	17588 (10666) (Rainaldo) Matisconensi et (Roberto) Cabilonensi episcopis et decano Ledonensi mandat, compellant Rainaldum, dominum Castri-Rainaldi (dioec. Cabilon.), et Gilonem de Belfort (dioec. Vesontion.), ut prioratui de Louinco, ad monasterium Trenorciense pertinenti, ablata bona restituant. Iuenin Nouv. hist. de Tournus Pr. p. 180, Migne 206 p. 1233. — „Querelam dilectorum filiorum".
„ 28.	„	17589 Archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prioribus, archidiaconis, decanis, presbyteris et aliis ecclesiarum praelatis mandat, prohibeant parochianos, ne a fratribus hospitalis Hierosolymitani „de novalibus vel de aliis terris, quas propriis manibus aut sumptibus excolant seu de nutrimentis animalium, decimas aut etiam primitias exigant". Autogr. in tab. nat. Paris. L. 235. n. 22. — „Audivimus et audientes".
Dec. 1.	„	17590 Universis episcopis et abbatibus et aliis ecclesiarum praelatis patriarchatui Aquileiensi subiectis mandat, ut ecclesiae Aquileiensi „oppressionibus variis impiorum solito amplius oppressae" auxilium impendant. Pflugk-Harttung Acta II. 401. — „Universorum postulationes".
„ 3.	„	17591 Monasterii S. Nicolai de Pratis (Ribomontensis) patrocinium suscipit, bonaque et privilegia confirmat, petente Mathaeo abbate. Cartul. de Ribemont s. XIII. LL. 1015. f. 13 b in tab. nat. Paris. — „Religiosam vitam eligentibus".
„ 6.	„	17592 Ab abbate S. Nicolai de Pratis (Ribomontensi) benedicendo „palefridum seu aliquid aliud, cum simoniacam sapiat pravitatem", exigi vetat. Loewenfeld Epistolae p. 266, Stein Cart. de St. Nicol. des Prés sous Ribem. p. 110. — „Cum a nobis petitur".
„ 11.	„	17593 (10667) (Ardericum) episcopum Laudensem inter (Lanfrancum) episcopum Papiensem et canonicos Placentinos iudicem constituit. Campi Hist. di Piac. II. 376, Vignati Cod. dipl. Laud. II. 221, Migne 206 p. 1234. — „Significante nobis".
„ 15.	„	17594 Ecclesiam S. Mariae Waldensem tuendam suscipit eiusque possessiones confirmat, petente Iohanne priore. Pflugk-Harttung Acta II. 402. — „Quanto perversorum".
„ 18.	„	17595 Priori et monachis Bellimontensibus pensiones quasdam asserit, a (Guarino) episcopo Ebroicensi ad eorum „sustentationem et hospitalitatem exercendam" donatas. Pflugk-Harttung Acta I. 382. — „Iustis desideriis petentium" (legendum potius videtur „Iustis petentium desideriis").
„ 19.	„	17596 (10668) R(offrido) abbati, tituli SS. Petri et Marcellini presbytero cardinali, et conventui Casinensi „ad opus altaris duo candelabra argentea" dono dat. Tosti St. di Montec. II. 215. — „Ex devotione".
„ 21.	„	17597 Capituli S. Amati Duacensis institutionem, ut „ex fructibus praebendae cellarii expensae metropolitano vel legatorum ad eos venientium fiant", confirmat. Pflugk-Harttung Acta I. 382. — „Cum a nobis petitur".

1197. *(Ind. 15, pont. a. 6. — 14. Apr. — 7, 1196 - 25. Mart. — 1197.)*

Dec. 29. Laterani 17598 (10669) Monasterio S. Salvatoris Messanensi asserit decumas, a Guillelmo archiepiscopo Rhegiensi donatas. (Fragmentum). Pirri Sic. sacr. II. 981, Migne 206 p. 1234. — „ . . . . . decimas possessionum“.

„ „ 17599 (Bernardo) episcopo Faventino et M. priori de Camunno mandat, ut inter abbatem S. Mariae in Regula et canonicos S. Laurentii Imolenses super ecclesia S. Leonardi iudicare non retardent. („ . . . kal. Ian.“) Series episc. Forocornel. I. 179. — „Ex tenore litterarum“.

(„) 17600 (10670) (Huberto), archiepiscopo Cantuariensi, (Hugoni) episcopo Lincolniensi, et (Sampsoni) abbati S. Edmundi mandat, ut, remotis canonicis saecularibus ab episcopo Cestrensi institutis, monasterium Coventriense monachis reddant iuxta S. Benedicti regulam viventibus. Rogeri de Hoveden Annal. 1198 ap. Savile R. A. SS. p. 441, ed. Stubbs IV. 35, Annales Burtonenses 1198 ap. Fell Rer. Angl. SS. p. 254, in Annal. Monast. ed. Luard I. 194, Mansi XXII. 612, Migne 206 p. 1234. (Legitur etiam haec epistola, directa Cantuariensi, Lincolniensi, Wigorniensi episcopis et abbati de Theoches, in Registro Innocentii III., Potthast n. 253; neque in omnibus Rogeri manuscriptis invenitur; sed cum et a Coelestino III. et ab Innocentio III. in eadem causa in eundem modum scribi potuerit, eam hoc loco remanere sivimus). — „Sicut ea, quae“.

†17601 (ccccxxi) Philippo, episcopo Bellovacensi, respondet, merito eum in malis versari, quod „praesulem pacificum exuens militem bellicosum induerit“, eoque adiutore „rex Galliae, qui regi Anglorum sacramento corporaliter praestito tenebatur astrictus super indemnitate tam oppidorum, quam terrarum observanda, contra fidem et sacramentum impudenter veniens oppida regis violenter occupaverit, terram hostili manu crudeliter vastaverit“. „Ab ergastulo tandem redientem regi Francorum regem Angliae viriliter occurrisse; pro quo contra superbiam humilitatem, contra iniuriam ius et aequitatem, contra arrogantiam et intemperantiam modum et modestiam dimicasse“. Addit, „se regi Anglorum pro eo litteras direxisse supplicatorias“. Rogeri de Hoveden Annal. 1197 ap. Savile R. A. SS. p. 438^{b}, ed. Stubbs IV. 23, Louvet Hist. de Beauvaisis II. 319, Mansi XXII. 611, Migne 206 p. 1246. — „Sinistre licet tibi“.

1191—1198.

17602 (10671) Episcopo Abulen. (al. Ambulen.) respondet, „Templariis, Hospitalariis et aliis, oratoria habentibus in domibus suis, non licere campanas in eisdem ponere publiceque pulsare“. Comp. II. L. 5. t. 14. c. 2, Decr. Greg. L. V. t. 33. c. 10. — „Patentibus litteris nostris“.

17603 Monasterii S. Albani libertatem confirmat, bulla ad Garinum abbatem. (Fragmentum). Chron. mon. S. Albani ed. Riley II. 54. — „Religiosam vitam eligentibus“.

S. Gregorius I. 590—604.

Registri Gregoriani quatuor libros priores, quos absolverat Paulus Ewald, cum praematura mors multorum annorum operam interrumperet, publici iuris faciendos curavit Guilelmus Wattenbach in Mon. Germ. Epistolarum tomi I. parte I. (Berolini apud Weidmannos 1887.) Quo in opere epistolas eundem ubique, quem in Regestis sequi ordinem sat est animadvertisse. — Quarundam epistolarum, quae aut annorum indicationibus aut omnino signis chronologicis carebant, alium ordinem constituere conatus est Weise, Italien und die Langobardenherrscher von 568—628, Halle 1887. Ac licet non semper ei assentire potuissemus, attamen librum eius citare nusquam omisimus. In textu regestorum emendando et illustrando libellum conscriptum a Wisbaum, Die wichtigsten Richtungen und Ziele der Thätigkeit Gregors d. Gr. Dissert. Bonn. 1884, non sine fructu nos adhibuisse fatemur.

pag 143 ad ann. 590 Eligitur. Gregorius Turon. in MG. SS. Rer. Merov. I. 406.
n. **1066.** MG. SS. Rer. Merov. I. 407.
pag. 143 ad ann. 590 Consecratur. Gregorius Turon. in MG. SS. Rer. Merov. I. 407. 409.
n. **1074.** Ewaldus in sua Registri editione annotat, hanc epistolam transmissam non esse, quia Gregorius consilium mutaverit; pro ea vero postea ep. 1093, magna ex parte iisdem verbis expressam, missam esse, ut pateat ex ep. 1096.
n. **1080.** Pro „dignitatem“ in linea 2 legendum esse „quandam“, mihi scribit Wisbaum Coloniensis; sed nova registri editio hanc coniecturam non adprobat.
n. **1082.** In linea 2 lege: conversandi.
n. **1093.** Cf. supra notam ad n. 1074.
n. **1105.** Fossa Sconii erat „ramus ex Pado, quem Agnellus fluvium vocat, post et nomen loci“, sic Ewald in suo Registro.
n. **1114.** Pro „Filimuth“ codices praebent „filium oud“ aliaque; illam vocem restituit Ewald, vide eius Registrum.
n. **1120.** lin. 4 lege: tres (pro „tribus“).
n. **1128.** In inscriptione non legatur nisi „Clero consistenti Perusiae“, monet Wisbaum in Dissertationis citatae thesibus p. 52; id quod probabiliter ex allocutione „carissimi fratres“ colligit.
n. **1161.** In editione Gussanvillei II. ind. x. ep. 5 (sic lege pro „ep. 8“).
n. **1171. 1172.** Datae sunt die 29. Febr.; annus enim bissextilis erat.
n. **1179.** Adde prima verba „Quoniam Paulo“.
n. **1181.** De tempore cf. etiam Weise l. l. p. 161.
n. **1183.** Prima verba sunt „Habet hoc proprium“.
n. **1187.** Hanc epistolam in primis mensis Iunii diebus scriptam esse, censet Weise l. l. p. 161.
n. **1188.** Hanc epistolam paucos dies post acceptas Ariulfi litteras i. e. post diem 11. Iunii scripsisse Gregorium, putat Weise op. cit. p. 161.
n. **1190.** Pro „subdiacono“ corrigendum esse „diacono“, docet nova Registri editio.
n. **1200.** lin. 1 post „audivisse se“ adde „per“.
n. **1242.** Libertino, Siciliae praetori (non praefecto) inscripta est; vide novam Registri editionem.
n. **1243.** Contra Wisbaum, qui in Dissertationis citatae thesibus p. 52 contenderat, pro „Adriano“ legendum esse „Anastasium“, vide Ewaldi notam in Registri editione sua.
n. **1245.** Felix in linea 1 memoratus nepos est Felicis episcopi in linea 3 apparentis.
n. **1247.** Corrige: .... supellectilis ecclesiarum in ecclesia Sipontina depositae.
n. **1259.** Melius scribatur: .... praesumptionem illius.
n. **1268.** Est in Maurinorum editione III. ep. 67 (non 66).
n. **1278.** Regestum hoc sic muta: Gennadio .... nuntiat, perlatum sibi esse, „plura in concilio Numidiae contra patrum tramitem atque canonum statuta committi.“ Quae Columbo episcopo perquirenda se commisisse. Hortatur, ut „in cunctis, quae ad ecclesiasticam correptionem pertinent“, eum adiuvet.
n. **1282.** lege: ... morem antiquum in novis quoque ecclesiarum redditibus distribuendis esse servandum.
pag. 161 ad ann. 593 fin. Dialogos in Opp. ed. Maur. II. 149 Romae compositos esse, Gregorius ipse testatur ibid. L. I. c. 4, ed. Maur. II. 165: „in hac Romana urbe“. — Cf. etiam Pauli Diac. Hist. Langob. IV. c. 5 in MG. SS. Rer. Lang. p. 117.
n. **1338.** Castorium notarium (non diaconum) scribendum esse, monet Wisbaum in Dissertationis citatae thesibus p. 52.
n. **1346.** Wisbaum l. l. p. 7 n. 2 annotat, in hac epistola sic legendum esse: „..... ut consuetudinaria excepta eius utilitati debeatis inferre“ (pro „utilitate“, quod male praebent editiones); excepta enim dicitur tributorum quoddam genus a colonis solvendorum.

n. **1351.** Hanc epistolam ad imperatricem eodem tempore ac ep. 1359 ad imperatorem, i. e. exeunte Iulio vel initiante Augusto scriptam esse, contendit Weise op. cit. p. 194.

n. **1353.** Eodem fere tempore ac ep. 1351, rationibus haud satis validis probare conatur Weise op. cit. p. 194.

n. **1354. 1355.** Non recte ab Ewaldo ad 1. Iun. redactas esse, censet Weise op. cit. p. 189; transferantur potius iuxta veteres Registri editiones ad 1. Ian.

n. **1356.** Haud accurate hanc epistolam, quae solet ad 23. Dec. redigi, ab Ewaldo ad 1. Iun. positam esse, contendit Weise op. cit. p. 186.

n. **1359.** Hanc epistolam aut exeunte mense Iulio aut ineunte Augusto missam esse, probare studet Weise op. cit. p. 193.

n. **1362.** Hoc privilegium, de cuius fide hesitaverat Ewald, ex falso privilegio 1366 ortum esse, demonstrat Wisbaum l. l. p. 37; cui probabile videtur, falsarium genuinum etiam Gregorii diploma 1504 ante oculos habuisse.

n. **1364. 1365.** In editione Maurinorum in libro V. (non IV.) exstant.

pag. 167 ad ann. 595 Iul. 5. Synodus. Quae solent huius anni synodo ascribi, decreta ad initium pontificatus Gregoriani pertinere contendit Wisbaum in Dissertationis citatae thesibus p. 52.

n. **1366.** De hoc falso privilegio uberius disserit Wisbaum l. l. p. 37. — Arcte cum eo cohaerent et falsa bulla in Mém. et doc. de la Suisse Romande III. 31 et ea, quam nuper edidit Gaudenzi Un antica compilazione di diritto Romano e Visigoto 1886 p. 50, quae uti illa tempore Gregorii VII. orta videtur. — „Quoniam scriptum est".

n. **1385.** Exstat in editione Maurinorum VI. 6 (non IV. 6).

n. **1401.** De hisce rebus sic est apud Paulum Diac. IV. c. 8 in MG. SS. Rer. Langob. p. 118: „Huius regis (sc. Agilulfi) adventu in tantum b Gregorius papa exterritus est, ut ab expositione templi, de quo in Ezechiele legitur, desisteret, sicut ipse quoque in suis bomeliis refert. .... Nec multum post ... Gregorius ... cum eodem viro ... pacem firmissimam pepigit". — Adventum Agilulfi et expositionem Ezechielis Georgius Waitz in a. 598? redegit, certe eam ob causam, quia in annum 599 Mart. epistola Gregorii de pace tractans poni solebat; sed hanc epistolam, n. 1592, Ewald anno 598 Nov. Dec. adiunxit.

n. **1408.** lin. 3 lege: Roma.

n. **1411. 1412. 1413. 1414.** Has quatuor epistolas Weise op. cit. p. 197 sq. ita ordinari vult, ut epp. 1413 et 1414 in mense Aprili restent, 1412 in m. Maio, 1411 in m. Augusto scriptae putentur.

n. **1421.** Allodi e Levi Il Regesto Sublac. p. 252 (ad ann. 594). — „Si semper sunt".

n. **1425a.** Leontio, episcopo Urbinati, visitatori Ariminensi, directa est epistola, ut nobis scribit Wisbaum.

n. **1450.** Mensem Septembrem praefert Weise op cit. p. 202.

n. **1459.** Fortunatus episcopus est Neapolitanus, ut recte monet Weise op. cit. p. 201; Episcopus Fanensis fuit Leo, cf. ep. 1427.

n. **1466.** Anthemium non fuisse defensorem, sed subdiaconum, contendit Wisbaum in Dissertationis citatae thesibus p. 52.

n. **1472.** In mens. Iun. 598 ponendam esse epistolam, censet Weise op. cit. p. 205. 206.

n. **1517.** In ultimis epistolae verbis Gregorium describere martyrologium probabiliter Hieronymianum, annotat Duchesne Le Lib. pont. I. p. CI not.

n. **1530.** lin. 1 corrige: praefecturam (pro „praeturam").

n. **1535.** In mensem Septembr. reponi vult epistolam Weise op. cit. p. 207. — Marinianum esse episcopum Turritanum in Sardinia, non vero metropolitanum Ravennatem, contendit Wisbaum in Dissertationis citatae thesibus p. 52. Cf. infra notam ad 1770.

n. **1543.** Aestate a. 602 scriptam esse epistolam, putat Weise op. cit. p. 233 n. 124.

n. **1553.** Pro „Milensibus", quod praebent editiones, legendum esse „Melitensibus", proponit Wisbaum in Dissertationis cit. thesibus p. 52.

n. **1568.** Hanc epistolam post epp. 1591 et 1592 scriptam esse, recte ut videtur probat Weise op. cit. p. 212. — Verba „gloriosum fratrem nostrum" significare Gloriosum ep. Ostiensem, contra opinionem Maurinorum, qui nomen proprium esse negant, contendit Weise op. cit. p. 215.

n. **1572.** Regestum sic muta: Fortunato ... de causa Theodori scribit, quae ad eius iudicium iniuste delata sit, licet a patrono civitatis tractari debuisset.

n. **1573.** Initium regesti sic mutandum est: Mauritium .... redarguit, quod eo in civitate Neapolitana residente, Theodorus pro quibusdam causis ad sedem apostolicam venire coactus sit, et quod rem eius a Fortunato episcopo tractari siverit, quae ad curam dispositionemque patroni civitatis pertineret.

n. **1576—1579.** De tempore harum epistolarum aliter censet Weise op. cit. p. 217 n. 25.

n. **1591. 1592.** De tempore harum epistolarum vide Weise op. cit. p. 209.

n. **1603.** lin. 2 lege: libellorum.

n. **1620.** Virum, cui inscripta erat epistola, fuisse Domnellum erogatorem, in ep. 1767 memoratum, opinatur Weise op. cit. p. 209 n. 181.

n. **1631.** Corrige in lin. 2: „... ad accipiendas annonas ab imperatoribus concessas". Annona enim significat stipendium annuum (Jahresgehalt), non frumentum, ut me docet Wisbaum.

n. **1636.** In fine inscriptionis pro verbis „et sex patronis" legatur „et ceteris patrimoniorum rectoribus"; hoc contendit Wisbaum in Dissert. cit. thesibus p. 52.

n. **1642.** Autumnum huius anni praefert Weise op. cit. p. 218.

n. **1667.** In textu epistolae pro „pariter etiam clerum plebemque ipsius ecclesiae" legendum videri „.... plebemque Misenatis ecclesiae", contendit Wisbaum in Diss. cit. thesibus p. 52.

n. **1668.** De tempore epistolae cum Ewaldo consentit Weise op. cit. p. 218 n. 32.

n. **1669.** De tempore aliter censet Weise p. 218 n. 33.

n. **1673.** Verba de satisfactione lapsorum interpolata videntur in hac epistola, etiam in aliis partibus a suspicione non remota, ut annotat Hinschius K.R. I. 39 n. 7. — Scherer in Lit. Rundschau f. d. kath. Deutschl. 1885. p. 234 Pseudo-Isidorum allegat, quem verba interpolata iam in fonte suo reperisse opinatur.

n. **1677 et 1679.** In annum 595 medium pertinere, monet Weise op. cit. p. 193 n. 99.

n. **1679.** Vide praecedentem notam.

n. **1680.** Non ante mensem Iunium scriptam esse epistolam, contendit Weise op. cit. p. 220 n. 45.

n. 1722. In auctumnum a. 598 ponendum esse, putat Weise op. cit. p. 208.

n. 1729. Etiam hanc epistolam in autumnum a. 598 ponendam esse, putat Weise op. cit. p. 208.

n. 1738. 1739. De his epistolis disseruit Ewald in Neues Archiv VII. 587 sq.

n. 1770. Marinianum non esse episcopum Ravennatem, sed Turritanum in Sardinia, contendit Wisbaum in Dissertat. cit. thesibus p. 52; cf. supra notam ad 1535.

n. 1785. Vere huius anni scriptam esse, putat Weise op. cit. p. 221.

n. 1821. In mensem Maium redigatur; sic vult Weise op. cit. 230.

n. 1843. Hinschius III. 702 et Scherer in Histor. Jahrb. V. 250 et in Lit. Rundschau f. d. kath. Deutschl. 1885. p. 234 hanc epistolam falsam diiudicant; verba Bonifatii, quae Scherer in regesto desiderat, Ewald in N. A. III. 438 lectori proposuit. — Huius epistolae fragmenta ubi exstent in Decreto Gratiani ostendit Friedberg in praef. p. XXX.

n. 1875. Pro interpolata habet Hinschius K.R. III. 700, pro falsa vero Löning Gesch. d. d. K. R. II. 392, qui uberius de ea disserit. Cf. etiam Pitra Anal. nov. Spic. Solesm. I. 55 n. 4.

n. 1880. Cf. ea, quae annotat Ewald in Neues Archiv VII. 604.

n. 1887. Pro „Gregorio, Leoni, Secundino“ cet. legendum esse „Gregorius Leoni, Secundino“ cet., id quod praebent editiones, putat Wisbaum.

n. 1899. Mensem Aprilem praefert Weise op. cit. p. 236 n. 144.

n. 1906. 1907. In Mense Maio scriptae, ut censet Weise op. cit. p. 236.

n. 1921. lin. 5. Pro „eius“ pone ,,Eusebii“.

n. 1926. De hac epistola disseruit Ewald in Neues Archiv VII. 590; attamen de fide eius dubitandum esse, censet Scherer in Lit. Rundschau f. d. kath. Deutschl. 1885. p. 235. — ,,Quoniam semper sunt concedenda“.

n. 1927. Pflugk-Harttung Acta III. 1. — „Totius orbis principibus“, ,,Summum esse quos“.

n. 1928. Valentin-Smith et Guigue Bibl. Dumbens. II. Appendix, Hist. de Nantua p. 50 et ibidem Pièces justif. p. 4, Pflugk-Harttung Acta III. 2. — „Quoniam innumerabilibus“.

n. 1957. Gratiani Decr. II. De poenit. Dist. VI. c. 2.

n. 1986. In Coll. Lips. XXXIII. 7, Comp. I. L. 1. t. 16 c. 2, Decr. Greg. L. I. t. 24 c. 2: Leo papa.

n. 1987. Hinschius K. R. III. 702 dubitat, num decretalis haec Gregorio I. iure attribuatur.

n. 1991. Pitra Anal. nov. Spic. Solesm. I. 467.

pag. 219 ad ann. 604. Sepelitur. „Depositus IV. id. Martias“ Epitaphium ap. Sarti et Settele p. 125, Duchesne Lib. pont. I. 313.

Bonifatius III. 607.

pag. 220 ad ann. 607 Sepelitur. Epitaphium etiam ap. Sarti et Settele p. 127, De Rossi Inscript. Christ. U. R. II. 126. 141 teste Duchesne Lib. pont. I. 316.

Bonifatius IV. 608—615.

n. 1995. Haec epistola, in nova editione Pauli Diac. Hist. Langob. IV. c. 36 memorata, solet Bonifatio III. ascribi.

pag. 221 ad ann. 615 Sepelitur. Eundem titulum praebent Sarti et Settele p. 128, De Rossi Inscr. Christ. U. R. II. 128. 208, teste Duchesne Lib. pont. I. 317.

Deusdedit 615—618.

n. 2004. Hinschius K.R. III. 692 n. 2 dubitat, num recte ascribatur decretalis papae Deusdedit; Friedberg in editione sua Decreti l. l. „caput incertum“ nominat.

Bonifatius V. 619—625.

n. 2005. Vide etiam epistolam episcoporum Angliae ap. Migne 102 p. 1033, ubi legitur Bonifatius Mellito Dorovernensi auctoritatem episcopos ordinandi et pallii honorem concessisse.

Honorius I. 625—638.

n. 2017. Memoratur in Vita S. Bertulfi auctore Iona monacho c. 7 in Act. SS. Aug. III. 753, in Vita S. Columbani c. 23 ap. Mabillon A. SS. O. B. II. 50 et in diplomate Sicardi Cremonensis ap. Ughelli It. sacr. IV. 936.

n. 2020. Fragmentum epistolae incipiens: „Iuxta vestram petitionem“ legitur in epistola episcoporum Britanniae ap. Migne 102 p. 1034.

n. 2024. Non ita multo post ep. 2018 scripta videtur haec epistola.

n. 2037. Notitia: Ivonis decr. XIV. c. 65 delenda est, quia est canon 12 concilii Ravennatis anno 877 ab Iohanne VIII. celebrati.

pag. 226 ad ann. 638 Sepelitur. Epitaphium etiam ap. Sarti et Settele p. 130, De Rossi Inscr. Christ. U. R. II. 127, teste Duchesne Lib. pont. I. 326.

Iohannes IV. 640—642.

pag. 227 ad ann. 641 Synodus. Theophanis Chronographia ed. de Boor I. 331.

n. 2043. In suo exemplari annotavit Ewald, epistolam hanc fortasse Iohanni VIII. et Isaaco episcopo Lingonensi, qui in ep. 3151 appareat, ascribendam esse, et in Anselmi Collectione canonum addi: „II Kal. April.“ — Utrum de Collectione Anselmo dedicata an illa Anselmi Lucensis cogitaverit et qua in bibliotheca eam viderit, dicere nequeo.

n. 2044. Coll. S. Dionysii n. 3 in MG. Form. Merov. p. 498. Cf. etiam Grauert in Hist. Jahrb. IV. 83.

Theodorus I. 642—649.

n. 2049. 2050. 2052. Duchesne Lib. Pont. I. 334 anno 643 ascribendas censet. N. 2049 etiam ap. Migne 129 p. 577.

n. 2050. Etiam ap. Migne 129 p. 581. De tempore cf. notam praecedentem.

n. 2051. Theodori ep. etiam ap. Migne 129 p. 577.

n. 2052. Etiam ap. Migne 129 p. 581. De tempore cf. notam ad 2049.

n. 2053. Langen Gesch. d. röm. K. II. 525 „certe spuriam“ esse bullam annotat, sed rationes nullas affert. — Ceterum bulla memoratur in Vita S. Columbani c. 23 ap. Mabillon Acta SS. O. B. II. 50 et in tabula Sicardi Cremonensis ap. Ughelli It. sacr. IV. 936.

pag. 229 ad ann. 646—647 Synodus. Theophanis Chronophia ed. de Boor I. 331.

S. Martinus I. 649—653 (655).

pag. 230 ad ann. 649 Concilium. Ex can. 18 et 19 ap. Mansi X. 1158 et 1159 sumpta sunt fragmenta Coll. Taurin. apud Pflugk-Harttung Acta II. 20. „Si quis non“, „Si quis calumnians“. — In Codice Sangallensi n. 681 saec. XI legitur „Invectio canonica Martini papae in Amalarium officiographum“, in synodo promulgata, cuius prooemium edidit Dümmler in N. Archiv XI. 406. De quo Amalario cogitandum sit, non liquet. — Theophanis Chronogr. ed. de Boor I. 331.

n. **2059.** Harum litterarum fidem addubitat Krusch in Histor. Zeitschr. LIV. 97.

n. **2060.** Falso Baronius l. l. scripsit, destinatam fuisse hanc epistolam „Galliarum patribus“, cum in Audoeni Vita S. Eligii L. I. c. 33 ap. D'Achery Spic. II. 88 legatur „Galliarum partibus“. Kruschio propterea in Histor. Zeitschr. LIV. 97 eadem videtur ac 2059; cui assentiendum esse puto.

n. **2061.** In Histor. Zeitschr. LIV. 96 demonstrat Krusch, hanc epistolam delendam esse. Ewaldi error ex eo ortus est, quod Baronii haud satis accurata verba non recte interpretatus est. Sed Ewaldum sequitur Duchesnius Lib. pont. I. 339 n. 5, qui Kruschii argumentationem non nosse videtur.

n. **2076.** Pflugk-Harttung Acta II. 15.

n. **2077.** Ibidem II. 18.

pag. 232 ad ann. 653 Iun. 19. „Commemoratio eorum, quae saeviter acta sunt in Martinum papam“ legitur etiam ap. Migne 129 p. 591 sq.

n. **2079. 2080. 2081.** Sat est animadvertisse, Duchesnium in Lib. pont. I. 340, Pagium et Hefelium secutus, itinerarium Martini aliter statuisse ac Jafféum et Ewaldum, qui in ipsius Martini epistola 2079 menda notarum chronologicarum inesse persuasum habebant. Duchesne, ut de aliis locis taceamus, Martinum Byzantium pervenisse putat die 17. Sept. 654, Hierone egressum esse die 26. Mart. 655, Chersonem venisse die 15. Maii eiusdem anni, unde litteras 2080 et 2081 scripserit. — Langen vero Gesch. d. röm. K. II. 532 et 536 ordinem a Jaffé-Ewald constitutum probavit.

pag. 234 ad ann. 655 Sept. 16 Moritur. De loco depositionis S. Martini vide Duchesne Lib. pont. I. 340 n. 17. — De Rossi Bulletino di archeol. christ. 1883 p. 12 Martinum a. 656 mortuum ac sepultum esse dicit; quo iure nescio. Fortasse error typographicus in re est. — Theophanis Chronographia ed. de Boor I. 347.

Eugenius I. 654—657.

n. **2083.** Iohannis de Thilrode Chron. in MG. SS. XXV. 566. — Ad hoc privilegium pertinere videntur verba ibidem p. 565 allata: „Nam ipsius papae apostolica auctoritate non solum episcopis et comitibus, verum etiam cunctis totius regni inhibitum erat primatibus, ut non quasi libera utentes potestate ullam ab externis illius loci catervae personam praesumant subrogare, nisi quem inibi Deo servientes et in unum concordantes de propriis fratribus secundum Deum spontanea elegerint voluntate.“

Vitalianus 657—672.

n. **2087.** Edidi in Neues Archiv XI. 369.

n. **2093.** Textum emendat Galletti Del primicero p. 37.

Adeodatus 672—676.

n. **2105.** Exstat in Formulis Collect. S. Dionysii n. 2 in MG. Form. Merov. p. 498.

Agatho 678—681.

pag. 238 ad ann. 678 Consecratus. Duchesne Lib. pont. I. 355 n. 2 ordinationem Agathonis diei 4. Iul. illigat; quod ipse correxit in p. 531, die 27. Iunii eam factam esse contendens. Quem eundem diem praefert Langen Gesch. d. röm. K. II. 548 argumentans, nec diem 25. Iunii nec 7. Iulii, de quibus cogitaverat Jaffé-Ewald, fuisse diem dominicum.

pag 238 ad ann. 679 Concilium. Acta collegerunt Haddan and Stubbs Councils III. 131—140.

pag. 238 ad ann. 680 Concilium. Cf. Haddan and Stubbs Councils III. 140.

pag. 240 ad ann. 681 Sepelitur. Vide Agathonis epitaphium ap. De Rossi Inscr. Christ. U. R. II. 52. 129. 157 teste Duchesne Lib. pont. I. 358.

Leo II. 681—683.

n. **2118.** De temporis notis cf. Diekamp in Hist. Jahrb. IV. 222. — Duchesne Lib. pont. I. 361 n. 2 putat auctorem Vitae Leonis in Libro pontificali hanc epistolam ante oculos habuisse.

Benedictus II. 683?—685.

pag. 242 ad ann. 685 Mart. 26. Cf. ea quae annotat Duchesne Lib. pont. I. 364 n. 6.

pag. 242 ad ann. 685 Mai. 8 Sepelitur. Vide titulum ap. Sarti et Settele p. 132, De Rossi Inscr. Christ. U. R. II. 129. 157, teste Duchesne Lib. pont. I. 365.

Iohannes V. 685—686.

pag. 242 ad ann. 686 Sepelitur. Epitaphium ap. de Rossi Inscr. Christ. U. R. II. 129, cf. p. 207, teste Duchesne Lib. pont. I. 367.

Sergius I. 687—701.

pag. 244 ad ann. 688 Iun. 28. Titulus etiam ap. de Rossi Inscr. Christ. U. R. II. 56. 98. 140. 158 cf. p. 201. 202, teste Duchesne Lib. pont. I. 379.

n. **2132. 2133.** Cur suspectae putandae sint hae epistolae, exponit Hahn Bonifaz und Lul p. 58.

pag. 244 ad ann. 696 Nov. 22. Duchesne Lib. pont. I. 382 n. 49 demonstrat, nec anno 696 nec die 22. Nov., qui fuit dies Mercurii, consecrationem Willibrordi celebratam esse. In Bedae notis chronologicis errores sine dubio latent. Rectus vero annus praebetur Calendario bibliothecae nationalis Parisinae n. 10837 manuscripto, ubi haec nota legitur: „. . . . Clemens Willibrordus . . . a. 695 ab incarnatione Domini, quamvis indignus fuit ordinatus in Romae (!) episcopus ab apostolico viro domno Sergio papa . . .“; ibidemque in margine ad diem 21. Nov. additum est: „Ordinatio domni nostri Clementis“. Sane hoc anno 695 dies memoratus in diem dominicum incidit. Duchesne l. l.

n. **2135.** Textum paucis in locis ab ipso De Rossio correctum praebet Duchesne Lib. pont. I. 379.

n. **2140.** Etiam in Registro Malmesbur. I. 343. — Aldelmum abbatem iam anno 688 una cum Ceadwalla iter Romanum arripuisse, suscipatur Hahn Bonifaz und Lul p. 44 n. 6; privilegium igitur fortasse anno 689 concessum est.

Iohannes VI. 701—705.

n. **2141.** Analecta iuris pontif. XX. 138, quae textum Pflugk-Harttungi repetunt, sub nomine Iohannis XV.
n. **2143.** Omnino delendum est, quia pertinet ad Iohannem XIX. et idem est ac 4107.

Constantinus I. 708—715.

n. **2147.** (sic enim legendum est pro 1247.) Cf. Hahn Bonifaz und Lul p. 66 n. 2.
n. **2149.** Cf. Hahn ibidem p. 66 n. 2.

Gregorius II. 715—731.

pag. 250 ad ann. 721 Synodus. Ex huius synodi decretis sumptus est canon Collect. Taurinensis ap. Pflugk-Harttung Acta II. 21 n. 48. „Si quis virginem".

n. **2164.** Sicuti Loofs l. l., ita etiam Diekamp in Westfäl. Urkundenb. Suppl. p. 6 n. 34 epistolam hanc Gregorio III. et anno 737 tribuit.

n. **2177.** De fide huius epistolae non esse dubitandum, contendit Weiland in Zeitschr. f. Kirchenr. XVII. 373; quod si rectum est, et haec et sequens epistola 2178 Gregorio II. abiudicanda, et Gregorio III. adiudicanda est, quo pontificante Antoninus effectus est patriarcha Gradensis; vide Duchesne Lib. pont. I. 412 n. 23.

n. **2178.** Vide eam quae praecedit notam.

n. **2180** et **2182.** Has epistolas Constantinopoli a defensore quodam imaginum fabricatas esse censet Duchesne Lib. pont. I. 413 n. 45; neque vero dubitat, quin genuinae olim exstiterint epistolae a Gregorio ad Leonem imperatorem occasione litis imaginum directae.

n. **2181.** Huius epistolae haud secus ac 2180 fidem addubitant Hefele III. 362 et Malfatti Imperatori e Papi I. 266.

n. **2188.** Hanc constitutionem, sicuti multas alias in codice Lucensi collectas, spuriam esse et compositam ex canonibus ad poenitentiam pertinentibus, opinatur Scherer in Lit. Rundschau f. d. kath. Deutschl. 1885. p. 235, revocans lectorem ad Pseudo-Bedam c. 49 § 1 ap. Wasserschleben Bussordnungen der abendl. Kirche p. 280.

n. **2206.** Iohannem consulem eundem esse ac Iohannem, ducem Neapolitanum, de quo in Chron. Beneventano legitur, censet Armbrust Die territoriale Politik der Päpste von 500—800, Diss. Gott. 1885, p. 96; et hanc locationem intra annos 717—719 redigendam esse. Sed res non satis constare videtur. Vide notam sequentem.

n. **2216. 2217.** Theodorum consulem fuisse ducem Neapolitanum, contendit Armbrust l. l. p. 96; indeque colligit, has locationes factas esse intra annos 719—730. Vide notam praecedentem.

Gregorius III. 731—741.

n. **2230.** Haec epistola in Chron. Gradensi l. l. Gregorio III. falso ascripta omnino delenda est. Emanavit enim a Gregorio II. et eadem videtur ac 2172. Sic recte monet Langen Gesch. d. röm. Kirche II. 608 n. 2.

pag. 257 ad ann. 731 Synodus prima. Cum synodi die natali apostolorum celebrari solerent, haec fortasse die 29. Iunii congregata est, ut censet Duchesne Lib. pont. I. 421 n. 4.

n. **2232.** Cf. Duchesne Lib. pont. I. 421 n. 6.
n. **2243.** De fide epistolae cf. etiam Hahn Bonifaz und Lul p. 162 n. 1.
n. **2247.** Rydoltum non fuisse episcopum Constantiensem, demonstrat Ladewig Reg. ep. Const. p. 6 n. 24.
n. **2251.** Ewald ad Simson Jahrb. I. 62 lectorem revocat; sed error in re est.

Zacharias 741—752.

n. **2264.** Bartolini Di S. Zaccaria papa, Doc. p. 6. De tempore cf. etiam Scherer ap. Buss Winfrid-Bonifacius, Graz 1880, p. 151 n. 1, cui a. 743 placet.
n. **2266.** Bartolini l. l. p. 9.
n. **2268.** Pflugk-Harttung Acta II. 21. „Script. p. m. Theodori diaconi, sacri palatii scriniarii".
n. **2270.** Bartolini Di S. Zaccaria papa, Docum. p. 21.
n. **2271.** Ibidem p. 28.

pag. 265 ad ann. 744 Synodus. Acta etiam ap. Bartolini l. l. p. 23. — Scherer in Liter. Rundschau f. d. kath. Deutschl. 1885 p. 235 annum 743 praefert. Canones varie traduntur, vide Maassen Gesch. d. Quellen d. can. R. I. 307 et Scherer in Histor. Jahrb. V. 251.

pag. 265 ad ann. 745 Synodus. Bartolini Di Zaccaria papa, Doc. p. 47.
n. **2274.** Ibidem p. 52.
n. **2275.** Ibidem p. 11.
n. **2276.** Ibidem p. 38.
n. **2277.** Ibidem p. 29.
n. **2278.** Ibidem p. 35.
n. **2281.** Ibidem p. 57. Cf. etiam Neues Archiv IX. 478.
n. **2282.** Ibidem p. 73.
n. **2286.** Ibidem p. 73.
n. **2287.** Ibidem p. 55.
n. **2289.** Analecta iuris pontif. XX. 130.

n. **2290.** Miracula S. Benedicti in MG. SS. XV. 484, Bartolini Di S. Zaccaria papa p. 297 (Coll. S. Dionysii n. 10 in MG. Formul. Merov. p. 503). Fidem epistolae denuo addubitant Diekamp in Hist. Jahrb. I. 231, Langen Gesch. d. röm. Kirche II. 645 not., Bartolini l. l. p. 299 sq.

n. **2291.** Bartolini Di S. Zaccaria papa, Docum. p. 80.

n. **2292.** Ibidem p. 84. Iam ante Loofs epistolam falsam diiudicavit Scherer apud Buss Winfrid-Bonifacius p. 346, ubi rationes suas indicat.

n. **2293.** Bartolini Di S. Zaccaria papa, Docum. p. 83. Doctorum virorum de hoc privilegio sententias collegit Scherer ap. Buss Winfrid-Bonifacius p. 319, et Hahn Bonifaz und Lul p. 266 n. 4.

n. **2294.** Bartolini l. l. p. 84.

n. **2303 sq.** Ibidem p. 87. De Zachariae decretalibus ad matrimonium pertinentibus egit Nürnberger in ephemeride Der Katholik 1882 p. 64 sq.; sed eius commentationem improbavit Scherer in Histor. Jahrb. V. 250.

n. **2306.** Ibidem p. 77. Cf. ea, quae de hac ep. disserit Scherer in Hist. Jahrb. V. 250.

Stephanus II. 752—757.

n. **2307.** Bartolini Di S. Zaccaria papa, Docum. p. 86.

pag. 272 ad ann. 753 Nov. Dec. Monast. Romanense. Vide Clementis II. bullam in Mém. et doc. de la soc. de la Suisse Romande III. 419 et Neues Archiv XI. 593, ubi Pflugk-Harttung dubitat, utrum papa adveniens an rediens monasterium Romanense visitaverit.

n. **2314.** Cf. Hahn Bonifaz und Lul p. 251 n. 4.

pag. 273 ad ann. 754 Iul. 28. Clausula de Pippino in MG. SS. XV. 1, SS. Rer. Merov. I. 465. — Excerpta ex Hilduini abbatis libro in MG. SS. XV. 3.

n. **2316.** Ex Hilduini abbatis „Revelatione" in MG. SS. XV. 2, de qua Waitz hanc notam addidit: „Quod iam Ludovicus imperator eam a papa dictatam dicit, non magnifacio, cum procul dubio ipse Hilduinus etiam hanc epistolam conceperit".

n. **2318.** In adulteranda hac tabula falsarium bullam 2316 in suum textum recepisse et Hilduini Narratione de revelatione Stephani papae, in MG. SS. XV. 2, usum esse annotat Holder-Egger in Deutsche Lit. Zeit. 1886. p. 706.

n. **2324.** Cf. etiam Ivonis Panorm. IV. 96.

n. **2330.** Coll. S. Dionysii n. 4 in MG. Formul. Merov. p. 500. Cf. etiam Grauert in Hist. Jahrb. IV. 587.

n. **2331.** Coll. S. Dionysii n. 12 in MG. Formul. Merov. p. 503.

n. **2332.** Coll. S. Dionysii n. 5 in MG. Formul. Merov. p. 300.

n. **2333.** Coll. S. Dionysii n. 7 in MG. Formul. Merov. p. 500.

Paulus I. 757—767.

n. **2338.** Duchesne Lib. pont. I. 466 n. 5 annotat, in editione Jafféana p. 73 lin. 5 pro „auxiliatricis vitae" legendum esse „auxiliatricis vestrae".

n. **2346.** Auctorem Vitae Pauli in Libro pontificali hanc bullam ante oculos habuisse, putat Duchesne I. 466.

n. **2349.** Aestatem anni 762 praefert Langen Gesch. d. röm. Kirche II. 679.

Stephanus III. 768—772.

n. **2376.** De tempore cf. Duchesne Lib. pont. I. 482 n. 27.

pag. 285 ad ann. 769 Apr. 12 Concilium. Duchesne Lib. pont. I. 483, Cennii fragmentum repetens animadvertit, summarium a Wasserschleben l. l. publicatum ex Libro pontificali haustum esse, excepta diei significatione „VII die mens. Apr."

n. **2382.** Analecta iuris pontificii XX. 131.

n. **2390. 2391.** Harum epistolarum fidem, quam addubitaverat Waitz Verf. Gesch. III. 532, defendit Weiland in Zeitschr. f. Kirchenr, XVII. 385.

pag. 288 ad ann. 772 Moritur. Interpretationem Abelianam, quam secutus est Ewald, reprobat Langen Gesch. d. röm. Kirche II. 704 et cum Jafféo Stephani mortem diei 1. Febr. illigat.

Hadrianus I. 772—795.

pag. 289 ad ann. 772 Eligitur. Iisdem verbis ac Ann. Auscienses, Annal. Laubac. in MG. SS. I. 13: „Adrianus pontificatum suscepit Kalendis Februar."

n. **2395.** Quid significent verba: „nostra Romanorum respublica", exponit Weiland in Zeitschr. f. Kirchenr. XVII. 372 sq. et Martens Neue Erörterungen über die Römische Frage p. 28.

n. **2404.** Duchesne Lib. pont. I. 546 carmen repetit.

n. **2405.** Vide Pactum Ludovicianum ap. Sickel Das Privil. Ottos I. f. d. röm. Kirche p. 175, (Mühlbacher Reg. d. Karol. 622).

n. **2408.** Hanc epistolam post ep. 2409 scriptam esse, demonstrat Martens Die Römische Frage p. 173.

n. **2411.** Pro genuina habent etiam Langen Gesch. d. röm. Kirche II. 715 et Hahn Bonifaz und Lul p. 276 n. 1, cf. ibid. p. 346.

n. **2421.** Integer textus ap. Pflugk-Harttung Acta II. 22. „Scriptum p. m. Sergii scriniarii Romanae ecclesiae; Data . . . p. m. Anasii primi episcopi decessorum (lege: Anastasii primicerii defensorum) sanctae sedis apostolicae."

n. **2423.** Cf. notam Duchesnii in Lib. pont. I. p. CCXXXIX not. 1.

n. **2435.** Coll. S. Dionysii n. 6 in MG. Formul. Merov. p. 500.

n. **2437.** Prima verba, quae exciderunt, sine dubio fuerunt: „Petentium desideriis ita nos convenit impertire" cet.

n. **2443.** Coll. S. Dionysii n. 8 in MG. Formul. Merov. p. 501.

n. **2447.** Ex Angilramni capitulis (36. 43. 44 ap. Hinschius Ps.-Isid. p. 764. 765) sumpta sunt fragmenta Coll. Taurin. ap. Pflugk-Harttung Acta II. 25 n. 52: „Constitutiones contra", „Quod in laicis".

n. **2448.** Deusdedit Coll. canon. L. IV c. 9 et 10.

n. **2449.** Verba „Sicut antiquitus" usque „habebunt" paululum mutata leguntur ap. Deusdedit Coll. can. L. IV c. 9.

n. **2454.** Erravit Ewald; Abel enim l. l. bullam genuinam putat. — Coll. S. Dionysii n. 13 in MG. Formul. Merov. p. 504.

n. **2457.** Pflugk-Harttung Acta II. 25. „Data p. m. Anastasii bibliothecarii sedis apostolicae". Signa chronologica ad ann. 773 vel 776 vel 788 pertinent.

n. **2488.** Hoc videtur esse privilegium, cuius fit mentio ap. Herimannum Aug. Chron. ad ann. 759 in MG. SS. V. 99.

n. **2491.** Coll. S. Dionysii n. 14 in MG. Formul. Merov. p. 504. — Codex Thuaneus, post Colbert., nunc est ms. lat. 2777 bibl. nat. Paris. — Fidem bullae defendit Grauert in Hist. Jahrb. IV. 585.

pag. 306 ad ann. 795 Moritur. Epitaphium ap. Sarti et Settele p. 133, Duchesne Lib. pont. I. 523. — Notandum est, Vitam Hadriani ap. Mabillon l. l. apocrypham esse, cf. Abel-Simson, Jahrb. Karls d. Gr. II. 108 n. 2.

pag. 306 ad ann. 795 Sepelitur. Cf. Abel-Simson Jahrb. II. 108 n. 3.

Leo III. 795—816.

pag. 307 ad ann. 795. De electione Leonis primisque eius cum Karolo relationibus cf. Abel-Simson Jahrb. II. 111.

pag. 308 ad ann. 798 Concilium. Grössler die Ausrottung des Adoptianismus im Reiche Karls d. Gr, Jahresbericht über das kgl. Gymnasium zu Eisleben 1879, p. 50, Jafféum in prima Regestorum editione secutus, initio anni 799 synodum habitam esse censet; quos sequi videtur Abel-Simson Jahrb. II. 157 n. 2.

pag. 308 ad ann. 799 Apr. 25. Notitias ad mutilationem Leonis pertinentes collegit et investigavit Abel-Simson Jahrb. II. 583 sq.

pag. 300 ad ann. 799 Paderbornae excipitur. Mense Iulio hoc factum esse probat Abel-Simson Jahrb. II. 179, cf. etiam ibid. p. 186 n. 1.

n. **2502.** Finke Westfäl. Urkundenb. V. 2, cf. etiam Diekamp Westfäl. Urkundenb. Suppl. p. 17 n. 122. — „Piae tuae intentioni".

pag. 310 ad ann. 800 Dec. 23 Synodus. Iuramentum Leonis ap. Pflugk-Harttung Acta II. 26. Cf. Abel-Simson Jahrb. II. 229.

n. **2504.** Pflugk-Harttung Acta II. 26. „Zacharias diaconus regionarius et sanctae atque apost. R. E. bibliothecarius scripsi, recognovi et subscripsi". De fide bullae paulum aliter ac Mühlbacher l. l. censere videtur Abel-Simson Jahrb. II. 226 n. 4. — „Apostolicae dignitatis discretioni".

pag. 312 ad ann. 805 Aquisgrani. Abel-Simson Jahrb. II. 319 hanc consecrationem fictam esse putat; cf. etiam Notitias fictas de ecclesiis in Hambach cet. dedicatis, infra in Supplemento ad a. 805.

pag. 312 ad ann. 805 Coloniae. Huic narrationi fidem abiudicandam esse, monet Abel-Simson Jahrb. II. 320 n. 2.

n. **2515.** Cf. ea, quae annotat Abel-Simson Jahrb. II. 376 n. 6.

n. **2526.** Nunc vero de epistolae fide ipse Simson aliter censet, Abel-Simson Jahrb. II. 523 not. 5.

n. **2539.** Analecta iuris pontificii XX. 132.

n. **2541.** In linea 1 post „confirmat" adde verba: „sicut et fecit privilegio suo piissimus imperator Carolus magnus".

Stephanus IV. 816—817.

pag. 316 ad ann. 816 lin. 8. Hoc de electione pontificis Romani decretum omnino Stephano IV. abiudicandum esse, probant Bayet in Revue histor. XXIV. 75 et uberius Weiland in Zeitschr. f. Kirchenr. XIX. 85 sq. Cf. infra notam ad ann. 898, ubi eius sententiam fusius exposuimus.

pag. 317 ad ann. 816 lin. 13. De Stephani legatis ad Ludovicum imperatorem cf. Abel-Simson Jahrb. II. 245 n. 2.

Paschalis I. 817—824.

n. **2551.** Autographi descriptionem praebet Bresslau in Mitth. d. Inst. f. österr. Gesch. IX. 7.

pag. 320 ad ann. 824 Moritur. Die 1. Iun. 824 mortuum esse Paschalem, ex initiis Eugenii II. probare conatur Langen Gesch. d. röm. Kirche II. 809.

Eugenius I. 824—827.

pag. 320 ad ann. 824 Consecratur. Die 5. Iunii, qui fuit dies dominicus, consecratum esse Eugenium, probabile videtur Langenio Gesch. d. röm. Kirche II. 809.

pag. 321 ad ann. 826 Concilium. Adde: Deusdedit L. I. c. 122 et 124, L. III c. 19 et 49, (Dele c. 129).

n. **2565.** Ordines iudic. Dei A. 17 in MG. Formul. Merov. p. 618. Zeumer l. l. p. 601 ordinem hunc ab Eugenio II. dictatum et in Galliam missum esse negat. Cf. etiam Sdralek Hinkm. v. Reims kan. Gutach. über die Ehescheidung Lothars II. 1881, p. 48 n. 2.

Gregorius IV. 827—844.

pag. 323 ad ann. 827 Consecratur. Lineae 3 et 4 delendae sunt; et Jaffé et Ewald verba Libri pontificalis male interpretati sunt; vide Bayet in Revue histor. XXIV. 81 n. 4.

n. **2579.** De spuria hac bulla cf. etiam Langen Gesch. d. röm. Kirche II. 820 et Simson Die Entstehung der pseudoisid. Fälsch. in Le Mans p. 18 sq.

pag. 326 ad ann. 834 Iul. 1. Cf. ea quae infra in Supplemento de Hittonis itinere dicimus.

n. **2582.** Nec Hinschius nec Dove eam repudiant. Ewaldus noster in errorem incidit confundens hanc epistolam cum ep. 2759, ut recte annotat Simson Die Entstehung der pseudoisid. Fälsch. in Le Mans p. 45 not.

Sergius II. 844—847.

n. **2587.** Pflugk-Harttung Acta II. 27. „Script. p. m. Gaudiosus protoscrinius S. R. E.; (Dat. p. m.) .... et regni (lege: regionarii) et bibliothecarii S. R. E." Prima bullae verba ita supplenda videntur: „Petentium desideriis ita nos convenit impertire assensum" cet.

n. **2595.** Edidi in Neues Archiv XI. 371.

pag. 329 ad ann. 847 Moritur. Epitaphium Sergii, quod inventum fuit „in altari b. Xysti, quod est ante ecclesiam S. Martini in introitu basilicae b. Petri iusta ferratam", denuo edidit Dümmler in MG. Poetae lat. aevi Karol. II. 663.

Leo IV. 847—855.

n. **2599.** Rectius, ut videtur, probat Schrörs Hinkmar v. Reims, Freiburg 1884, p. 117 hanc epistolam anno 848, fortasse auctumno, scriptam esse. — Gesta Conwoionis abbatis II. c. 10 nunc edita sunt in MG. SS. XV. 457.

n. **2601.** Raginbertum presbyterum, de quo in Vita Anskarii legitur, Ewaldus eundem esse ac Raginbertum in pluribus epistolis Coll. Britannicae memoratum putavit; aliter vero censet Dümmler Ostfr. Gesch. 2. Aufl. II. 124 n. 3.

n. **2604.** Cf. notam ad 2601.

n. **2607. 2608. 2633. 2640.** Quae in Coll. Brittannica exstant, harum epistolarum fidem „ex rationibus intrinsecis" addubitat Scherer in Liter. Rundschau f. d. kath. Deutschl. 1885, p. 235. Cui assentire nequaquam possum. — De tempore epp. 2607 et 2608 paululum aliter ac Ewald censet Schrörs Hinkmar von Reims p. 58, qui finem anni 850 praeferre videtur.

n. **2608.** Cf. notam, quae praecedit.

n. **2610.** Cf. de Raginberto supra notam ad 2601. — Langen Gesch. d. röm. Kirche II. 832 putat, hanc epistolam 2610 arcte cohaerere cum ep. 2602.

n. **2611.** Loewenfeld Epistolae p. 21.

n. **2614.** Si certum esset, Fulcricum fuisse praesentis latorem, epistolam annis 852—853 ascribendam esse contendit Schrörs Hinkmar von Reims p. 59.

n. **2618.** Cf. etiam Schrörs Hinkmar v. Reims p. 54 n. 15; idem p. 60 n. 45 putat hanc epistolam post ep. 2619 ponendam esse. Contra Schrörs vero Langen Gesch. d. röm. Kirche II. 840.

n. **2619.** Cf. ea quae annotat Schrörs Hinkmar v. Reims p. 60, cui aut annus 852 aut a. 853 ante m. April. probabilis videtur.

n. **2633.** Cf. supra notam ad. ep. 2607.

pag. 336 ad ann. 853 Dec. 8 Concilium. Adde in lin. 7: Deusdedit Coll. can. L. I. c. 122—124, et L. III. c. 19 et 49.

n. **2637.** Loewenfeld Epistolae p. 22.

n. **2640.** Cf. supra notam ad 2607.

n. **2649.** Loewenfeld Epistolae p. 22.

n. **2651.** Loewenfeld Epistolae p. 22.

Benedictus III. 855—858.

pag. 340 ad ann. 855 Synodus. Canones editi in MG. LL. I. 439 non ad hanc synodum pertinent. Eos esse promulgatos ab Hattone, abbate Reichenauensi, iam annotavit Richter-Dove K.R. 7. Aufl. p. 50 n. 5 idque confirmavit Boretius Die Capitularien im Langobardenreiche p. 191 n. 8.

n. **2669.** lin. 2 dele vocem „eos" et punctum post „iubet"; sensus enim hic est: Litteris ad archiepiscopos . . . ., Romam . . . venire . . . iubet . . . Hubertum clericum, cet.

Nicolaus I. 858—867.

Apud scriptorem Zachariam corrige: 2759 (pro 2758).

n. **2677.** Allodi e Levi Il Regesto Sublac. p 50 ad 20. Aug. 867. — „Cum pie desiderium".

n. **2678.** Allodi e Levi Il Regesto Sublac. p. 13 ad ann. 858—867.

pag. 345 ad ann. 862 lin. 5 ad can. 6. Nicolaus I., Stephani papae decretum de electione Romani pontificis citans, non de Stephano IV., sed huius nominis III. loquitur, qui in concilio anni 769 de eadem re statuerat, supra p. 285, ut probat Weiland in Zeitschr. f. Kirchenr. XIX. 87. Cf. etiam Bayet in Revue histor. XXIV. 57.

n. **2707.** Pflugk-Harttung Acta II. 32 n. 61.

n. **2713.** De tempore cf. Schrörs Hinkmar v. Reims p. 246.

n. **2720. 2721. 2722. 2723.** Harum epistolarum ordo in totum invertatur; ita ut prima ponenda sit 2723, secunda 2722, tertia 2721, ultima 2720. Cf. Schrörs Hinkmar v. Reims p. 249 n. 49 et p. 251.

n. **2723.** De eius tempore vide notam, quae praecedit. Ex hac epistola sumpta sunt fragmenta Coll. Taurin. ap. Pflugk-Harttung Acta II. 28 n. 57: „Lege imperatorum", „Imperiali iudicio".

n. **2725.** Anno 863 ineunte scriptam esse epistolam hanc, contra Hefele et Dümmler l. l. putat Schrörs Hinkmar von Reims p. 570 n. 2.

n. **2731. 2732.** Has epistolas paulo post Aprilem scriptas esse, ex eo colligit Schrörs Hinkmar von Reims p. 571 n. 67, quod earum lator Odo circa finem illius mensis Romam venerit.

n. **2737—2740.** Ineunte mense Octobri scriptas esse epistolas, censet Schrörs Hinkmar von Reims p. 253. — Quod ad ep. 2740 pertinet, cf. praeterea notam sequentem.

n. **2740.** De tempore vide notam, quae praecedit. — Huius epistolae iam deperditae fragmenta exstant in Hincmari Opp. II. 247. 249. 259 et praesertim p. 250, ubi sic legimus: „Fortasse cognoscet (Rothadus episcopus Suessionensis) delictum suum et sua sponte in iudicio, quo iudicatus est, perseverare deliget". Cf. etiam Schrörs Hinkmar v. Reims p. 253. — „Fortasse cognoscet

n. **2750.** Pflugk-Harttung Acta II. 28.

n. **2783. 2784.** Vide notam ad 2786.

n. **2785.** Fragmenta epistolae exstant in Collectione Brittanica Varia II. c. 130 in Neues Archiv V. 591.

n. **2786.** Epistolam hanc, itemque epp. 2783 et 2784 non iam mense Ianuario, ut putat Ewald, sed duos circiter menses postea scriptas esse, censet Schrörs Hinkmar von Reims p. 262. Sed quod profert argumentum non satis validum videtur; etenim temporis significationes in epistolis Nicolai papae et Rothadi episcopi summatim, neque vero nominatim descriptae sunt.

n. **2788.** Cf. Mühlbacher Reg. der Karol. 1271a.

n. **2796.** Huius epistolae duae sententiae (Mansi XV. 206. 207, Migne 119 p. 950. 592) exstant Bonifatio papae ascriptae in Coll. Taurin. ap. Pflugk-Harttung Acta II. 8 n. 26. — „Nicaeni synodi instituta", „Per principalem beatorum".

n. **2804.** Pflugk-Harttung Acta II. 30.

n. **2806.** Cf. ea quae annotat Duchesne Lib. pont. I. 381 n. 48.

n. **2812.** Ex hac epistola sumptum est fragmentum Coll. Taurin. ap. Pflugk-Harttung Acta II. 33 n. 67: „Solus secundum leges", quod etiam legitur in Ivonis Panorm. VI. 107, Decr. VIII. 17, Gratiani Decr. C. XXVII. q. 2. c. 2 cum initio „Sufficiat solus secundum".

n. **2823.** Adde initium ex Coll. Taurin. ap. Pflugk-Harttung Acta II. 33 n. 64: „Mala consuetudo".

n. **2849.** Canon 2 etiam in Coll. Taurin. ap. Pflugk-Harttung Acta II. 32 n. 62: „Si mulier filium".

n. **2855.** Loewenfeld Epistolae p. 23.

n. **2858.** Pflugk-Harttung Acta II. 30 ad ann. 863—864. „Scriptum p. m. Leonis notarii sacri palatii. Data per Gualpertum Portuensem episcopum".

n. **2884.** Ex hac epistola sumptum est fragmentum Collect. Taurinensis ad Carolum imperatorem, ap. Pflugk-Harttung Acta II. 32 n. 63. — „Accusatores autem".

Hadrianus II. 867—872.

n. **2901.** Non iam mense Februario, sed paulo post scripta videtur haec epistola; vide Mühlbacher Reg. der Karol. n. 1282.

n. **2914.** Ex modo, quo Jaffé (et post eum Ewald) verba „filium meum" imprimenda curaverint, colligit Philipps Kirchenrecht VI. 709 not., eos putasse Marinum esse filium naturalem Hadriani papae; sed, sicut Hadrianus duos episcopos „fratres meos" appellaverit, ita etiam Marinum „filium meum" appellari existimat.

pag. 371 ad ann. 869 Iul. 1. Alteram orationis partem, quam edidit Maassenius, aliena manu additam esse probant Lapôtre l. l. et Schrörs Hinkmar von Reims p. 345 not.; quos sequitur Mühlbacher Reg. der Karol. n. 1288c. Aliter vero censet Dümmler Ostfränk. Gesch. 2. Aufl. II. 238 et 239 not.

pag. 371 ad ann. 869 Iul. 11. Annales Ottenburanos hanc notitiam ex Annalibus Hildesheimensibus 869 in MG. SS. III. 48 sumpsisse, mecum communicat Mühlbacher; vide eiusdem Reg. d. Karol. n. 1289a.

n. **2939.** Hoc regestum delendum est. Dümmler ipse in Ostfränk. Gesch. 2. Aufl. II. 329 narrationem suam ad has res pertinentem mutavit. Lis enim, de qua agitur, in annum 868 incidit, et epistola papae ad Carolum Calvum non deperdita est, sed supra exstat n. 2911.

n. **2945.** Cf. ea quae de hac epistola exponit Schrörs Hinkmar von Reims p. 344.

Iohannes VIII. 872—882.

Apud scriptorem Benedictum not. reg. et scriniarium corrige 3033 (ex 3022).

n. **2954.** Loewenfeld Epistolae p. 24.
n. **2958.** Ibidem p. 25.
n. **2961.** Ibidem p. 26.
n. **2965.** Ibidem p. 27.
n. **2981.** Ibidem p. 27.
n. **2983.** Ibidem p. 28.
n. **2984.** Ibidem p. 28.
n. **2985.** Ibidem p. 29.
n. **2992.** Ibidem p. 30.

n. **3000.** Ewaldus in explicanda hac epistola erravit. Agitur enim de filiis Ludovicii Germanici, neque vero de progenie Ludovici Pii. Prima igitur linea ita corrigenda est: Ludovicum (iuniorem) et Carolum (Crassum) filios Ludovici (Germanici) admonet cet; et in linea 4 lege: Ludovicus (Germanicus).

n. **3001.** Loewenfeld Epistolae p. 30.
n. **3002.** Ibidem p. 31.
n. **3005.** Ibidem p. 32.

n. **3006.** In linea 2 legendum esse: Carolum Calvum, monet Mühlbacher Reg. d. Karol. n. 1470a et 1546a.

n. **3008.** Cf. ea quae de Iohannis expeditione in Saracenos narrat Iohannes Diac. in Vita Greg. IV. c. 97 ap. Mabillon Acta SS. O. B. I. 495, in Greg. Opp. ed. Maur. IV. 185.

n. **3009.** Loewenfeld Epistolae p. 33.
n. **3010.** Ibidem p. 33.
n. **3011.** Adde prima verba ex Coll. Taurinensi l. l. — „Antiqua contuetudo“.
n. **3016.** Loewenfeld Epistolae p. 34.

n. **3019.** Carolo Calvo inscribendam esse epistolam, notat Mühlbacher Reg. d. Karol. n. 1470a et 1546a.

n. **3029.** Cum Ewaldus hoc fragmentum, Gregorio I. in Coll. Taurin. adscriptum, Iohanni VIII. vindicare studeret, natura illius Collectionis viris doctis nondum satis nota erat. Nunc vero novimus eam ab inepto quodam canonum collectore compositam esse. Fides igitur fragmenti nostri minime constat.

n. **3049.** Schrörs Hinkmar von Reims p. 423, Jafféum in prima Regestorum editione secutus, hanc epistolam mensi Octobri adiungit.

n. **3053.** Bullam falsam esse probavit Delisle. Cf. Bulletin histor. et philolog. 1885 p. 158 n. 1.

n. **3083.** Schrörs Hinkmar von Reims p. 423 hanc epistolam eodem tempore cum ep. 3049 scriptam esse censet, in qua verba: „congruas litteras his, quorum interest, . . . direximus“ ad Frotardum pertineant. Cf. etiam supra notam ad 3049.

n. **3104.** Analecta iuris pontificii XX. 134.

pag. 394 Concilium. Scherer in Lit. Rundschau f. d. kath. Deutschl. 1885 p. 236 Holstenii Collect. Roman. bipartitam citari iubet. Textus apud Mansium et Holstenium contuli, sed nec novum aliquod nec melius apud hunc inveni.

n. **3139.** Atti della soc. Ligure di stor. patr. II. I. 12.

n. **3152.** Schrörs Hinkmar von Reims p. 372 hanc epistolam anno 877 c. mens. Sept. ascribit.

n. **3175.** Edidi in Neues Archiv XI. 373.

n. **3197.** lin. 2 sic scribe: „si inculpabiles post peractam poenitentiam reperti fuerint“.

pag. 410 ad ann. 878 Aug. in. Ravennae. Hoc tempore Carolum cum papa convenisse, certe falsum est, cum regem die 26. Octobr. Italiam intrasse probaverit Mühlbacher Reg. d. Karol. n. 1546d. Hic congressus pertinet ad primos Ianuarii dies anni 880; Mühlbacher n. 1549a (Epistola vero 3288, quam evocat Jaffé-Ewald, in ann. 880 redigenda est).

n. **3288.** Hanc epistolam, quam Jaffé-Ewald secundum Registri ordinem anno 879 med. ascripserat, anno 880 ineunti tribuit Dümmler l. l.; cuius opinionem, omni dubitatione remota, probavit Mühlbacher Reg. d. Karol. 1549a. Cf. etiam Kohl in Richters Annal. d. fränk. R. im Zeitalter der Karol. p. 460.

n. **3289.** Certe haec epistola anno 880, probabiliter mensi Maio vel Iunio tribuenda est; vide Mühlbacher Reg. d. Karol. 1560a.

n. **3314.** Non recte dici in linea 2 Carolum in Italiam „reversum“, animadvertit Mühlbacher Reg. d. Karol. n. 1546d. Corrige igitur: In Italiam cum introisset, eum litteras cet.

n. **3337.** Notandum est, diploma Ludovici hic citatum spurium esse; vide Mühlbacher Reg. d. Karol. n. 1566a.

n. **3363.** Vide infra in Supplemento n. 3363α.

pag. 420 ad ann. 882 Febr. 13—15. Diplomata Caroli Crassi ibi memorata ap. Mühlbacher n. 1585—1591.

n. **3380.** Circa finem mensis Martii scripta est epistola; vide Mühlbacher Reg. d. Karol. n. 1592a.

pag. 422 ad ann. 882 Moritur. Epitaphium etiam ap. Sarti et Settele p. 136.

Marinus I. 882—884.

n. **3387.** Vide Mühlbacher Reg. d. Karol. n. 1620.

n. **14394.** Haigneré Les chartes de St.-Bertin I. 139 n. 315. — „Cum ecclesiam tuam".

n. **14395.** Pertinet ad 28. Mai. Haigneré Les chartes de St.-Bertin I. 141: „V Kal. Iun." — „Significantibus dilectis filiis".

n. **14396.** Fragm. ap. Haigneré Les chartes de St.-Bertin I. 140 n. 316. — „Causam quae inter dilectos".

n. **14397.** Regestum sic muta: Episcopo Morinensi mandat, ut si requisitus fuerit, ecclesiam in siccata palude ab abbate S. Bertini Sithiensi constructam dedicet et presbytero ab illo praesentato committat. Haigneré Les chartes de St.-Bertin I. 139. — „Dilectus filius noster".

n. **14398.** Cf. Haigneré Les chartes de St.-Bertin I. 140. — Uncis inclusum adde numerum veterem: 9356.

n. **14405.** Cristofori Le tombe dei papi in Viterbo p. 372. (Debeo Winkelmanno.)

Victor IV. (Octavianus) antipapa 1159—1164.

n. **14465.** Finke Westfäl. Urkundenb. V. 45 n. 122.

n. **14466.** Ibidem V. 45 n. 123.

pag. 424 ad ann. 1162 Aug. 29. De hoc nocturno itinere cf. ea, quae disseruit Michael Die Formen des unmittelb. Verkehrs zw. d. deutschen Kaisern u. souver. Fürsten p. 29 sq.

Lucius III. 1181—1185.

In lemmate haec muta:

diac. card. S. Georgii ad velum aureum . . . Rainerius . . . . ad 7. Dec. 1182.

n. **14511.** Naberat Sommaire des privil. de l'ordre de St.-Jean p. 35.

n. **14520.** Cf. Finke Westfäl. Urkundenb. V. 50 n. 132.

n. **14521.** Haigneré Les chartes de St.-Bertin I. 142.

n. **14598.** Finke Westfäl. Urkundenb. V. 50 n. 133.

n. **14600.** Ibidem V. 51 n. 134.

n. **14601.** Finke Westfäl. Urkundenb. V. 51 n. 135.
n. **14644.** Cf. infra in Supplemento n. 15160α.
n. **14645.** Vetus Regestorum numerus erat: 9482 (non 9483).
n. **14761.** Integra legitur ap. Ferreira Mem. dos Templarios I. n. 791. — „Audivimus et audientes“.
n. **14790.** Vide Finke Westfäl. Urkundenb. V. 54 n. 140.
n. **14805.** Douais Cartul. de St.-Sernin de Toulouse p. 455.
n. **14846.** Finke Westfäl. Urkundenb. V. 55.
n. **14847.** Ibidem V. 54 n. 141.
n. **14852.** Lespinasse Cartul. de la Charité-sur-Loire p. 6.
n. **14989.** Fragmentum ap. Desimoni Regesti p. 110.
n. **14996.** Finke Westfäl. Urkundenb. V. 57.
n. **15020.** Haigneré Les chartes de St.-Bertin I. 146 n. 329.
n. **15031.** Agitur de monasterio Petricellensi apud Friburgum.
n. **15085.** Lespinasse Cartul. de la Charité-sur-Loire p. 7.
n. **15104.** Hanc bullam, cuius textus valde differt a. 15104α, a Falkio ex bullis Hadriani IV. et Victoris IV. antipapae conflatam esse, putat Finke in Westfäl. Urkundenb. V. 59 not.
n. **15119.** Cf. etiam Sauer Nassauisches Urkundenb. I. 205 n. 279.
n. **15134.** Tromby Stor. Cartus. IV. app. p. 159.
n. **15136.** Regest. in Naberat Sommaire des privil. de l'ordre de St-Jean p. 35.
n. **15139.** Regestum ibidem p. 36.
n. **15140.** Regestum ibidem p. 36. Huius privilegii clausula est: „Dat. Anagniae XV Kal. Ian.“, ideoque ad 18. Dec. 1183 transponendum. Alia eius apographa cum eadem clausula exstant in tabularii Maltensis Bullario rubeo fol. 103ᵇ et 114ᵇ et in bibl. publ. Lucensis ms. 988 fol. 81 et 105. Hoc me docet Delaville le Roulx.
n. **15144.** Tromby Stor. Cartus. IV. app. p. 160.
n. **15145.** Varias lectiones praebet Haigneré Les chartes de St.-Bertin I. 147.
n. **15151.** Ed. Howlett in Chronicles of Stephen, Henry and Richard T. I. 245.
n. **15158.** Adde inclusum uncis numerum Regestorum veterem: 9654.
n. **15159.** Atti della Soc. Ligure di stor. patria XVII. (1885) p. 654.
n. **15306.** Vetus numerus est 9418 (non 9415).
n. **15351.** Regest. in Naberat Sommaire des privil. de l'ordre de St.-Jean p. 36.
n. **15373.** Pertinet ad Febr. 28. Regestum sic muta: Sententiam intra fratres Tennebacenses et S. Georgii (in Nigra silva) super praedio Roggenbach latam a (Conrado) abbate Lucellensi et E. Argentinensis ecclesiae custode in favorem illorum confirmat. (Dat. „II Kal. Mart.“) Baumann Fürstenberg. Urkundenb. V. 75.
n. **15391.** Gilbert Chartul. of St. Mary's Abbey II. 105.
n. **15418.** Hasse Schleswig-Holst.-Lauenb. Reg. p. 77.

Urbanus III. 1185—1187.

In lemmate haec muta:
presb. card. tit. XII apostolorum . . . . . . Pandulfus . . . . ad 19. Iul. 1187.
diac. card. S. Mariae in porticu . . . . Rolandus . . . . ad 19. Iul. 1187.

n. **15529.** Integrum textum praebet Desimoni Regesti p. 112.
n. **15534.** Cum Scheffer-Boichorst et Toeche hanc epistolam, a Jafféo anno 1187 ascriptam, a. 1186 inseruimus. Nunc vero eam in priorem locum reponimus, cum a. 1187 eam scriptam esse, argumentis haud levibus probet Rosbach Die Politik der Trierer Erzbisch. vom Ausgang Friedr. I. bis zum Ende des Interregnums, I. Theil: Der Trierer Wahlstr. v. 1183 (Progr. des Bonner Gymnasiums 1883), p. 17.
n. **15542.** Vir ill. Leopoldus Delisle mihi scribit, sese mense Dec. anni praeteriti pro bibliotheca nat. Parisina acquisivisse collectionem manuscriptorum codicum dom. Desnoyers, quae continet autographum bullae 15542. Ex eo apparet, notas temporis in copia Coll. Moreau, qua in formando regesto usi sumus, falsas esse; recta vero clausula haec est: „Dat. Veronae per manum Transmundi S. R. E. notarii, IIII. non. Marc., ind. IIII., inc. dom. anno MCLXXXV., pontif. vero domni Urbani papae III anno I.“
n. **15544.** Anno 1186, non ann. 1186—87 ascripsi, propter privilegium maius 15551.
n. **15602.** Uncis inclusum adde numerum veterem: 9862.
n. **15722.** Data est Veronae; edita in Jahrbücher d. Vereins f. Alterthumsfr. im Rheinlande, Bonn 1884, Heft 77 p. 207. — „Ure clage uns angebraicht“.
n. **15757.** Edidit Stehle Ueber ein Hildesheimer Formelbuch, Diss. Argentorat. 1878, p. 23, cf. ibidem p. 39.
n. **15833.** Prima verba muta: „Cum felicis memoriae“.
n. **15855.** Exstat in Annales du comité Flamand de France VIII. 329, ut testatur Haigneré Les chartes de St.-Bertin I. 154 n. 351.
n. **15866.** Pertinet ad annum 1187; per errorem in ann. 1186—87 posui. Ceterum haec bulla, data „III Kal. Iun.“, fortasse eadem est ac 15979, quae in editionibus habet: „XI Kal. Iun.“
n. **15896.** Desimoni Regesti p. 114.
n. **15933.** Integrum textum, sed depravatum praebet Lespinasse Cartul. de la Charité-sur-Loire p. 210. — „Iustis petentium desideriis.“
n. **15979.** Vide supra notam ad 15866.
n. **15995.** Integrum textum praebet Desimoni Regesti p. 117.

Gregorius VIII. 1187.

n. **16013.** Reusneri Epist. Turc. p. 44: „Cal. Nov.“
n. **16019.** Ed. Howlett in Chron. of Stephen, Henry II. and Richard T. I. 267.
n. **16088.** Edidit Stehle Ueber ein Hildesheimer Formelbuch, Diss. Argentorat. 1878, p. 30, cf. ibidem p. 38.

Clemens III. 1187—1191.

n. **16101 a.** Cf. Finke Westfäl. Urkundenb. V. 61 n. 149.
n. **16107.** Integrum textum praebet Desimoni Regesti p. 119.
n. **16227.** Hasse Schleswig-Holst.-Lauenb. Reg. p. 81.
n. **16252.** Desimoni Regesti p. 123
n. **16325.** Hasse Schleswig-Holst.-Lauenb. Reg. p. 83.
n. **16328.** Hasse Schleswig-Holst.-Lauenb. Reg. p. 83.
n. **16371.** Fragmenta apud Haigneré Les chartes de St.-Bertin I. 158.
n. **16373.** Adde †. Etiam ap. Zetzner Epistolae regum cet. p. 127. Fictam esse hanc epistolam „monet comes Riant in Archives de l'Orient latin I. 126.
n. **16380.** lin. 4 lege „patri" pro „primi", cf. Finke Westfäl. Urkundenb. V. 62 n. 151.
n. **16651.** Haigneré Les chartes de St.-Bertin I. 165.
n. **16669.** Desimoni Regesti p. 127.

Coelestinus III. 1191—1198.

n. **16790.** Cum regestum omnino mutandum et in aliud tempus redigendum sit epistolaque cum aliis nuperrime editis cohaereat, in Supplemento eam repetimus sub n. 16938β (1192 Dec. 23).
n. **16805.** Regestum sic muta: A Bonifacio archiepiscopo Ianuensi factam inter abbatem S. Syri et nobilem virum Obertum Spinulam compositionem super ecclesia quadam repetit et confirmat. Integer textus ap. Desimoni Regesti p. 125, cuius argumenta ad revindicandam bullam Clementi III. haud satis valida videntur. (Bulla non est eadem ac 16815.)
n. **16890.** Cf. Finke Westfäl. Urkundenb. V. 62 n. 153.
n. **16891.** Bullam corruptam, neque vero falsam iudicandam esse, censet Finke Westfäl. Urkundenb. V. 63, ubi textus repetitur.
n. **16921.** Lespinasse Cartul. de la Charité-sur-Loire p. 32: „pont. a. II."
n. **16938.** Cum regestum omnino mutandum sit et epistola cohaereat cum aliis epistolis nuperrime editis, in Supplemento id repetimus sub eodem numero (1192 Dec. 23).
n. **16955.** pro S. Stephano Ianuensi. Desimoni Regesti p. 82 n. 287.
n. **17195.** Hasse Schleswig-Holst.-Lauenb. Reg. p. 98.
n. **17231.** Cf. Finke Westfäl. Urkundenb. V. 66 n. 160. — „Cum ecclesia Romana".
n. **17501.** Ibidem V. 70 n. 162.
n. **17503.** Ibidem V. 67.
n. **17510.** Sauer Nassauisches Urkundenb. I. 222.
n. **17570.** Finke Westfäl. Urkundenb. V. 71 n. 165.

SUPPLEMENTUM REGESTORUM.

S. VICTOR I. 189—c. 199.

189—c. 199.

†78α Carino, episcopo Ianuensi, declarat, nullum coniugium sola verborum attestatione scindi debere, nisi forte propinquitas sit omnibus nota patenter. His vero, qui parentelam proponant et iurare non possint vel nolint, competens ponatur poenitentia. Cod. Taurinensis E. V. 44 (Coll. Taurin.) apud Pflugk-Harttung Acta II. 1. n. 3, cf. Reg. 5388, ex quo conficta videtur. — „Duo ad minus ex".

†78β Quando quomodoque episcopus deiectus restituatur, exponit. (Praecedunt sub eodem rubro sententiae duae sumptae e Regg. 74 et 68; vide Add. et Corrig.) Coll. Taurin. ap. Pflugk-Harttung Acta II. 2. n. 4. — „Interea scitote, quia aliud".

S. ZEPHYRINUS. c. 199—217.

c. 199—217.

†81α Monet, ut in re dubia certa non detur sententia. Et causarum et personarum simul obiurgantium qualitas diligenter observetur. Pro suspectis divinis experimentis aquae vel ferri dudum inventis omnino credatur. (Sententia prima est ex Pseudo-Isidoro Reg. 80 c. IV. ap. Hinschius Ps.-Is. p. 131.) Coll. Taurin. ap. Pflugk-Harttung Acta II. 2. n. 5. — „Quoniam in re dubia".

S. CALLISTUS I. 217—222.

217—222.

†86α Vetat, ne ullus sacrati ordinis ad saeculare pergat iudicium, nisi forte ut pauperibus succurrat aut iudices admoneat; inferiores autem in propria causa cum licentia episcopi et cum advocato ad illud pergant. Coll. Taurin. ap. Pflugk-Harttung Acta II. 2. n. 6. — „Nullus sacrati ordinis".

S. URBANUS I. 222—230.

222—230.

†87α Affirmat, Romano Pontifici semper licuisse, novas condere leges, solummodo autem in rebus, in quibus nec Dominus, nec eius apostoli, nec eos sequentes sancti patres sententialiter aliquid definiverint. Gratiani decr. C. XXV. qu. 1. c. 6. — „Sunt quidem dicentes".

†87β Decernit, ut presbyteri non amplius quam unam ecclesiam habeant, eique sine episcoporum auctoritate quibuslibet ecclesiis nec constituantur nec expellantur. (Prima sententia est can. 7. synodi Romanae a. 1059 13. IV. vel can. 8. synodi Romanae a. 1063 IV; vide Regesta p. 559 et. n. 4501.) Coll. Taurin. ap. Pflugk-Harttung Acta II. 3. n. 8. — „Presbyter non amplius".

S. LUCIUS I. 253—254?

253—254?

†123 *α* Iubet, ut si quis percusserit presbyterum vel diaconum aut quodlibet malum eis intulerit, det eis pro pena auri libras decem. Coll. Taurin. ap. Pflugk-Harttung Acta II. 403. n. I. — „Si quis percusserit“.

S. STEPHANUS I. 254?—257.

254?—257.

†131 *α* Declarat, ecclesiasticam regulam, ut pastores nec accusentur nec reprehendantur, ideo datam esse, quia debeant illi irreprehensibiles esse. Coll. Taurin. ap. Pflugk-Harttung Acta II. 3. n. 10. — „Sicut distat lux“.

S. DIONYSIUS. 259—268.

259—268.

†139 *α* Sereno episcopo declarat, nullo alio teste opus esse, cum alter de sociis crimen pleniter expandat, quia ei, qui contra sese loquatur, fides nimirum habenda sit. Si causa iudiciali ordine comperta vel propria manifestatione detecta aut apertis indiciis deprehensa fuerit, iudex sententiam libere proferat. (Cf. Reg. 139 §. cap. IV. ap. Hinschius Ps-Is. p. 196.) Coll. Taurin. ap. Pflugk-Harttung Acta II. 4. n. 11. — „Cum alter de sociis“.

S. EUSEBIUS. 309.

309.

†162 *α* „Eusebii Romae episcopi“ commentarius in Genesis 3. 22 an Eusebio Emesino an Hippolyto Romano ascribendus sit, ambigit Caspari, qui eundem edidit in Theologisk Tidsskrift for den evang.-luth. Kirke i Norge. Ny Raekke V. (1877) p. 572. — „*Οὐ φθονῶν ὁ θεὸς*“.

S. MILTIADES. 310—314.

310—314.

†173 *α* Si quis spontanea voluntate homicidium perpetraverit, quomodo poenitentiam agat, exponit. Poenitentiale Vallicellianum III. ap. Schmitz Die Bussbücher u. die Bussdisciplin der Kirche p. 779. — „Si quis spontanea“.

S. SILVESTER I. 314—335.

314—335.

†180α „Statuit, sabbato ieiunandum et quintam feriam sicut dominicam observandam, sabbato die Dominum in sepulcro positum omnes eius discipuli ieiunasse." Wasserschleben Irische Kan. Lib. LXVI. c. 9. not. k. — „Sabbato ieiunandum".

†180β Disponit, de redditu sanctae ecclesiae quatuor partes fiant, prima pro ecclesiis relevandis, secunda pro clericis, tertia pro pauperibus quartaque pro advenis et peregrinis unacum pontifice. Presbyter, si neminem de sua generositate habeat consortem, conferat, antequam de hoc mundo migraverit, bona sua ecclesiae. Coll. Taurin. ap. Pflugk-Harttung Acta II. 5. n. 14. — „Commoneo vestrum consortis".

S. IULIUS I. 337—352.

337—352.

†206α Monet, ut, duobus vel tribus testibus testimonia dicentibus, consanguinei vel affines separentur. (Desumptum esse videtur e can. I. conc. Troiani a. 1093, vide Gratiani decr. C. XXXV. qu. 6. c. 3.) Coll. Taurin. ap. Pflugk-Harttung Acta II. 403. n. II. — „Duobus vel tribus testibus".

S. DAMASUS I. 366—384.

c. 375.

233α *Ad Paulinum, episcopum Antiochenum, epistolam mittit per Vitalem, de eiusdem receptione „voluntati suae et iudicio omnia derelinquens". Vide Epist. Damasi ad eundem Paulinum Reg. 235 ap. Coustant p. 508.

233β *Eidem „breviter" per Petronium indicat, se de Vitale „iam in articulo eiusdem profectionis" aliqua ex parte commotum esse. Vide Reg. 235 ap. Coustant p. 508.

c. 382.

238α *Acholium, episcopum Thessalonicensem, vicarium suum per Illyricam provinciam, ita ut nullus episcopus absque ipsius consensu ordinari possit, instituit. Vide Innocentii I. Regg. 285 et 300 ap. Coustant p. 740 et 816.

366—384.

†250α De quarta redditus parte ecclesiae, quae pauperibus unacum pontifice notata sit (vide supra Silvestri I. Reg. 180β), etiam monachos frui posse declarat. Coll. Taurin. ap. Pflugk-Harttung Acta II. 5. n. 15. — „De quarta notata".

†250β Docet, omnia, quae surdis auribus transeundo sedes apostolica manere permittat, ipso silentio comprobata esse. Coll. Taurin. ap. Pflugk-Harttung Acta II. 5. n. 16. — „Omnia, quae surdis".

S. SIRICIUS. 384—398.

384—398.

†270 *α* Iubet, ut contentiones de rebus ecclesiae ortae ad metropolitanum deducantur. Coll. Taurin. ap. Pflugk-Harttung Acta II. 6. n. 18. — „De rebus ecclesiae orta“.

†270 *β* Decernit, ut nulli sacerdoti vel diacono aut subdiacono liceat saeculares procurationes suscipere excepta episcopi iussione aut in pauperum favorem. Ut sacerdos, cui ex qualibet muliere suspicio nascatur, nullam cum ea habeat conversationem. Ut nulla ecclesia, ubi baptismus agatur, sine diacono reperiatur. Ut nullus clericus potestatem habeat, praedia ecclesiae alienandi vel pignorandi. (Fragmenta „ex canonica epistola“.) Coll. Taurin. ap. Pflugk-Harttung Acta II. 6. n. 20. — „Nulli sacerdoti vel diacono“, „Si cui sacerdoti“, „Nulla ecclesia ubi baptismum“, „Nullus presbyterorum, diaconorum“.

c. 398.

271 *α* *Africanis episcopis respondet, homines, etiam infantili aetate apud Donatistas baptizatos, in clerum promoveri minime posse. Vide Concilium Carthag. d. 16. m. Iunii a. 401 ap. Mansi III. 747; cf. Coustant p. 704. n. X.

398.

272 *α* *Flaviano, episcopo Antiocheno, litteras pacis transmittit. Vide Bonifatii I. Reg. 365 ap. Coustant p. 1043; cf. Theodoreti Hist. eccl. L. V. c. 8. et Sozomeni Hist. eccl. L. VIII. c. 3.

S. INNOCENTIUS I. 401?—417.

c. 404.

292 *α* *Episcopis Africanis exponit, ut „episcopi ad transmarina pergere facile non debeant“. Vide Concilium Carthag. d. 23. m. Augusti a. 405 ap. Mansi III. 799; cf. Coustant p. 922. n. X.

c. 414.

303 *α* *Sententiis ab episcopis Macedoniae in Bubalium et Taurianum episcopos latis consentit litteris per Maximinianum et Eumenem missis. Vide Innocentii I. Reg. 304 ap. Coustant p. 842; cf. ibid. p. 927. n. XXV.

401—417.

†320 *α* Poenitentibus, si nulla intervenerit aegritudo, V. feria ante Pascham remitti, consuetudinem Romanae ecclesiae esse, dicit; si vero quis in aegritudinem inciderit et usque ad desperationem devenerit, eidem ante Pascham esse relaxandum. Ordo poenitentiae ap. Schmitz Die Bussbücher u. die Bussdisciplin der Kirche p. 77. — „De poenitentibus, qui sive“.

†320 *β* Dicit: „cui manum porrigitis vobiscum porrigo, cui porrigo, mecum porrigite“. Coll. Taurin. ap. Pflugk-Harttung Acta II. 7. n. 22. — „Cui manum porrigitis“.

S. ZOSIMUS. 417—418.

417—418.

†338 *α* Decernit, ut quicunque interdicta despexerit, gradum, donec acquiescat, amittat. Coll. Taurin. ap. Pflugk-Harttung Acta II. 8. n. 24. — „Quicunque interdicta despexerit“.

418.

344 *α* *Ad litteras, quas ei clerici quidam „iniuriose“ miserunt, respondet. Vide Zosimi Reg. 345 ap. Coustant p. 980; cf. ibid. p. 1004. n. XIII.

S. BONIFATIUS I. 418—422.

418—422.

†361 *α* Declarat, illum, qui se subterfugere iudicium dilationibus putet, debere confiteri de omnibus sibi obiectis. (Ex „epistola ad episcopos Galliae“.) Coll. Taurin. ap. Pflugk-Harttung Acta II. 8. n. 25. — „Nullus dubitat, quod ita“.

422.

365 *α* *In causa inter Augustinum Ipponensem et Antonium Fussalensem episcopos vertente epistolam emittit. Vide S. Augustini epistolam ad Coelestinum I. ap. Coustant p. 1056, Opp. ed. Caillau XLI. 175 (Migne 33 p. 955).

S. LEO I. 440—461.

449.

436 *α* *Decernit, Eusebium, Dorylaeensem episcopum, in consessum episcoporum in Ephesina synodo intromitti debere. Vide Libellum Eusebii ad Leonem papam ap. Amelli S. Leone et l'Oriente (1882) p. 49. 50, ed. Mommsen in Neues Archiv XI. 366.

440—450.

446 *α* Petro, episcopo Ravennati, scribit, potestatem ligandi et solvendi, b. Petro a Domino traditam, ab ipso b. Clementi eiusque successoribus aeterno dono esse collatam. (Suspecta est epistola.) Coll. Taurin. ap. Pflugk-Harttung Acta II. 11. n. 29. — „Prius enim, quam beatus“.

451.

468 *α* *Lucentio episcopo et Basilio presbytero, legatis suis, nuntiat, se eorundem legationi Paschasinum (et Iulianum) episcopos ac Bonifatium presbyterum adiunxisse. Vide Leonis Reg. 474 in Leonis M. Opp. I. 1075.

457.

524 *α* *Asparem patricium de resistendo haereticorum insidiis monet. Vide Leonis Reg. 528 et 529 in Leonis M. Opp. I. 1315 et 1313.

529 *α* Leoni I. imperatori gratias agit, quod episcopos Aegyptios, Constantinopoli exulantes, humane susceperit. Vide Leonis Reg. 530 in Leonis M. Opp. I. 1316.

440—461.

550*α* *Cemelensem civitatem et Nicense castellum ab uno tantum episcopo regenda esse, decernit. Vide Hilari Reg. 562 ap. Thiel I. 154.

†551*α* Dicit, coniugium non dividi posse, si unus ita infirmetur, ut debitum persolvi non possit. (Praecedit qu. VI. Reg. 544 [Leonis M. Opp. I. 1423] cum glossa.) Coll. Taurin. ap. Pflugk-Harttung Acta II. 11. n. 31. — „Si ex coniugio quilibet".

S. HILARUS. 461—468.

461—468.

†568*α* Episcopis Narbonensis ecclesiae dicit, statuta patrum etiam per apostolicae sedis auctoritatem non mutari posse. Coll. Brit. Varia P. I. B. 11, Neues Archiv V. 573. — „Contra statuta patrum".

S. FELIX III. 483—492.

483—492.

†618*α* Non esse pro criminibus aliisque ambiguis causis imponendam sententiam, dicit, nisi aut iudiciali ordine publicentur aut manifestis indiciis deprehendantur. Coll. Taurin. ap. Pflugk-Harttung Acta II. 12. n. 32. — „Non est pro criminibus".

S. GELASIUS I. 492—496.

492—496.

†632*α* Anastasio imperatori de auctoritate sacra pontificum et regali potestate exponit. (Ex Gelasii Reg. 632 cap. II. ap. Thiel I. 350 conficta esse videtur epistola.) Coll. Taurin. ap. Pflugk-Harttung Acta II. 12. n. 33. — „Duo sunt, imperator".

†699*α* Iohanni „episcopo iudicanti Soronam" (Soranam?) declarat, tribus principaliter modis in publico vel canonico iudicio veritatem cognosci. Coll. Taurin. ap. Pflugk-Harttung Acta II. 12. n. 34. — „Carissime fili, cum quondam".

†699*β* Falsos prophetas vitandos esse demonstrat sacris scripturae sententiis. Coll. Taurin. ap. Pflugk-Harttung Acta II. 13. n. 36. — „Dominus per Ieremiam inquit".

S. SYMMACHUS. 498—514.

c. 505.

†757*α* Theodericum, Italiae regem, exposito rerum eventu rogat, ut Romam veniens perditorum hominum audaciam cohibeat. Zetzneri Epistolae regum, principum cet. (Argentinae 1593) p. 75; cf. Riant Archives de l'Orient latin I. 126. — „Posteaquam in".

S. HORMISDA. 514—523.

519.

†806 α Iustino imperatori Campanum episcopum aliosque suos legatos commendat. Nam Anastasii, praedecessoris eius, iniuria deterritus dubitavit, qua ratione cum illo ageret; nunc autem virtute amoreque imperatoris ac Theodorici regis testimonio commotus legatos destinat. Zetzneri Epistolae regem, principum cet. (Argentinae 1593) p. 76; cf. Riant Archives de l'Orient latin I. 126. — „Miseram iam pridem".

S. IOHANNES I. 523—526.

c. 525.

871 α *Bonifatio, primicerio notariorum, praecipit, ut, quota luna sit diei festi paschalis (anni 526) inquirat et rationem huius rei breviter intimet. Suggestio Bonifatii ap. Pitra Analecta novissima Spicilegii Solesmensis (1885) p. 466, (ubi perperam eadem ad Iohannem IV. directa esse dicitur); cf. Neues Archiv T. IX. (1884) p. 109.

S. FELIX IV. 526—530.

530.

Sept. (Romae) 879 α Episcopis et presbyteris, diaconis vel cuncto clero, senatui et populo declarat, hoc sibi aspirante Deo esse compertum, ut post suum discessum Bonifatius archidiaconus, episcopatus honore suscepto, Romanam gubernet ecclesiam. Quam voluntatem „et domnis et filiis suis regnantibus" se indicasse manuque sua recognosse affirmat. Amelli Scuola cattolica di Milano A. XI. (1883) Vol. XXI. Fasc. 122; Duchesne Mélanges d'archéologie et d'histoire III. Fasc. 3. p. 239 et in Libro Pontificali I. 282; Ewald Neues Archiv X. 413 et Mommsen ibid. XI. 367. (Cf. ibidem „decretum senatus amplissimi" Romani, quo decernitur, ut quicunque vivo papa de alterius ordinatione tractaverit vel quicquam acceperit tractantique consenserit, facultatis suae medietate, is vero, qui tam improbum ambitum habuisse fuerit convictus, bonis omnibus amissis exilio multetur.) — „De quiete vestra".

.. .. 879 β *Athalarico regi (et Iustino imperatori?) Bonifatium archidiaconum a sese in successorem designatum esse nuntiat. Vide praecedentem epistolam.

BONIFATIUS II. 530—532.

530—532.

†883 α Iura filiorum clericorum exponit. Coll. Taurin. ap. Pflugk-Harttung Acta II. 8. n. 27. — „De filiis laicorum".

IOHANNES II. 532—535.

533.

883 β *Athalarico regi mittit relationem, quomodo Romae quidam pro sola seditionis suspicione custodiae poena macerentur. Cassiodori Variae Lib. IX. c. 17. Opp. I. 149 (Migne 69 p. 782).

S. SILVERIUS. 536—537.

536.

†900 α Theodorae Augustae litteris, quibus Anthimi patriarchae restitutionem petierat, respondet, hominem illum haereticum graviori supplicio afficiendum se putare. Zetzneri Epistolae regum, principum cet. (Argentinae 1593) p. 79; cf. Riant Archives de l'Orient latin I. 126. (V. Reg. 900). — „Permolestae mihi".

VIGILIUS. 537—555.

537—555.

†937 α Dicit: „poenitentium reconciliatio fit non per illam manuum impositionem, quae per invocationem spiritus sancti operatur, sed per illam, qua dignus fructus poenitentiae acquiritur et quae sanctae communionis restitutionem perficit". Ordo poenitentiae ap. Schmitz Die Bussbücher u. die Bussdisciplin der Kirche p. 77. — „Poenitentium reconciliatio fit".

PELAGIUS I. 555—560.

555—556.

†973 α Iustinianum imperatorem, rebus omnibus Italicis perturbatis urbibusque ab istius ducibus captis, rogat, ut novas legiones ducesque in Italiam mittat. Zetzneri Epistolae regum, principum cet. (Argentinae 1593) p. 87; cf. Riant Archives de l'Orient latin I. 126. — „Tanta est".

†973 β Eleutherium episcopum monet, ut lites nec fucis verborum, nec calliditate sermonum sed benigno intellectu terminet. Coll. Taurin. ap. Pflugk-Harttung Acta II. 15. n. 41. — „Si lis, quod non optamus".

GREGORIUS I. 590—604.

595.

†1400 α Mauritio imperatori exponit, et legem ab eodem paullo ante latam libertati ecclesiae perniciosam (cf. reg. 1266) et Iohannis episcopi „universalis patriarchae" arrogantiam (cf. reg. 1357) se ab ineundo pontificatu deterruisse. Admonet, ut lex illa tollatur et Iohannis audacia puniatur. Zetzner Epistolae regum, principum cet. p. 89, Reusneri Epistolae Turcicae p. 1. De Zetzneri libro cf. Riant in Archives de l'Orient latin I. 126. — „Praefectus Romanae".

BONIFATIUS IV. 608—615.

608—615.

2002α *Tribus episcopis, qui Iohannem abbatem a Gisulfo duce (Foroiulano) episcopum Foroiuliensem institutum consecraverant, scribit, ut patriarchae Gradensi se „subiugent". Vide Chron. patriarch. Grad. in MG. SS. Rer. Langob. p. 394.

DEUSDEDIT. 615—618.

615—618.

†2004α Decretum de electione Romani pontificis „Quia sancta Romana", quod a Widone Osnabrugensi apud Jaffé Bibl. V. 336 Deusdedit papae ascribitur (ex cuius auctoritate ap. Migne 80 p. 361) ac ab Ivone Carnotensi aliisque Stephano papae tribuitur, a Iohanne IX. auctore profectum est. Weiland in Zeitschr. f. Kirchenr. XIX. 85 sq. — „Quia sancta Romana".

IOHANNES IV. 640—642.

641.

ante Oct. 2042α Constantino imperatori scribit, praecepisse se, „ut Pyrrhus Constantinopoleos patriarcha sacris canonibus obtemperaret, quos tunc violasset, cum flagitia illa (i. e. Heraclii errores) non solum propria confessione comprobaret, sed, quod peius esset, scriptis suis ac testimonio". Iubeat, „ut scriptum Chalcedonensi concilio adiectum et ipsi concilio sanaeque doctrinae contrarium, quod isti muro infixum et fidei volumini appensum proposuerint, removeatur et flammis tradatur". Miratur, „nullum hactenus a maiestate imperiali editum fuisse decretum adversus harum doctrinarum falsitatem. Optassem" inquit „insuper a pietate vestra illos protegi episcopos, qui nobiscum fratrem nostrum Paulum constituerunt". (Epistolam hanc, ab Ewaldo nostro, Duchesnio, Langenio, aliis neglectam, quasi ex mole Novae patrum Bibliothecae eruit Pitra Anal. nov. Spic. Solesm. I. 81, ut grato animo fateor. Inscriptio epistolae haec est: „Coronato orthodoxo imperatori Constantino Theodorus Romae patriarcha", ex quo levi correctura Mai fecit „Constanti" (II.), qui mense Oct. 641 Constantinum deiectum secutus est, idemque editor epistolam habere magnam argumenti similitudinem dicit cum epp. 2049. 2050; quod equidem probare nequeo. Res potius, quae in epistola narrantur, convenire videntur cum Constantino imperatore et Pyrrho a sede sua pulso, nondum vero sollempniter deposito. Suspicor exinde, mendum inesse in voce „Theodorus", pro quo Iohannes (IV.) legatur oportet. Ceterum epistola nonnisi in syriaca versione servata est, quam in linguam latinam transferendam curavit Maius.) Mai Nova patr. bibl. VI. 510. — „Quandoquidem Deus omnipotens".

641—642.

†2046α *Bonifatio primicerio notariorum mandat, ut „quota luna sit diei festi paschali inquirat et rationem rei huius breviter intimet". Epistola haec, cuius mentionem facit Exemplum Suggestionis ap. Pitra Anal. nov. Spic. Solesm. I. 466, pertinet ad Iohannem I. et supra suo loco notata est.

S. MARTINUS I. 649—653 (655).

649—653.

2072 *α* *Monasterio S. Columbani Bobiensi privilegium dat, in quo interdicit „episcopis vicinis vel procul ab ipso monasterio constitutis, ut nihil . . . praesumant contra haec, quae privilegia eorum et instituta decernant; ut episcopus, quem pater monasterii vel congregatio invitaverit ad celebranda sollemnia cet., accedat; ut nullus habeat potestatem episcopis (lege: episcopus) in rebus monasterii vel personis, nisi quod congregatio regulariter elegerit.“ (Privilegium eiusdem vel simillimi tenoris ac 2053 erat. Suspectum.) Vide Sicardi Cremon. tabulam ap. Ughelli It. sacr. IV. 936, cf. etiam Mirac. S. Columb. c. 23 in Mabillon Acta SS. O. B. II. 50.

2077 *α* Theodoro episcopo: „In omni loco archipresbyter et archidiaconus et primicerius repraesentant vicem pontificis in eius absentia“. (Cruce sit signandum necne, non est exploratum.) Ex Coll. Taur. ap. Pflugk-Harttung Iter p. 175, (in eius Actis ineditis non exstat). — „In omni loco“.

EUGENIUS I. 654—657.

654—657.

†2084 *α* Leontio exconsuli scribit, „omnem qui asserat, quamlibet causam se specialiter scire, nihilominus habendum esse inde pro teste, nisi forte pro manifestis infamiis possit ex aliena causa repelli“; cet. Coll. Taur. ap. Pflugk-Harttung Acta II. 20. — „Iohannes ait“.

VITALIANUS. 657—672.

665.

2089 *α* (Oswio, regi Saxonum Northanhumbrorum) scribit ita: „Numquam enim celebrare (licet) sanctum pascha, nisi secundum apostolicam et catholicam fidem, ut in toto celebratur orbe a Christiana plebe, id est secundnm apostolicam regulam CCCXVIII sanctorum patrum ac computum S. Cyrilli et Dionysii. Nam in toto terrarum orbe sic . . . ecclesia immaculata sanctum paschae resurrectionis diem celebrat. Nam Victoris sedes apostolica non adprobavit regulam paschae, ideo nec sequitur dispositionem eius pro pascha.“ (Fragmentum hoc ex ep. 2089, quam Beda haud integram in opus suum recepit, sumptum esse suspicatur Krusch in Neues Archiv l. l.; quod licet rectum videatur, tamen separatim id numero signare non dubitavimus.) Usserius Ep. Hib. Syll. ed. 1696. p. 21, Janus Hist. cycli Dionys. p. 35 (cum falsa inscriptione: „Scriptio primicerii notariorum ad Iohannem papam“), Neues Archiv IX. 158. — „Numquam enim celebrare“ „Numquam enim celebrant“.

657—672.

†2102 *α* Episcopatum Ferrariensem, consentiente Constantino imperatore, instituit, possessionibus et iuribus amplissimis ditat et Marinum episcopum ei praeficit. Ughelli It. sacr. II. 519. (Bullam ex diplomatibus saec. XII ecclesiae Ferrariensi concessis fabricatam esse circa annum 1200, annotat Ficker Forsch. z. R. u. Rechtsgesch. Ital. II. 318. n. 19, insimul monens, bullam licet falsam non parvi esse momenti ad cognoscenda imperii et ecclesiae iura in civitate Ferrariensi.) — „Exiit edictum Romanum“.

AGATHO. 678—681.

678. *(Imp. Constantino a. 25, p. cons. eius 9, sed et Heraclio atque Tiberio a. 21, ind. 5.)*

Mai. 15. 2105 *α* Monasterium SS. Petri et Pauli Dorovernense, „ab Aethelberto primo Christiano rege Anglorum fundatum", ex cuiusvis praeterquam Romanae ecclesiae ditione eximit et privilegia eius confirmat, petente Adriano abbate. (Fides bullae non satis constat.) Hist. mon. S. Aug. Cant. p. 246, Haddan and Stubbs Councils III. 124. — „Quoniam semper sunt concedenda".

679?

2106 *α* *Heddae episcopo permittit, ut „transferat corpus beatissimi Birini, Occidentalium Saxonum apostoli, a villa Dorcestrensi, ubi reconditum erat, una cum sede (episcopali) in Wintoniensem civitatem", quam confirmat. (Suspecta.) Ex Rudborni Hist. mai. Wint. ap. Wharton Angl. sacr. I. 192, Haddan and Stubbs Councils III. 126.

LEO II. 681—683.

681—683.

†2122 *α* Iohanni, episcopo Sardiniae, ita rescribit: „Multa in sancta ecclesia ordinata fuerunt et adhuc ordinantur pro temporum qualitatibus, quae quidem mutantibus temporibus oportet et cum ipsis mutari". Ex Coll. Taurin. ed. Ewald in Neues Archiv VIII. 363, Pflugk-Harttung Acta II. 20. (Frustra Ewald, cum qualitatem huius collectionis anno 1883 nondum perspexisset, operam impendit in Neues Archiv VIII. 608, ut hoc decretum Leoni II. abiudicaret et Leoni IV. adiudicaret.) — „Vestris mihi significantibus".

SERGIUS. 687—701.

687—701.

2137 *α* *Monasterio S. Columbani Bobiensi eadem privilegia quae Martinus papa, supra 2072 *α*, concedit. Vide Sicardi Cremonensis tabul. ap. Ughelli It. sacr. IV. 936, cf. etiam Miracula S. Columbani c. 23 ap. Mabillon Acta SS. O. B. II. 50. (Sergio I. an Sergio II. ascribenda sit bulla haec suspecta, non satis constat, cum in Miraculis nomen Sergii ante Zachariam, in Sicardi vero tabula post Zachariam memorata sit.)

IOHANNES VI. 701—705.

702—704.

†2140 *α* Gisulfum Beneventanum ducem iubet, omissis Campaniae et Hernicorum oppidis in Samnium redire. Zetzner Epistolae regum, principum cet. p. 101, Reusneri Epistolae Turcicae p. 3. Cf. Riant in Archives de l'Orient latin I. 126 de Zetzneri libro. — „Proximis fere".

GREGORIUS II. 715—731.

727.

†2175 α Leonem imperatorem hortatur verbis acerrimis, ut a comburendis imaginibus abstineat. Zetzner Epistolae regum, principum cet. p. 105, Reusneri Epistolae Turcicae p. 4. Cf. Riant in Archives de l'Orient latin I. 126 de Zetzneri libro. — „Saepenumero per".

715—731.

2228 α *Monasterio S. Columbani Bobiensi eadem privilegia quae Martinus papa, supra 2072 α, concedit. (Suspecta haec tabula utrum sit Gregorio II. an Gregorio III. ascribenda discerni nequit.) Vide Sicardi Cremon. tab. ap. Ughelli It. sacr. IV. 936, cf. Miracula S. Columbani c. 23 ap. Mabillon Acta SS. O. B. II. 50.

GREGORIUS III. 731—741.

732.

Romae in basilica S. Petri

Synodus, in qua statuunt, ut in oratorio a papa in honorem S. Salvatoris, S. Mariae, SS. apostolorum constructo intra ecclesiam S. Petri, „tria illa monasteria, quae secus basilicam apostoli sunt constituta, SS. Iohannis et Pauli, S. Stephani et S. Martini, id est eorum congregatio omnibus diebus . . . illic declinantes tres psalmos et evangelia matutina Deo canant", cet. (Habita est synodus „imperante augusto Leone a. 16, et Constantino imp., eius filio, a. 12, mense . . ., ind. XV.") De Rossi Due monum. inediti spettanti a due concilii Romani dei sec. VIII. ed. XI in Annali delle scienze religiose 1854 (qui liber non est in bibl. regia Berolinensi), Duchesne Lib. pont. I. 422.

739.

†2249 α Carolum regem Galliae rogat, ut Leone imperatore et imperio et communione privato, contra Luitprandum Langobardorum regem propediem Italicis imperii sceptris potiturum, ecclesiae Romanae opem ferat. Zetzner Epistolae regum, principum cet. p. 106, Reusneri Epistolae Turcicae p. 5. Cf. Riant in Archives de l'Orient latin I. 126 de Zetzneri libro. — „Nullis rationibus".

731—741.

†2255 α Constantinum imperatorem rogat, ut cum Haistulphus rex Langobardorum pacem quadraginta annorum violaverit, universa hostiliter invaserit, Ravennam et alias urbes vi ceperit, imperii gloriam et ecclesiae dignitatem tueatur. (Cf. reg. 2308.) Zetzner Epistolae regum, principum cet. p. 111, Reusneri Epistolae Turcicae p. 5. Cf. Riant in Archives de l'Orient latin I. 126 de libro Zetzneri. — „Maximo studio".

†2255 β Pippinum, Francorum regem, obsecrat, ut Romanam urbem e manibus Haistulphi regis Langobardorum liberet. (Cf. reg. 2311.) Zetzner Epistolae regum, principum cet. p. 113, Reusneri Epistolae Turcicae p. 6. Cf. Riant in Archives de l'Orient latin I. 126 de libro Zetzneri. — „Saepe per litteras".

ZACHARIAS. 741—752.

741—752.

2302 α *Ecclesiae SS. Petri et Pauli „20 auri libras pro emendo oleo annuas" asserit, „ut de lucro eorum in luminariis apostolicis proficiat, et constitutum sub anathematis vinculo obligat". Vita Zachariae ap. Duchesne Lib. pont. I. 432, cf. ibid. p. 438.

2302 β *Monasterio S. Columbani Bobiensi eadem privilegia, quae Martinus papa, supra n. 2072 α, concedit. (Suspecta.) Vide Sicardi Cremon. tab. ap. Ughelli It. sacr. IV. 936, cf. etiam Miracula S. Columb. c. 23 ap. Mabillon Acta SS. O. B. II. 50.

LEO III. 795—816.

803.

Febr. 28. †2511*α* (2542 nostrae ed.) Wirundo, abbati monasterii Stabulensis, „ob singularem affectum erga se et sanctam sedem apostolicam" privilegia confirmat, inter haec spurium 2087. („Scriptum p. m. Iohannis scriniarii S. R. E.; Data pridie kal. Martii, ind. XI.") Regestum ap. Mabillon Acta SS. O. B. II. 365; cf. praeter libros, quos citavit Ewald n. 2542, Abel-Simson Jahrb. II. 171, Diekamp in Hist. Jahrb. 1884. p. 258. (Transsumptum a Leodiensi Officiali die 20. Iuni 1562 scriptum in tabul. Dusseldorpensi.)

805.

In Hambach ecclesiam dedicat. Vide Notitiam fictam in Brewer Vaterl. Chronik der Rheinprov. II. 524, Neues Archiv XI. 603. — De aliis ecclesiae dedicationibus modo anno 800 modo 805 ascriptis, vide Abel-Simson Jahrb. II. 184. n. 3.

Mai. 30. In Dirlo capellam in honorem S. Crucis et S. Mariae ac S. Petronellae dedicat. Vide Notitiam fictam l. l.

†2512*α* *Capellam in Dirlo in dedicatione ipsius et per octavas visitantibus „septuaginta annos indulgentiae singulis quadragenis adiunctis cum carenis totidem in perpetuum relaxat". Vide Notitiam l. l.

In Munzenheim altaria dedicat cum tribus episcopis Petro, Stephano et Crescentio. Vide Notitiam ap. Baur Hess. Urk. V. 233, (Neues Archiv XI. 617). De dedicationibus, quae Leoni imputantur, vide ea quae dixi in Neues Archiv XI. 604.

†2512*β* *„Ad unumquodque altare concessit centum dies indulgentiarum et carenam". Vide Notitiam ap. Baur l. l., (Neues Archiv l. l.).

Iul. 26. ecclesiam Prumiensem dedicat. Vide notitiam fictam ap. Brower Annal. Trevir. I. 388, cf. Goerz Mittelrh. Reg. I. 110. n. 370.

PASCHALIS I. 817—824.

817—820.

2552*α* Leoni imperatori (V. Armenico) iconomacho de veneratione imaginum fusius exponit. „Quod si" inquit „dixeris, Deo incarnato datam fuisse visibilem adorationem, noveris quod nos quoque incarnati Dei imaginem facientes et adorantes, Deo cultum offerimus". Vetus testamentum, imagines facere vetans, locutum esse iis, qui in eius lege vivant, minime vero Christianis. Addit haec: „Patet, quod cum incircumscriptus et inaspectabilis Deus nulla queat imagine referri, neque quidquam aliud Deum exprimere valeat, ne cultu creatura adoretur; verum carne iam induto Dei filio, statim aequum fit, manifestissimum in servili forma Dominum exhiberi. (Huius epistolae initium et finis desunt. Fragmentum exiguum „*Πολυθείαν πᾶσαν*" „Ac si multos" continere idem sane argumentum, sed alia tela consutum esse, iure annotat editor.) Pitra Iuris ecclesiast. Graecorum Hist. et Monum. II. praef. p. XI. — „*Θεὸν οὐδεὶς φησὶν*" „Deum nemo, inquit".

GREGORIUS IV. 827—844.

834.

Mai. 24. Romae „In ipso die pentecostes" Hittonem episcopum Frisingensem excipit. Vide Translat. SS. Alexandri et Iustini, quam edidit Wattenbach in Sitzungsber. d. Berl. Akad. 1884. p. 1138 et in MG. SS. XV. 286.

834.

Mai. 28. | Romae | Hittonem ad sese evocat „sexta die“ post eius adventum. Vide Translat. SS. Alex. et Iust. l. l. (Notandum est, in Notitia ecclesiae Frisingensis, qua usus est Ewald supra p. 326, Hittonem die 1. Iul. reliquias a papa obtinuisse legi; Translatio vero SS. Alex. et Iust. Hittonem die 30. Maii Romam cum reliquiis deseruisse narrat.)

SERGIUS II. 844—847.

844—847.

2593α *Monasterii Ambroniacensis, a S. Barnardo fundati, libertatem confirmat. Vide Leonis IX. bullam ap. Marché Reproductions photogr. tab. I, Pflugk-Harttung Acta III. 8.

LEO IV. 847—855.

ante 850.

2603α *„Ob reverentiam imperatricis (Irmengardis) et imperatoris Lodovici filii sui coenobium Ersteinense dotavit multis et magnis reliquiis, mittens per apocrisiarium suum Ioseph (episcopum Iporegiensem) caput S. Caeciliae virginis“ cet. Hermanni Gygantis (al. Minoritae, al. Ianuensis) Flores temporum ed. Meuschen p. 86. Cf. Dümmler Ostfr. Gesch. 2. Aufl. I. 307. n. 1.

847—855.

2659α *Monasterio Sarlatensi privilegium dat, prohibens ne quis eius „dominatum invadere aut res ullatenus diripere, minuere vel alienare audeat“. Vide Vitam S. Sacerdotis ab Hugone Floriac. conscriptam c. 4. § 25 in Act. SS. Maii II. 18.

BENEDICTUS III. 855—858.

855—858.

2671α Litteris ad Rataldum episcopum (Argentoratensem) statuit, ut homo eius dioecesis, qui patricidium perpetraverit, per duodecim annos poeniteat: omnibus diebus usque ad vesperum ieiunet exceptis diebus festis atque dominicis et pascha usque ad pentecosten; per quinquennium ecclesiam non intret, nec per novennium communicet. Si vero ante tempus constitutum finis vitae illius advenerit, viaticum ei non abnegetur. Edidit Weiland in Zeitschr. f. Kirchenr. XX. 100, Pflugk-Harttung Acta III. 3. — „Dum de universo“.

2671β Salomoni, episcopo Constantiensi, scribit de poenitentia iniungenda viro, qui fratrem suum occiderit: „uno anno inter audientes sine corpore et sanguine Domini in ecclesiis oret, nisi forte ultimus vitae illius venerit dies, quo ei communio neganda non sit“, cet. Permittit vero, ut „uxorem suam recipiat armisque assumptis incedat propriaque possideat bona“. Edidit Weiland in Zeitschr. f. Kirchenr. XX. 101, Pflugk-Harttung Acta III. 4. — „Caritatis tuae fraternitatem“.

2671γ *Frotmundo nobili viro eiusque fratribus, poenitentiae causa in Terram sanctam peregrinantibus, epistolam dat. Vide Gesta Conwoionis abbatis L. III. c. 8 in MG. SS. XV. 458.

NICOLAUS I. 858—867.

865.

(Dec.) 2798α *Rimberto, archiepiscopo Hamaburgensi, concedit, „ut quia propter novellam eiusdem sedis institutionem et necdum conversos ad fidem populos suffraganei non habentur episcopi, a quibus decedente uno alter archiepiscopus consecretur, palatinae interim providentiae succedentium per tempora pontificum consecratio sit commissa, donec numerus suffraganeorum episcoporum canonice eum consecrare debentium ex gentibus suppleatur“. (Mensi Dec. ascripsimus propter bullam 2798. De fide idem dicendum est ac de Gregorii IV. bulla 2574, quacum nostra concordat.) Vita S. Rimberti c. 11 in MG. SS. II. 770, ed. sep. cur. Waitz p. 90.

866.

2805α *Carolo (Calvo) regi mandat, ut „si Hincmarum, archiepiscopum Remensem, ad se trahere, ut (apostolicae sedi) obediat, non valeat, sollicite caveat, ne ipsum (regem) ad se trahere quibuscumque valeat argumentis“; scribit de Wulfaldo eiusque sociis ab Hincmaro deiectis; de concilio die 18. m. Augusti Suessionensi celebrando addit. Vide epp. Caroli ap. Mansi XV. 707 et 734. (Huius epistolae fragmenta Sirmondus in schedis Nicolai Fabri vidit; cf. notam ap. Mansi XV. 707.)

858—867.

2856α *Monasterio S. Germani Autissiodorensi privilegium dat. Vide diploma Caroli Crassi ap. Bouquet Rec. IX. 352, Quantin Cart. gén. de l'Yonne I. 115.

2856β *Omnibus fidelibus notum facit, sese ab Herardo archiepiscopo Turonensi audivisse, monasterium S. Martini per impetus Normannorum in summam desolationem redactum esse, sed Carolum (Calvum) regem diplomate suo eis bona quaedam ad eorum sustentationem servientia concessisse. Monasterii protectionem suscipit, possessiones et privilegia quaedam confirmat. Mabille La pancarte noire de St.-Martin de Tours p. 140.

2856γ Metropolitae cuidam de episcopo quodam Antonio a synodo provinciali iniuste excommunicato scribit, „inducias 70 dierum, intra quas episcopus apostolicam iussus sit petere sedem, parvas admodum sese estimare“. (Fragmentum esse epistolae Nicolai I. seu Hadriani I. et de Antonio episcopo Brixiensi agi, suspicatur Zeumer.) Additam. Coll. Sangallens. n. 1. in MG. Formul. Merov. p. 433. — „. . . non fuit accessus“.

2856δ Decretum Nicolai I. de „arcanis peccatis“, quod exstat in Coll. Taurin. ap. Pflugk-Harttung Acta II. 33. n. 65 et incipit „Cum dicit scriptura“, Ewaldus noster sine dubio investigavit, invenitque id esse fragmentum epistolae vel decretalis cuiusdam iam dudum nobis notae; sed illius Taurinensis collectionis textum citare, optimo ex mea sententia iure omisit. Equidem vero ubi lateat indicare nequeo. — „Cum dicit scriptura“.

HADRIANUS II. 867—872.

869.

Iul. 9. Romae — Vide Hincmari Ann. 869 in MG. SS. I. 482: „Adriano papa Romam ingrediente, Lotharius ad ecclesiam b. Petri venit“. Quod die 9. Iul. evenisse probat Mühlbacher Reg. der Karol. n. 1288[e].

„ 10. „ — „in crastina, subsequente videlicet dominica“. Hincmari Ann. 869 l. l.

867—872.

2946α Quibusdam scribit, ne episcopi cuiusdam electioni „consentiant neque approbent, immo resistant“. (Fragmentum valde mutilum ex epistola certe post Nicolai I. mortem scripta; sed ad quemnam eius successorum pertineat minime constat.) Neues Archiv VII. 158. — „Adiuro autem ut“.

IOHANNES VIII. 872—882.

873—882.

3363 α Leone abbate petente, monasterii S. Benedicti Sublacensis possessiones confirmat. (Fortasse bulla eadem est, licet prima verba non concordent, ac 3363. Ceterum in codice nomen Iohannis papae ab alia manu scriptum videri, annotant editores) Allodi e Levi Il Regesto Sublac. p. 16. — „Convenit apostolica dignitas".

3363 β *Monasterio S. Columbani Bobiensi eadem privilegia, quae Martinus papa supra n. 2072 α, concedit. (Suspecta.) Vide Sicardi Cremonensis tab. ap. Ughelli It. sacr. IV. 936, cf. etiam Mirac. S. Columbani c. 23 ap. Mabillon Acta SS. O. B. II. 50.

FORMOSUS. 891—896.

891—896.

3506 α *Privilegium pro monasterio S. Columbani Bobiensi memoratur ab Innocentio III. „tante vetustate consumptum, ut in eo de monasterio S. Columbani nec mentio fieret nec etiam vestigium appareret." (Suspectum.) Vide Innocentii III. bullam ap. Ughelli It. sacr. IV. 937, Pitra Anal. noviss. Spicil. Solesmensis p. 529, (Potthast n. 5720). Cf. etiam Sicardi Cremon. tab. ap. Ughelli It. sacr. IV. 936.

LEO V. 903.

903.

Aug. Sept. 3531 α *Canonicis ecclesiae Bononiensis „epistolam tuitionis" dat et concedit, „ut nullam dationem vel redditum publicis faciant". Vide Iohannis XIII. privilegium ap. Pflugk-Harttung Acta II. 48. (Cur huic Leoni, triginta dies pontificanti, abiudicetur epistola, cum expresse dicat Iohannes „Leonis quinti papae", intellegere nequeo.)

SERGIUS III. 904—911.

904—911.

3548 α *Parthenoni Blasiliensi, iuris S. Petri, privilegium dat. Vide Lucii III. bullam d. d. 4. Apr. 1185 ap. Chassaing Spicil. Brivat. p. 19, cf. Gall. Chr. II. 449.

IOHANNES XI. 931—936.

931—932.

3587 α *Romano (II.) seniori, imperatori Graecorum, litteras, studium et amorem suum erga personam imperiumque eius continentes, mittit per Madelbertum, Leonem, Sergium, Petrum episcopos. Scribit, filium eius (Theophylactum, 13 annos natum) a sese „in thronum patriarchae (Constantinopolitani) institutum" esse. Rogat, ut „sollicitudinem ac studium in defendenda Romana ecclesia expromat". Addit de sorore sua Marozia, filia Alberici et Maroziae, desponsanda uni filiorum imperatoris. Vide litteras patricii Theodori Daphnotae (protosecretarii) „tamquam in persona imperatoris Romani senioris" scriptas ap. Pitra Anal. nov. Spicil. Solesm. I. 469. Cf. ibidem

931—932.

p. 122 sq. (Vide etiam, quae narrat Liudprandus in Legatione sua cap. 62, MG. SS. III. 361: „. . . . cum Albericus . . . dominum apostolicum quasi servum proprium in conclavi teneret, Romanus imperator filium suum Theophylactum eunuchum patriarcham constituit; . . . missis ei (sc. Alberico) muneribus . . . effecit (imperator), ut ex papae nomine Theophylacto patriarchae litterae mitterentur, quarum auctoritate cum ipse tum successores eius absque paparum permissu palliis uterentur“.

LEO VII. 936—939.

Leonis bulla 3615α data est p. m. Benedicti episcopi S. Silvae candidae ecclesiae et bibliothecarii s. sedis apost.

939.

Mai. 29. 3615α Fratribus Sublacensibus indulget, ut a sede apostolica episcopum ad consecrandum abbatem expostulent. (Fragmentum.) Allodi e Levi Il Regesto Sublac. p. 62. — „. . . qualem voluerit a nostra“.

BONIFATIUS VII. 974. 984—985.

974.

(Iul.) (in castello S. Angeli) obsidetur. Notitia ap. Pertz Archiv IX. 623, Weiland in Nachr. v. d. kgl. Gesellsch. d. Wiss. zu Göttingen 1885 p. 70: „. . . tam imperialis missus (Sicco) quam civitas Romana . . . longa obsidione, longa impugnatione devictum Franconem (i. e. Bonifatium VII.) pervasorem necat“ (corr. eiicit vel similiter).

SILVESTER II. 999—1003.

999—1003.

3937α *Monasterio S. Columbani Bobiensi eadem privilegia, quae Martinus papa supra n. 2072α, concedit. (Suspecta.) Vide tab. Sicardi Cremon. ap. Ughelli It. sacr. IV. 936.

BENEDICTUS VIII. 1012—1024.

Benedicti VIII. bulla 4007α scripta est p. m. Benedicti notarii regionarii et scriniarii S. R. E. 4043α p. m. Stephani protoscriniarii S. R. E.

1014—1015.

4006α *Monasterii Helmershusensis possessiones confirmat. Wenck Hess. Landesgesch. Urkund. II. 121 not.; cf. Diekamp Westfäl. Urkundenb. Suppl. p. 107. n. 640, et Finke Westfäl. Urkundenb. V. 24. n. 26.

1015.

4007α Monasterii S. Benedicti et S. Scholasticae Sublacensis possessiones confirmat, petente Iohanne abbate, ea tamen lege, ut pro salute animae suae suorumque successorum sive imperatorum missae quotidianae a fratribus celebrentur. Allodi e Levi Il Regesto Sublac. p. 38. — „Sanctae sedis apostolicae“.

1016.

4015 α Petente Fulberto, episcopo Carnotensi, numerum canonicorum in ecclesia S. Mauritii servientium ad novem reducit. Invent. des titres de Iosaphat ms. 72, 2ᵉ partie des mss., fol. 499, Hist. de St. Maurice ms. 60, 2ᵉ partie des mss. in bibl. publ. Carnotensi. Dedit A. Clerval Carnotensis.

c. 1018. 1019.

4025 α *Canuto regi (Danorum et Anglorum) per Livingum, archiepiscopum Cantuariensem, litteras mittit hortantes, ut „laudem Dei ubique praedicet, iniuriam deleat et plenam pacem potestate a Deo collata instituat". Vide Canuti edictum in Forsch. z. deutsch. Gesch. XIV. 393.

1023.

Ian. 4043 α (4053) Witardo, abbati S. Cucuphatis Octavianensi, possessiones et privilegia confirmat. Ex cartulario S. Cucuph. in tabul. regio Barcinonensi. Dedit H. Bresslau. — „Quoniam concedenda".

IOHANNES XIX. 1024—1033.

Iohannis XIX. bulla 4083 α scripta est p. m. Gregorii scriniarii S. R. E.
data est p. m. Petri episcopi S. Rufinae, archiscriniarii s. apost. sedis.

1027.

Mart. 31. 4083 α Monasterio S. Benigni Fructuariensi privilegium concedit. (Fragmentum. „Dat.... a. pont. III, temporibus Chonradi imperatoris anno imperii eius primo . . .".) Galletti Del primicero p. 140.

BENEDICTUS IX. 1033—1048.

Scriptae sunt Benedicti IX. bullae p. m.
Sergii scriniarii et notarii S. R. E. (4109 α)
Iohannis scriniarii et notarii nostri Lateranensis palatii (4115 α. 4115 β).
Datae p. m.
Petri diaconi cardinalis et cancellarii s. sed. apost. (4111 α)
Petri diaconi, bibliothecarii et cancellarii s. apost. sedis (4115 α. 4115 β).

1037.

Mai. 4109 α Monasterio S. Mariae Criptae-ferrariae (Grottaeferratae) terram quandam iuxta civitatem Albanensem et quidquid ibidem habitantes Lateranensi palatio exhibere debuerant, concedit, Bartholomaeo abbate et Cyrillo „egumeno" petentibus. Studi e docum. di storia e diritto VII. 5. — „Cum magna nobis".

1042.

Mart. 30. 4111 α Inter Bonizonem, episcopum Tuscanensem, et Godizonem, episcopum Castrensem, litem de decimis duorum castrorum dirimit. Muratori Ant. Ital. III. 833.

1044.

Iun. 6. 4115 α Benedicto abbati S. Trinitatis in Venetia (Brondoliensi) „pro eius meritis, non autem successoribus" usum dalmaticae et sandaliorum concedit. Edidit Wattenbach in Neues Archiv XI. 390 et descripsit in Mittheil. aus dem germ. Nationalmuseum 1885 p. 146, ubi tab. X specimen scripturae additum est. — „Quisquis in divinis".

1044.

Iun. 6. | | 4115β Benedicto abbati S. Trinitatis Sanctique Michaelis archangeli Brondoliensi eiusque successoribus „defensionem apostolicam atque tuitionem" indulget. Statuit, ne episcopus Metamaucensis plus ab eis exigat, quam ut „per omne triennium semel tam ipse quam 12 eius plebani et 5 viri, qui eos per aquam navigio transigant, refectionem solitam in monasterio habeant"; addit de eis, quae ipse vel episcopus Paduanus eis praestare debeat. Neues Archiv XII. 408. — „Omnia quae secundum".

„ 6. | | 4115γ *Tertium privilegium hoc die monasterio Brondoliensi concessum exstitisse, annotat Wattenbach in Neues Archiv XII. 408.

LEO IX. 1048—1054.

Bulla Leonis IX. 4263α data est p. m. Frederici S. R. E. bibliothecarii et cancellarii vice domni Herimanni archicancellarii et Coloniensis archiepiscopi.

1049.

Sept. 15. | Tulli | in ecclesia S. Apri missarum sollemnia celebrat. Vide Miracula S. Mansueti ap. Martene et Durand Thes. III. 1041, MG. SS. XV. 930.

„ 16. | „ | Vide Miracula S. Mansueti l. l.

„ 17. | „ | Vide Miracula S. Mansueti l. l.

Oct. | Bosonis-villae | prope Mettis. Vide Notitias fundat. Bosonis villae in MG. SS. XV. 978. 980.

(„) | | 4194α *Monasterio Bosonis villae privilegium dat, ne quis eis „violentiae aliquid vel manum potestativam faciat". Vide Notitias fund. Bosonis villae l. l. (Rectene huic anno ascripserimus, non satis constat. Cf. ea quae de tempore annotat Holder-Egger ibidem p. 980. n. 5.)

Oct. Nov. | Criegisheimi | ecclesiam dedicat. Vide relationem, quam edidit Schulte in Mittheil. d. Inst. f. österr. Gesch. IV. 213; cf. eiusdem expositiones de situ loci in Strassburger Studien II. (1884) p. 82.

„ „ | Tumpieter | (i. e. domus Petri, Dompeter prope Avolsheim) ecclesiam dedicat. Vide relationem l. l. et de situ loci in Strassb. Studien l. l. p. 79.

1050.

(Oct.) | Romarici monte | ecclesiam dedicat. Lanfranci ep. 13 in Opp. ed. D'Achery p. 225. De tempore cf. Schwabe Studien z. Gesch. d. zweiten Abendmahlstr., Diss. Lips. 1886, p. 32.

1051.

Nov. 21. | | 4263α Berardo, abbati S. Mariae Farfensi, asserit tres casales sitos in massa apostolica, quae dicitur S. Maria in Formello. Il Regesto di Farfa IV. 278, cuius folia adhuc in lucem non prolata mihi transmisit comes Ugo Balzani Romanus. — „Apostolicae dignitati".

1051 vel 1053.

Ian. 13. | in Eichhof | „apud Itenwiler die Hilarii" capellam dedicat. Vide relationem, quam edidit Schulte in Mitth. d. Inst. f. österr. Gesch. IV. 213; cf. eiusdem notas in Strassburger Studien II. (1884) p. 82.

1049—1054.

4327α Omnibus Christi fidelibus scribit de disciplina monastica ac de donationibus monasteriis concessis, quas confirmat. Regestum praebet Ewald in Neues Archiv VI. 243: ex ms. d. III. 7. fol. 135 in bibl. regia Escorialensi. — „Quotiescunque a sede apostolica".

1054?

4331α *Willelmo duci (Normanniae) negotium dat, ut Malgerum, archiepiscopum Rotomagensem, deponat. Vide Verba Willelmi ap. Migne 149 p. 1286, cf. Gall. Chr. XI. 28.

VICTOR II. 1054—1057.

1055—1057.

4356 α *Gervasio, archiepiscopo Remensi, regem Francorum consecrandi potestatem et totius Galliae primatum, sicut Hormisda papa concesserat, confirmat. Vide Relationem de coron. Philippi I. ap. Du Chesne Hist. Franc. SS. IV. 161, Bouquet XI. 32 et 33, ubi sic est: „delatum est privilegium, quod papa Victor ei dederat; lectumque est" cet.

NICOLAUS II. 1059—1061.

1060.

4441 α *Episcopum Podiensem a iurisdictione archiepiscopi Bituricensis eximit. (Fortasse in synodo huius anni factum est.) Chronica Albrici Trium-font. 1060 in MG. SS. XXIII. 792.

1059—1061.

Romae — (in concilio, ut videtur) Raimundum, qui „more antecessorum suorum sex episcopatus tenuit, Vasatensem, Adurensem, Aquensem, Lapurdensem, Olorensem et Lascurensem", deponit, „sed quia nobilis erat et potens, ne perturbaret fieri canonicas electiones, concessit ei Lascurensem episcopatum in omni vita sua, data sibi licentia, ut quem vellet de vicinis episcopis ad supplenda episcopalia officia invitaret. (Eadem occasione cum eo, quod sequitur, factum esse puto.) Vide tab. ap. Marca Hist. de Béarn p. 288. not. V.

(Apr.) Laterani — in concilio, Raimundo, nepoti supradicti Raimundi, ecclesiam S. Mariae donat et „officium pontificatus" (in Lapurdensi et Vasatensi ecclesiis) confert. Vide tab. ap. Marca Hist. de Béarn p. 288 not. VIII. (Hoc et id, quod praecedit, anno 1059 non satis accurate ascripit Marca, putans Nicolaum II. non nisi anno memorato concilium in Laterano congregasse; quem sequuntur auctores Galliae Chr. I. 1151.)

ALEXANDER II. 1061—1073.

1064.

(Aug.?) (Lucae?) — 4554 α *Civitati Lucanae „tribuit bullam plumbeam pro sigillo communitatis, ut habet dux Venetiarum". Vide Ptolomaei Lucensis Annal. 1064 ap. Muratori R. It. SS. XI. 1251, ed. Minutoli p. 37. Cf. ea quae disserit Paoli in Miscellanea Fiorentina di erudizione e storia 1886. p. 49 sq.

1067 ex.

4639 α *Fulconem Richin iubet Gaufredum comitem Andegavensem fratrem suum e vinculis liberare. Cf. Hist. Andegav. Fragm. ap. Bouquet XI. 138. Cf. Schwabe Studien z. Gesch. d. zweiten Abendmahlstreites Diss. Lips. 1886. p. 105.

1061—1073.

4729 α Cosentino episcopo scribit: „Indignum videtur et authenticum sanctorum canonum sanctio non probat, ut novae ecclesiae id iuris concedatur, quod antiquae iniuste subtractum est ecclesiae". Deusdedit Contra invasores III. c. 2 ap. Mai Nov. patr. bibl. VII. iii. 101, cf. Stevenson in Arch. d. soc. Rom. di stor. patria VIII. 328. — „Indignum videtur".

GREGORIUS VII. 1073—1085.

Bulla Gregorii VII. 5069α data est p. m. Petri cancellarii atque cardinalis; (de hoc ad Wibertum antipapam transfuga vide Urbani II. ep. 5403).

1078.

Mart. 10. (Laterani) 5069α Monasterii S. Petri Cremonensis, „quod Romanae ecclesiae annualem censum 12 denariorum Mediolanensis monetae persolvit", possessiones et privilegia confirmat, petente Christoforo abbate. Archivio stor. Lombardo XIII. (1886) p. 127, Pflugk-Harttung Acta III. 14. — „Supernae miserationis respectu".

c. 1079.

5149α Abbati S. Eugendi Condatescensi scribit, ut Simon comes Crispeiensis, qui ibi monachicum habitum susceperat, ad sese Romam mittatur. Vita S. Simonis Lib. II. c. 23 in Acta SS. Sept. VIII. 749.

5149β *Abbati S. Eugendi Condatescensi iterum scribit; „nisi quantocius in Simone transmittendo festinus existeret, abbatem et cunctam congregationem a spiritali officio vacaturam esse." Vita S. Simonis l. l.

1080.

5196α *Hugonem episcopum Diensem, apost. sedis legatum, „datis epistolis monet, ut vita et promotio Ursionis (Suessionensis), ad episcopale officium moribus et animo nequaquam idonei, canonice discutiatur". Vita S. Arnulfi Suession. II. c. 1 in Actis SS. Aug. III. 243, in MG. SS. XV. 885.

c. 1084.

5273α *Roberto, comiti Flandriae, litteras mittit, quibus „animos eius turbidos et feroces ad lenitatem provocet, ut suspectis suis (scil. Arnulfo Morinorum archidiacono aliisque) aut plene indulgeat aut certe facultatem se purgandi concedat". Vita S. Arnulfi Suession. III. c. 13 in Actis SS. Aug. III. 247, in MG. SS. XV. 887, (ubi auctor vitae addit: „sed quia nemo potuit inveniri, qui apostolici litteras in praesentiam comitis deferre praesumeret, res in longum dilata est").

5273β *Arnulfo, episcopo Suessionensi, „scriptas et bullatas epistolas dirigit mandans et imperans, ut litteras interventrices et personas, de quibus agebatur, ad praesentiam comitis Roberti in suo conductu offerret, illisque veniam vel copiam se purgandi ad honorem apostolicae sedis impartiret." Vita S. Arnulfi Suession. III. c. 13 in Actis SS. Aug. III. 247, in MG. SS. XV. 887. Cf. etiam Chron. Aldenburg. ed. Van de Putte p. 58.

1074—1085.

5305α Canonicae S. Saturnini Tolosanae tutelam suscipit privilegiaque confirmat, petente Isarno episcopo. Douais Cartul. de St.-Sernin de Toulouse p. 473. — „Quotiens monasteria vel".

WIBERTUS (CLEMENS III.) antipapa. 1080—1100.

1081.

Ian. 14. Ravennae in canonica ecclesiae Ubaldus comes et Ugo eius filius promittunt Wiberto, archiepiscopo Ravennati, se nihil praestituros, quod contrarium sit ecclesiae Ravennati illique suam obedientiam spoponderunt. Vide Regestum ap. Fantuzzi Mon. Raven. II. 371. n. 60, Rubei Hist. Raven. p. 307.

Mai. 8. .. Vide tabulam in Rubei Hist. Raven. p. 307.

1082.

Dec. Ravennae — 5313 *α* Alberico abbati monasterii S. Gaudentii Senogalliensis praedia quaedam concedit. Vide Fantuzzi Mon. Raven. II. 345. n. 15.

1084.

Ian. 13. Ravennae — 5317 *α* Martino de Gerardo bona quaedam per emphyteusim dat. Regest. ap. Fantuzzi Mon. Raven. V. 163. n. 25.

1088.

(Mart.?) — 5326 *α* Basilio, Calabriae metropolitae, querenti „de suae sedis eversione ob apostolica mandata et litteras ad ducem et filium Rumpelti" respondet: „nuper adversus ecclesiam Romanam schisma et haeresim exorta esse a nonnullis, qui unum (i. e. Urbanum II.) ex ipsis propriis sumentes, pseudopapam sibi opposuissent". Duci aut alteri ex Francis, qui sint in Italia, scribere se nolle, non ignorantem, „istos adversos se infensos permanere". Regem Alamanniae (Heinricum IV.) cito descensurum omniaque optime dispositurum esse. Si possit, ad sese veniat, si non, „mandentur sibi, quas exhibuerit litteras patriarchae Constantinopolitani". Sese cum omnibus pacem et concordiam habere velle. Ita addit: „At ille Troutaphernae abbas et quos secum invenisti pseudocardinales non mei sunt, sed heresiarchae homines et symmistae cum omnibus, qui illis consentiunt; exstant a coryphaeis apostolis et s a c r o c o n c i l i o et humilitate nostra damnati et a proprio gradu deiecti, qui clanculum ab hinc exierunt. (Litterae graece scriptae et latine translatae sunt.) Pitra Anal. nov. Spicil. Solesm. I. 479. — „*Τὴν σταλεῖσαν ἡμῖν*" „Quam misisti nobis".

1091.

(Ian.) (In urbe Paduana) — 5332 *α* Parthenonis S. Stephani Patavini possessiones confirmat, Altiburga abbatissa interventu Milonis Patavini et Roberti Faventini episcoporum petente. (Bulla eodem tempore locoque quo 5332 data videtur.) Gloria Cod. dipl. Pad. p. 331. — „Ex dispensatione sacratissimae".

1095.

Mart. Patavii — intervenit ap. Heinricum IV. pro ecclesia Basiliensi. Vide tab. ap. Trouillat Mon. de Bâle I. 210, (Stumpf n. 2928).

URBANUS II. 1088—1099.

Urbani II. bulla 5430 *α* s c r i p t a est p. m. G r e g o r i i scriniarii atque notarii sacri palatii
d a t a est p. m. G o d e s c a l c i presbyteri, vicem gerentis cancellarii sacri palatii
bullae 5600 *α* et 5648 *α* d a t a e sunt p. m. Iohannis S. R. E. diaconi cardinalis.

1089.

c. Aug.? — 5406 *α* B(ernardo) archiepiscopo Toletano nuntiat, post eius discessum venisse Richardum, presbyterum cardinalem et abbatem Massiliensem, testatumque esse, Tarraconensem provinciam ad ecclesiam Narbonensem pertinere; post haec vero Beringarium, episcopum Ausonensem, „contraria prorsus asseruisse et ecclesiae privilegia protulisse, quibus vice Tarraconensis videretur ecclesiae honorata". Mandat, ut requisitionem de hac re factam sibi intimet. Addit de litteris suis ad episcopos et principes provinciae Tarraconensis directis, hortaturque eum, ut una cum illis „restitutioni ecclesiae Tarraconensis" operam det. Boletin de la real acad. de la hist. IV. 370. — „Postquam a nobis tua".

1090.

Mart. 28. Romae — 5430 *α* Canonicae S. Saturnini Tolosanae, rogatu Petri praepositi, tutelam suscipit, iuraque et possessiones, praesertim cimiterium a quadraginta retro annis possessum, confirmat. Douais Cart. de St.-Sernin de Toulouse p. 474. — „Cum universis sanctae".

1095.

Dec. 3. ap. Celsiniacum — 5600 α Monasterii S. Bertini Sithiensis possessiones confirmat, petente Lamberto abbate. (Fragmentum.) Haigneré Les chartes de St.-Bertin I. 35. — „Piae postulatio voluntatis“.

1096.

Mai. 27. Tolosae — 5648 α Ecclesiae S. Caprasii Aginnensis possessiones confirmat, petente R. priore. Copia saec. XIII in Arch. dép. de la Haute-Garonne in Toulouse, liasse 80, titre 4, fonds de St.-Etienne. Ex litteris v. ill. Douais mecum communicavit comes Riant. — „Apostolicae sedis auctoritate“.

PASCHALIS II. 1099—1118.

Ex bulla 6502 α, data Nov. 1115 — Febr. 1116, muta vel adde testes hos:

ep. Albanensis	Vitalis
„ Ostiensis	Leo
„ Tusculanus	Divizzo
presb. card. tit. S. Anastasiae . .	Teubaldus
„ „ „ S. Damasi . . .	Deusdedit
„ „ „ S. Priscae . . .	Girardus.

Scripta bulla est p. m.
Gervasii scriniarii regionarii et notarii sacri palatii.
Data per cuius manum sit, iam legi nequit.

1104.

Nov. 17. Laterani — 5990 α Daimberto Senonensi, Iohanni Aurelianensi, Galoni Parisiensi episcopis mandat, ut excommunicationem ab Ivone, episcopo Carnotensi, contra Guidonem Puteacensem prolatam confirment. Ex bibl. Carnot. ms. 151. fol. 204 misit A. Clerval. (Cf. Souchet Hist. du diocèse et de la ville de Chartres II. 368.) — „Guidonis Puteacensis iniquitas“.

„ 25. „ — 5990 β Ivoni, episcopo Carnotensi, scribit, sese bona eius in fundo pontis Goani sita contra incursiones domini de Curvavilla confirmare. Ex bibl. Carnot. ms. 151. fol. 204 misit A. Clerval. — „Quum (an: Quoniam?) iuxta sententiam“.

1106.

Apr. 11. — 6077 α *Monasterii Corbeiensis (dioec. Ambian.) possessiones confirmat. Haec notitia legitur in Catalogo mon. Corb. anni 1780 in Arch. dép. de la Somme in Amiens. Dedit H. Bresslau.

1107.

Mart. 16. ap. Dolense monasterium — †6127 α Infra monasterii S. Mariae de Çaritate terminos, quos constituit, homines vel res laedi aut molestari sub anathemate vetat. (Privilegium ex bulla 6127 fabricatum mihi videtur. „Dat. p. m. Equitii agentis vices cancellarii.“) Lespinasse Cartul. de la Charité-sur-Loire p. 4. — „Notum fieri volumus“.

1111.

Apr. 13. in ecclesia S. Iohannis — „inter duos pontes“ suscipitur „id. Apr.“ ab omni populo Romano. Vide Notitiam in MG. SS. XIX. 223 et XXIV. 81. n. 1 et Neues Archiv XI. 100.

1112.

Oct. 28. Laterani — 6330 α Monasterii S. Bertini Sithiensis possessiones et privilegia confirmat. Haigneré Les Chartes de St.-Bertin I. 45. — („Ad hoc nos“.)

1113.

ante Iun. — 6353 α *Odoni, episcopo Cameracensi, cuncta episcopalia interdicit. Vide Gesta ep. Camer. in MG. SS. XIV. 209. 211; de tempore vide Amandum de Castello ibid. XV. 943.

1114.

Mart. 25. Laterani 6374α Monasterio S. Bertini Sithiensi asserit terram in Furnensi provincia sitam, a Balduino comite Flandrensi pro anima patris Roberti et fratris Willelmi donatam. Haigneré Les chartes de St.-Bertin I. 47. n. 124. — „Officii nostri nos".

1100—1116.

Mai. 12. Laterani 6491α Clero populoque Placentinae urbis scribit, fama sese turbatum esse, inter eos matrimonia incesta fieri, eaque vel a viris ordinis clericalis defendi, qui postpositis sacris canonibus gradus consanguinitatis „occasione saecularis legis" contra veritatem ecclesiasticae consuetudinis numerare conentur. Alexandri II. aliorumque pontificum de hac materie decreta affert. Desinit ita: „Porro omnes quos in civitate vestra pro manifesta consanguinitate frater noster Iohannes, S. R. E. presbyter cardinalis et vicarius episcopi, secundum sententiam ab eodem episcopo quondam promulgatam excommunicavit, donec satisfaciant, excommunicatos esse censemus et confirmamus." E codice Gracensi, Anselmi Lucensis collectionem continenti, misit Thaner. — „Quanto vos in fide".

Nov. 1115—Febr. 1116.

6502α Monasterii S. Mariae Criptae-ferratae tutelam suscipit, possessionesque et iura confirmat, petente Nicolao abbate. (Bullam ante Mart. 1116 datam esse, docet nomen Teubaldi pr. card. tit. S. Anastasiae.) Studi e docum. di storia e diritto VII. 5. Cf. etiam Stevenson Cimitero di Zotico, Modena 1876, qui liber ab eodem auctore citatur in Archiv. della soc. Rom. di stor. patr. VIII. 375 not. — „Piae postulatio voluntatis".

1116.

Mart. Laterani 6511α Monasterii Aridagamantini (Aroasiensis) privilegia, in his „unctionem infirmorum et sepulturam eorum, qui ad eos ex devotione concurrerint", confirmat, bulla ad Richarium abbatem. Fragmentum ap. Gosse Hist. d'Arrouaise p. 27. — „... unctionem quoque".

Oct. 8. Priverni 6529α Iohanni, episcopo Morinensi, scribit, mirari se de „confratre quodam", qui parochianos . . . b. Bertini Sithiensis monachos excommunicaverit. Quam sententiam „nullius momenti esse". Haigneré Les chartes de St.-Bertin I. 49. — „Litteras tuas sicut".

„ 8. „ Huc etiam pertinet ep. 6537, vide supra inter Addenda.

1099—1118.

6603α *Statuit, ut „Ascalona parochia Betheleemiticae subiecta permaneat ecclesiae". Vide bullam Clementis IV. d. d. 11. Mai. 1266 in L'Epoca (di Varazze), giornale settim. 1874. I. n. 17. 19. 26; in Atti della soc. Ligure di stor. patr. XVII. (1885) p. 654.

GELASIUS II. 1118—1119.

Gelasii II. bulla 6678α data est p. m. Grisogoni S. R. E. diac. card. die 2. Ian. 1119.

1119.

Ian. 2. Valentiae 6678α Canonicae S. Saturnini Tolosanae bona ac iura quaedam confirmat, bulla ad Raimundum abbatem. Douais Cartul. de St.-Sernin de Toulouse p. 479. — „Iustum et condecens est".

CALIXTUS II. 1119—1124.

Calixti II. bulla 7075α scripta est p. m. Alexii scriniarii regionarii et notarii sacri palatii.

1119.

Nov. 8. Remis 6780α Ecclesiae S. Trinitatis et S. Nicolai de Arida-Gamantia (Aroasiensis) possessiones confirmat, Richerio priore per Cononem episcopum Praenestinum, ipsius loci institutorem, petente. Fragmentum ap. Gosse Hist. d'Arrouaise p. 29. — „. . . unde etiam vestris".

1121.

Ian. 3. Laterani 6886α Faletro, abbati monasterii Brunduliensis, privilegium tuitonis et defensionis a praedecessoribus suis indultum renovat. Regestum ex transs. a. 1301 in Museo German. Norimberg. edidit Wattenbach in Neues Archiv XII. 409. — „Sicut iniusta poscentibus".

1123.

Iul. 10. Albae 7075α „Porticanis hominibus, Leonianae civitatis habitatoribus, suis suorumque successorum fidelibus" scribit ita: „In civitate siquidem Leonina, ubi et S. Petri porticus est, prava quaedam ab annis paucis consuetudo quorundam praesumptione subrepsit, ut si qui accolarum hominum sine filio morerentur, eorum bona omnia praefecti Urbis ministri eius usibus usurparent". Hanc consuetudinem Petrum, praefectum Urbis, in generali concilio (Mart. 27 sq. celebrato) refutasse. Unumquemque illorum liberam habere facultatem bona sua disponendi vel ecclesiis vel personis quibuscunque pro sua voluntate dimittendi. Moretti Ritus dandi presbyterium p. 332; (Fragm. in Arch. della soc. Rom. di stor.-patr. X. 4. n. 3.) — „Sanctorum patrum decretis".

7088α *Monasterium S. Martini (Dietrami-cellam), ab Udalscalco abbate Tegernseensi fundatum, protegendum suscipit et possessiones eius confirmat ad exemplar Paschalis II. (n. 6179). Vide Fundat. coen. Dietrami-cellae in MG. SS. XV. 1071.

1121—1124.

Apr. 14. Laterani (?) 7121α Archiepiscopis, episcopis, presbyteris et ceteris clericis et laicis per Narbonensem et Tarraconensem provincias constitutis scribit, ut ecclesiae S. Petri de Valeriis, ubi contra Saracenorum incursiones altiora aedificia construantur, auxilia bonorum conferant. Addit, sese ecclesiam a Crassensis monasterii subiectione subtraxisse et ad libertatem pristinam reduxisse; quosdam clericorum, quia sibi satisfecerint, „nec non et Petrum (?) Sicardi et fratrum eius Rainardum" ab interdicto solutos esse. Douais Cartul. de St.-Sernin de Toulouse p. 495. — „Ecclesiam S. Petri".

HONORIUS II. 1124—1130.

1125.

c. Mart. 7188α *Iohanni Porphyrogenito Comneno, imperatori Graecorum, de unione ecclesiarum Graecae et Latinae explicat. Vide Iohannis imp. litteras, mense Iunio scriptas, ap. Pitra Anal. nov. Spicil. Solesm. I. 481.

1124—1130.

7390α G(ualterio) archiepiscopo Ravennati scribit, Petrum ducem questum esse, quod in eum „post appellationem Romanae audientiae ab eo factam excommunicationis sententiam protulerit". Rogat, ut ducem absolvat, donec ad praesentiam apostolicam venerit. Coll. Lips. tit. 47. c. 41. — „Querimoniam Petri ducis".

7390β *(Thurstano) archiepiscopo Eboracensi eiusque successoribus indulget, ut „per totam Angliam crucem ante se deferri faciant". Alex. III. ep. in Gilberti Foliot epp. ed. Giles II. 71.

INNOCENTIUS II. 1130—1143.

1130.

Apr. 30. 7409α *Monialibus S. Aviti Castrodunensibus de recipiendis sororibus ac de beneficiis conferendis privilegium dat. Bourdas Hist. somm. du Dunois II. 278; rectene ab eo privilegium anno 1130 ascriptum sit, dubito.

1131.

Iun. 18. Compendii 7480α Concordiam inter Petrum episcopum Belvacensem et Gualterum Belvacensem „quondam dictum vicarium" ac Petrum filium eius super „vicaria Belvacensi" factam confirmat. Autogr. mutilum a bibl. nat. Paris. mense Dec. a. 1885 acquisitum. Misit Delisle. — „Desiderium nostrum est".

1134?

7667α *Abbati S. Mariae Magdalenae Castrodunensi scribit, quomodo procedat in monachos laesi professionis voti noxios. Bourdas Hist. somm. du Dunois II. 220.

1130—1135.

7667β *Henrico, Anglorum regi, pro beneficiis gratias agenti respondet. („Dat. Laterani kal. Maii".) Haec verba sine dubio mendum continent; quod colliges, si papae itinerarium perspexeris usque ad a. 1135, quo Henricus mortuus est.) Ex cod. collegii Corporis Christi Oxon. 137 saec. XII ex. fol. 85. Misit Edm. Bishop. — „Largitori omnium bonorum".

1136.

†7750α (Robaldi) archiepiscopi Mediolanensis litteris de promotione allatis respondet eique gratias agit, „quod idoneam personam, cum qua de pace tractare posset"" petierit. Mittit Iohannem, S. Chrysogoni cardinalem, „qui in hoc aliisque negotiis secretam papae voluntatem intimaturus sit". (Dictamen fictum.) Ex Aurea gemma edidit Höfler in Arch. f. Kunde österr. G.-Qu. XII. 316. — „Optatum omnibus, frater".

1138.

Apr. 21. Laterani 7890α Monasterio S. Eugendi Iurensi collatam a Petro, archiepiscopo Lugdunensi, ecclesiam S. Albani confirmat, ita tamen ut dicto archiepiscopo eiusque successoribus annuatim census decem solidorum Lugdunensis monetae persolvatur. Guigue Bibl. hist. du Lyonnais I. 27. — „Quemadmodum ea quae".

7934α *Erenfrido praeposito Winklensi privilegium dat, ut „in sabbato sancto et pentecoste iuxta concessionem dioecesani episcopi baptismum in coenobio monialium regularium in Winkel celebret." Roth Geschichtsquell. aus Naussau I. 196, Sauer Nass. Urk. I. 134. n. 196.

1139.

Apr. 12. Laterani 7980α Monasterii S. Petri Cremonensis possessiones ac iura, rogatu Alberti abbatis, confirmat, imposito fratribus duodecim denariorum Mediolanensis monetae pensione annua. Pflugk-Harttung Acta III. 35. — „Suscepti regiminis cura".

„ 15. „ 7994α Gervasio abbati S. Nicolai Aridagamantini (Aroasiensis) et eius societatis abbatibus et fratribus scribit, sese eorum ordinem S. Augustini et constituta ac privilegia firmare. Statuit praeterea, ut abbas Aroasiensis, si sui ordinis praevaricator exstiterit, ab abbatibus Henniacensi, S. Mariae a Nemore (Ruisseauville) et S. Mariae Boloniensi admonendus et per eos ab episcopo iudicandus sit. (Hoc privilegium secundum eandem formulam ac 7652 dictatam esse reperio.) Fragmentum apud Gosse Hist. d'Arrouaise p. 46. — „Proprium est ecclesiasticae".

„ 26. „ 8016α Monasterii S. Benedicti Ramesiensis possessiones et privilegia confirmat, petente Gautero abbate. Hart and Lyons Cartul. de Rameseia II. 143. — „In primis, sicut iniusta poscentibus", pro quo certe legendum est: „. . . in perpetuum. Sicut iniusta poscentibus".

1139.

Mai. 3. | Laterani | 8031 α *Galtero abbati et fratribus Ramesiensibus collatam a Stephano rege (terram) de Riptona confirmat. Regest. in Hart and Lyons Cartul. de Rameseia I. 108. — „Aequum et rationabile".

„ 5. | „ | 8031 β *Monasterii S. Benedicti Ramesiensis tutelam suscipit ac bona iuraque confirmat, petente Gautero abbate. Regest. in Hart and Lyons Cart. de Rameseia I. 108. — „Sicut iniusta".

Nov. 18. | („) | 8052 α Ecclesiae S. Laurentii Viterbiensi ecclesiam S. Valentini de Burgo asserit. (Si genuina est bulla, pro „Dat. p. m. Andreae S. R. E. diac. card. et cancell." certe legendum est: „Aimerici".) Christofori Le tombe dei papi in Viterbo, Siena 1887, p. 430. (Misit Winkelmann.)

8066 α Monasterii Herdensis regulam S. Augustini ac possessiones confirmat, privilegiaque constituit, Anselmo praeposito per Anselmum, episcopum Spirensem, petente. (Bullae fidem non satis habeo exploratam.) Remling Urkundl. Gesch. der Abt. und Kl. in Rheinbayern II. 319. — „Super his, quae de".

1140.

ante Aug. | †8099 α Hariulpho, abbati Aldenburgensi, ita scribit: „. . . Cum monachus S. Medardi Suessionensis quondam fueris et a tua professione recedens cellam in prioratum tibi astutia feceris, S. Medardi monasterium tua obedientia suaque ecclesiastica (iustitia) spoliaveris, mandamus ut deposito baculo, abbati S. Medardi te ut suum monarchum (lege: monachum) sibique iure obedientem celerius restituas et capitulo fratrum S. Medardi ecclesiam quam tulisti restituas". De harum litterarum fide cf. Hariulphi narrationem in Chron. Aldenburg. ed. Van de Putte p. 56 sq. — „Non est laudandum".

1141.

Ian. 27. | Laterani | 8124 α Monasterii S. Benedicti Ramesiensis tutelam suscipit ac possessiones et privilegia confirmat, petente Gautero abbate. Hart and Lyons Cart. de Rameseia II. 155. — „Apostolici moderaminis clementia".

8166 α *Morinensem et Atrebatensem episcopos et abbatem Praemonstratensem iudices constituit inter monasterium S. Medardi Suessionense et Hariulphum, abbatem Aldenburgensem. Vide Chron. Aldenburg. ed. Van de Putte p. 62.

1142.

Mart. 21. | Laterani | 8215 α Ecclesiae S. Saturnini Tolosanae patrocinium suscipit possessionesque et privilegia, rogatu Ugonis abbatis, confirmat, ea tamen lege, ut decem solidi Pictaviensis monetae veteris annuatim Lateranensi palatio solvantur. (Notae temporis in a. 1142, non 1141 concordant.) Douais Cartul. de St.-Sernin de Toulouse p. 481. — „Apostolici moderaminis clementiae".

1138—1143.

Mart. 19. | Laterani | 8295 α Pacem inter archidiaconum Drocensem et canonicos S. Stephani factam confirmat. Cartul. de St. Etienne de Dreux in bibl. nat. Paris. ms. lat. 10106. f. 15. Misit A. Clerval Carnotensis. — „Solet annuere sedes apostolica".

Iun. 7. | „ | 8312 α Leoni abbati et monachis S. Bertini Sithiensis scribit, sese, acceptis Milonis Morinensis et Alvisi Atrebatensis episcoporum litteris, querelam Henrici clerici contra eos recipere noluisse, sed ei mandatum esse, ut ab infestatione monasterii desistat. Miloni Morinensi negotium se dedisse, ut de clerico iustitiam canonicam faciat, si apostolici mandati transgessor exstiterit. Haigneré Les chartes de St.-Bertin I. 77. — „Beati Bertini monasterium".

1143.

Apr. 18. | Laterani | 8358 α Monasterii Caduinensis possessiones, bulla ad Petrum abbatem, confirmat, G(odefrido) Burdigalensi archiepiscopo et L(amberto) Engolismensi ac G(aufrido) Petrogoricensi episcopis petentibus. Gourgues St.-Suaire de Cadouin, Paris 1868, p. 259, ut mecum communicat comes Riant. — „Episcoporum precibus inclinati".

1143.

8369α Henrico, episcopo Wintoniensi, de electione Guilelmi thesaurarii in archiepiscopum Eboracensem scribit. Incipit hisce verbis: „Fraternitati tuae notum fieri volumus, quod Eboracensis ecclesiae clericos, qui pro discordia electionis inter ipsos diutius agitata", cet. Ex ms. Collegii Corporis Christi Oxon. 137. saec. XII ex. fol. 82. Misit Edm. Bishop. — „Fraternitati tuae notum".

COELESTINUS II. 1143—1144.

1143—1144.

8472α (Raymundo) magistro hospitalis Hierosolymitanae, curam et dispositionem hospitalis S. Mariae Teutonicorum committit. Vide Gregorii IX. bullam d. d. 12. Ian. 1240 ap. Paoli I. 272, Potthast 10839. Cf. etiam Haymari Monachi De expugnata Accone ed. Riant, Lugduni 1866, praef. p. XLIII. not. 1.

LUCIUS II. 1144—1145.

1144.

Mai. 11. Laterani 8601α Monasterii S. Iohannis Hortonensis protectionem suscipit possessionesque confirmat, Guillelmo priore et Henrico Wintoniensi episcopo petentibus. Archaeologia Cantiana X. 272. — „Ad hoc nobis ecclesiae".

Oct. 8. „ 8654α Parthenonis S. Siri Placentini protectionem suscipit bonaque et iura confirmat, petente Agnete abbatissa. Pflugk-Harttung Acta III. 61. — „Desiderium quod ad".

1144—1145.

8696α Ecclesiae Sarisberiensi asserit praebendas de Merleberge et Bleobirie aliasque a quadraginta retro annis possessas, cet. Iones The Reg. of S. Osmund I. 384. — „Dignum est et honestati".

EUGENIUS III. 1145—1153.

1145.

Dec. 5. Vetrallae 8796α Monasterii Aridagamantini (Aroasiensis) privilegia confirmat, petente Gervasio abbate. Fragm. apud Gosse Hist. d'Arrouaise p. 60. — „. . . praecipimus etiam ut".

1147.

Mai. 18. (Parisiis) 9053α Regulam in monasterio Springirsbacensi observandam constituit. Goerz Mittelrh. Reg. IV. 704 n. 2293. (Autographum est penes dom. Fier in Zella supra Mosellam.)

Iul. 13. Altissiodori 9093α Monasterium Petershusanum, rogatu Theodewini S. Rufinae episcopi, tuendum suscipit eiusque possessiones et iura confirmat, bulla ad Conradum abbatem. In cod. Salemitano IX^{b}. fol. 29^{b} bibl. universit. Heidelberg. Dederunt Paul. Ladewig et Carol. Koehne. — „Desiderium quod ad".

1148.

Apr. 3. Remis 9221α Monasterio S. Mariae Columbensi donatas a Gaufredo episcopo Carnotensi ecclesias confirmat, petente Rogerio abbate. In bibl. nat. Paris. Coll. Gaignières ms. lat. 17048 fol. 431—447, in tabul. Carnot. Inventaire de Coulombs p. 327. Misit A. Clerval Carnotensis.

„ 20. Catalauni 9248α Monasterii S. Mariae in Horreo (Trevirensis) protectionem suscipit. Goerz Mittelrh. Reg. IV. 704 n. 2294. (Autographum est penes dom. Fier in Zella supra Mosellam.)

Iul. 7. Cremonae 9280α Monasterii S. Petri Coeli-aurei Papiensis tutelam suscipit, bonaque, quae enumerat, et privilegia confirmat, petente Anselmo abbate. Pflugk-Harttung Acta III. 89 bullam falsam iudicat; cuius opinioni assentiri nequeo. — „Cum omnium ecclesiarum".

		1148.
Sept. 3.	Brixiae	9291 *α* Archiepiscopos, episcopos, abbates et universos ecclesiarum praelatos hortatur, ut populum sibi commissum ad faciendas collectas in favorem Templariorum admoneant. Qui in eorum fraternitatem introierit eique annuatim beneficia persolverit, ei septimam partem iniunctae poenitentiae relaxat, cet. Ferreira Mem. dos Templarios I. n. 765. — „Milites templi Hierosolymitani“.
Oct. 6.		9297 *α* Sententiam, qua Ivo quondam episcopus Carnotensis monasterio Columbensi ecclesiam de Villemeux adiudicaverat contra abbatiam S. Aviti Castrodunensem, confirmat. Merlet Hist. de l'abb. de Coulombs p. 24. Misit A. Clerval Carnotensis.
„ 6.		9297 *β* Sententiam Simonis de Montfort super falsatis titulis monialium de Villemeux confirmat. Merlet Hist. de l'abb. de Coulombs p. 24. Misit A. Clerval Carnotensis.
		1150.
Dec. 8.	Ferentini	9421 *α* (9511 nostrae edit.) Fratribus Alciacensibus mandat, ut privilegia S. Bertini Sithiensis de electione abbatum Alciacensium observent. Fromentin Essai hist. sur les abbés de S. Silvin d'Auchy p. 96, teste Haigneré Les chartes de St.-Bertin I. 91, ubi fragmentum legitur. (Vide etiam Ioh. Longi chron. in MG. SS. XXV. 801.) — „Apostolicae sedis cui“.
		1145—1152.
Nov. 11.		9505 *α* *Fratribus S. Iohannis Hierosolymitanis donata a Simone ea, quae habebat in Montescurt, et domum de Ham et quae in feudum tenebat ab Eudone de Ham, confirmat. Cocheris Notices et extraits des docum. relat. à l'hist. de la Picardie II. 44.
		1152.
Apr. 20.	Pistoriae(?)	9569 *α* *Fratribus templi Hierosolymitani concessum a Ludovico Francorum rege castrum et castellaniam de Bazecs cum pertinentiis, in Aquitania sitam, aliaque privilegia ab ipso indulta confirmat. (Huius bullae, cui parvam fidem habemus, regestum praebet) Naberat Sommaire des privil. de l'ordre de St. Jean p. 17 et 18.
Mai. 27.	Signiae	9583 *α* Monasterii S. Mariae in Horreo (Trevirensis) patrocinium suscipit. Goerz Mittelrh. Reg. IV. 705 n. 2281. (Autographum est penes dom. Fier in Zella supra Mosellam.)
		1153.
Mart. 4.	Laterani	9712 *α* Ecclesiae S. Mariae Magdalenae Castrodunensis tutelam suscipit, possessionesque confirmat, petente Fulcherio abbate. Bourdas Hist. somm. du Dunois II. 216. — „Effectum iuste (lege: iusta) postulantibus“.

ANASTASIUS IV. 1153—1154.

		1153.
Aug. 29.		in praesentia domni papae et totius curiae Nicolaus abbas Criptae-ferratae Ubaldo presbytero cardinali tit. S. Praxedis concessionem facit. Vide instrum. ap. Galletti Del primicero p. 310.
		1153—1154.
		9809 *α* *Sub anathemate mandat, ut Erchembaudus et filius Stephani Gradulphi et quidam alii ablatam iniuste decimam ecclesiae S. Sollemnis, ad monasterium S. Mariae Blasense pertinenti, restituant. Mélanges d'archéol. et d'hist. VI. 451.
		1154.
Mai. 27.	Laterani	9909 *α* Ecclesiae Gradensi privilegium dat. In schedis Instituti Austriaci. Dedit Th. Sickel.

HADRIANUS IV. 1154—1159.

1155.

(Mart. 1.)	(Laterani)	10003 α Monasterii S. Mariae de valle Iosaphat, rogatu Guidonis abbatis, protectionem suscipit, possessionesque in Oriente sitas, et privilegia confirmat, imposito fratribus auri unciae tributo annuo. (Autograph. valde mutilum.) Pflugk-Harttung Acta III. 196. Cf. Delaborde Chartes de Terre Sainte p. 72. not. 2. — „Quotiens a filiis".
„ 2.	„	10005 α Ecclesiae S. Mariae Magdalenae Castrodunensis possessiones confirmat. Fragm. ap. Bourdas Hist. somm. du Dunois II. 218, falso ad ann. 1153, quo Hadrianus nondum pontificatum susceperat.
„ 30.	(„)	10023 α Uberto, episcopo Saxinati, privilegium dat. Copia exstat in schedis Instituti Austriaci. Dedit Th. Sickel.

1156.

Apr. 8.	Beneventi	10166 α Askitillum militem (de Ridale) ob devotionem erga sedem apostolicam in S. Petri protectionem suscipit eiusque possessiones confirmat, specialiter autem eas, quas Walterus de Ridale, eius frater, testamentarie ei reliquerit, videlicet villas Wittunes et Liliscleve. Archaeologia Aeliana 1887 p. 202, cf. ibidem p. 194. — „Sacrosancta Romana ecclesia".

1157.

Dec. 13.	Laterani	10315 α Monasterii Casae-Dei tutelam suscipit, abbatias et possessiones quasdam confirmat, petente Iordano abbate. (Bulla diversa est a n. 10315.) Pflugk-Harttung Acta III. 185. — „Cum omnibus catholicae".

1156—1158.

Aug. 29.	Narniae	10334 α Petro, praefecto Urbis, aliisque viris pro triginta marcis finis argenti oppignorat „quidquid habet in castro de Casa-mala cum redditibus et pertinentiis"; ita tamen, ut si pecunia reddita fuerit, castrum ad sese revertatur. Muratori Antiqu. Ital. IV. 33 recte hoc instrumentum, papae nomine destitutum, Hadriano IV. ascribendum suspicatur. — „Praesentibus scriptis".

1158.

Iun. 1.	Romae ap. S. Petrum	10410 α Crancerio camerario ecclesiae S. Pauli (Lugdunensis) petente, transactionem inter A(zonem) eius praedecessorem et Stephanum de Vilar „super custodia obedientiae de Riniaco" factam confirmat. Valentin-Smith et Guigue Biblioth. Dumbensis II. 41. — „Ea quae inter aliquos".
„ 18.	Sutrii	10415 α Archiepiscopis, episcopis et aliis sanctae ecclesiae praelatis mandat, curent ne a fratribus templariis eleemosinae, quae a peregrinis vel aliis Dei fidelibus eis conferantur, a perversis hominibus auferantur. Ferreira Mem. dos Templarios I. II. 859, ubi in nominatione falso legitur „Alexander", sed in lemmate recte „Hadrianus IV.". — „Quantum sacra templi".
„ 18.	„	10415 β Patriarchis, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, clericis et laicis scribit, concessisse se fratribus templariis, ut „undecunque idoneos presbyteros ad suum servitium assumant, qui bene sint ordinati et licentiam proprii episcopi habeant." De aliis eorum privilegiis addit. Ferreira Mem. dos Templarios I. II. 868. — „Militia Dei quae".
Iul.		10423 α *(Petro) praefecto Urbis eiusque consortibus pro mille marcis argenti debitis „totum ius, quod Romana ecclesia habet in civitate Castellana et in toto eius comitatu et Monte Alto, excepto eo, quod Malavolta tenet in ista civitate a Romana ecclesia", oppignorat. Convenit praeterea, quod illos „ad reedificandas domos suas in Urbe iuvabit, ita tamen, ut nec expensas nec guerras huius rei causa facere teneantur". Vide instrum. ap. Muratori Antiqu. Ital. IV. 31.
Nov. 3.	Laterani	10429 α Monasterio S. Mariae Columbensi donatas a Gaufredo quondam episcopo Carnotensi ecclesias confirmat. In bibl. nat. Paris. Coll. Gaignières ms. lat. 17048. fol. 431—447. Dedit A. Clerval Carnotensis.

1159.

Iun. 12. Anagniae 10573α Archiepiscopos et episcopos, (abbates et alios ecclesiarum praelatos) hortatur, populum sibi commissum adducant, ut in favorem templariorum collectas instituant. Qui in eorum fraternitate collegam se statuerit et ei beneficia annua contulerit, ei de iniuncta poenitentia septimam partem relaxat, cet. Ferreira Mem. dos Templarios I. II. 767. — „Milites templi Hierosolymitani".

ALEXANDER III. 1159—1181.

1160.

Apr. 19. Anagniae 10630α Ecclesiae S. Mariae Castellanae (Ianuensis) antiquas consuetudines confirmat, et nova privilegia concedit, bulla ad O. praepositum. Vigna Illustrazione di S. Maria di Castello, Genova 1864, p. 472, teste Desimoni Regesti p. 62. n. 144. — „Tunc recte officium".

1161.

Febr. 25. Anagniae 10656α Ecclesiae Toletanae patrocinium suscipit, oppida dioecesis constituit ac possessiones confirmat, petente Iohanne archiepiscopo. Boletin de la real. acad. de la hist. VII. 218. — „Pie postulatio voluntatis".

Mart. 2. („) 10657α *Adinolfo, episcopo Alatrino, mandat, ut Iohanni Ionathae de Vico „pauperi clerico dioecesis suae" provideat. (Rectene ascripta sit anno huic, disceptandi non habeo facultatem.) Luigi de Persiis Del pontificato di S. Sisto I. papa e martire, della traslazione delle sue reliquie da Roma in Alatri, Alatri 1884, p. 213 ex arch. capit. Alatr. pergam. n. 166. (Extractum ex hoc libro, quem ipse non vidi, debeo Edmundo Bishop.)

Sept. 5? Ferentini 10676α (12409 nostrae ed.) Syro archiepiscopo et consulibus Ianuensibus scribit, sese ad eorum preces litteras direxisse ad canonicos S. Laurentii „pro illa domo diruenda, quae formositatem maioris portae ipsius ecclesiae dicatur impedire". Addit Henricum archiepiscopum Beneventanum et B(onadiem) presbyterum cardinalem tit. S. Chrysogoni ad Emanuelem, imperatorem Graecorum, pro negotiis ecclesiae destinatos esse. Rogat, ut cives Ianuenses in ipsius imperio morantes hortentur, ut apostolicae sedis legatos honeste recipiant et adiuvent. Desinit ita: „In eisdem quoque litteris vestris quam fidelitatem et devotionem circa Romanam ecclesiam et personam nostram habetis, plenius denotare studeatis, ut vobis (corr.: verbis) praedictorum legatorum fides plenior debeat adhiberi et scismaticorum heresis confutari." Desimoni Regesti p. 107. („Dat. VIIII. id. Sept."; Pflugk-Harttung Iter p. 275: „XIIII. id. Sept.".) — „Super illo dilectionis".

Dec. 8. Terracinae 10684α Quae ecclesiae S. Petri de Hegtredeberie (Heytesbury) Ioscelinus episcopus et Rogerus quondam archidiaconus Sarisberiensis et Mathilda olim imperatrix et Elyas Giffard aliique contulerint, ea confirmat. Iones The Reg. of S. Osmund I. 352. — „Iustis petentium desideriis".

1162.

Febr. 23. Ianuae 10698α (Oberti) episcopi Dertonensis eiusque successorum possessiones et iura confirmat. Bottazzi Monumenti dell' Archiv. capit. di Tortona, Tortona 1837, p. 36, teste Desimoni Regesti p. 65. n. 161. — „In eminenti".

10803α *Ecclesiae S. Mariae Magdalenae Castrodunensis possessiones confirmat. Bourdas Hist. somm. du Dunois II. 221.

1163.

Ian. 7. Turoni 10807α Templi Hierosolymitani tutelam suscipit, privilegiaque confirmat et auget, petente Bertrano magistro. Ferreira Mem. dos Templarios I. II. 774. — „Omne datum optimum".

„ 10870α Ecclesiae Mediolanensis possessiones et privilegia confirmat, bulla ad Obertum archiepiscopum. Sormanus De anathemate contra Gallos p. 232 teste Giulini Mem.

1163.

di Mil. VI. p. 299—306, ubi argumentum fusius exponitur; bullam datam esse Turoni „d. 14. Apr.“, Giulini l. l. dicit; mense vero Aprili papa Parisius erat. Bullam hanc in regestis nostris non exstare, recte animadvertit Gräf Die Gründung Alessandrias, Diss. Berol. 1887, p. 24, neque vero vidit, diem et locum non concordare verbaque „14. Apr.“ mendum certe continere.

1163—1164.

Dec. 3. Senonis 10983α Archiepiscopis, episcopis et aliis sanctae ecclesiae praelatis mandat, curent, ne fratribus templariis eleemosynae, quae a peregrinis vel aliis Dei fidelibus eis conferantur, a perversis hominibus auferantur. Ferreira Mem. dos Templarios I. II. 858, ubi falso bulla Alexandro IV. tribuitur. — „Quantum sacra templi“.

1164—1165.

Ian. 21. Senonis 11105α Hospitale Castrodunense a solvendis decumis eximit. Belfort Archives de la Maison-Dieu de Châteaudun p. 11, ut mihi scribit A. Clerval Carnotensis. — „Iustis petentium desideriis“.

Mart. 8. „ 11124α Ecclesiam S. Geraldi Lemovicensem cum hospitali tuendam suscipit eiusque possessiones et privilegia confirmat, petente Helia sacerdote et rectore. Docum. hist. bas-latins I. 261. („Ex autographo“ expresse dicunt editores; sed cum bulla „sollemnis“ sit, miror clausulam parvam additam esse: „Dat. Senon. 8. id. Mart.“. Videtur esse eadem ac 13981, quam ex ms. bibl. nat. Paris. sumpsimus.) — „Quotiens illud a“.

1165.

Mai. 18. Silviniaci 11193α Anskitillo de Ridale militi confirmat ea, quae Walterus de Ridale frater ei reliquerit, videlicet villas Witunes, Lilescleve et Brahebi, aliasque possessiones ac conventionem cum Huctredo sacerdote super villa Lilescleve, mediante M(alcolmo) Scottorum rege, factam. Archaeologia Aeliana 1887. p. 202, cf. ibid. p. 197. — „Iustis petentium desideriis“.

1166.

(Ian. 30.) (Laterani) 11259α (Ludovico) Francorum regi eiusdem tenoris litteras ac 11259 mittit. Robertson Materials V. 245. — „Inter ceteras divinae“.

(Aug.) („) 11288α Thomae, archiepiscopo Cantuariensi, scribit, sese ad preces eius petitionem comitis P(hilippi) adimplevisse. Robertson Materials VI. 21. — „Fraternitatis tuae litteras“.

1166—1167.

Mart. 2. Laterani 11322α Hugoni archiepiscopo, capitulo et consulibus Ianuensibus mandat, ut constitutiones ab ecclesia S. Mariae Castellana super altaribus b. Virgini dedicatis factas observandas curent. Vigna Illustraz. di S. Maria di Castello, Genova 1864, p. 475 teste Desimoni Regesti p. 67. n. 176. — „Relatum est auribus“.

1168.

Oct. 23. Beneventi 11420α W(illelmum) electum Senonensem rogat, ut Gileberto, (Bono)niae studenti, nepoti Thomae archiepiscopi (Cantuariensis), concedat beneficium, „quod Gaufrido consobrino eius constituerit singulis mensibus percipiendum“; sed faciat, ut „uno tempore anni insimul assignetur, ut hoc commodius possit percipere et in mittendis nuntiis non debeat praegravari“. Robertson Materials VI. 485, Archaeologia Cantiana X. 26. — „Quanto te circa“.

1169.

Mai. 11. Beneventi 11621α Ecclesiae S. Saturnini Tolosanae tutelam suscipit et privilegia confirmat, petente Hugone abbate. Fratribus decem solidorum Pictaviensis monetae veteris censum annuum imponit. Douais Cartul. de St.-Sernin de Toulouse p. 483. — „Apostolici moderaminis clementiae“.

„ 11. „ 11621β Clericis ecclesiarum de Vallibus Saos, Segeer et Seles praecipit, ut ab ecclesia S. Saturnini Tolosana, iuris S. Petri, chrisma et oleum sanctum suscipiant, sicut a 50 retro annis factum sit. Douais Cartul. de St.-Sernin de Toulouse p. 486. — „Iniunctae nobis administrationis“.

1169.

Mai. 14. Beneventi 11621γ Ecclesiae S. Caprasii Aginnensis possessiones confirmat, petente B. priore. Cop. saec. XIII. in Arch. dép. de la Haute-Garonne in Toulouse, fonds de St.-Sernin, Liasse 8. titre 4. Ex litteris Douais mecum communicavit comes Riant. — „Apostolici moderaminis clementia".

1170.

Sept. 16. Ferentini 11837α Ab Hugone archiepiscopo Ianuensi et Gerardo abbate Civitatulano latam inter ecclesiam S. Mariae Castellanam et ecclesiam SS. Nazarii et Damiani sententiam confirmat. Vigna Illustraz. di S. Maria di Castello, Genova 1864, p. 477 teste Desimoni Regesti p. 68. n. 184. — „Quotiens super re aliqua".

„ 17. „ 11837β Clericos SS. Nazarii et Damiani hortatur, ut sententiam in favorem S. Mariae Castellanae latam observent. Vigna Illustraz. di S. Maria di Castello p. 478 teste Desimoni Regesti p. 68. n. 185. — „Ea quae de mandato".

1172.

Aug. 28. Tusculani 12160α Decano et capitulo Wormatiensi indulget, ut ecclesiae malefactores, si tertio commoniti satisfacere noluerint, cum assensu electi (Conradi) vel episcopi excommunicent. (Textus depravatus est.) Westdeut. Zeitschr. f. Gesch. u. Kunst VII. 97. — „Si quando postulatur".

1160. 1173.

Nov. 26? Anagniae 12174α Lunensem episcopum miratur „ad mandatum et suggestionem Friderici (— non dicimus imperatoris, sed vehementis persecutoris ecclesiae" —) civibus Ianuensibus apostolicae sedi fidelibus Portum Veneris una cum consulibus Pisanis abstulisse itaque potentiam illius auxisse, qui se ipsum (i. e. papam) de die in diem vehementissime persequi non desisteret. Mandat, a tali praesumptione abstineat et ab obsequio „memorati tiranni" ulterius se subtrahat. Desimoni Regesti p. 104. (Quae de tempore epistolae profert auctor ibid. p. 67. n. 174, nullius momenti sunt. Ceterum in regesto et in lemmate epist. legitur: Nov. 15; in clausula vero „VI. kal. Dec.".) — „Licet devotionem".

1173.

Febr. 26. Signiae 12192α Fratribus de Claromaresco praecipit, ut monasterii S. Bertini Sithiensis privilegia super territorio Arquensi observent. Fragm. ap. Haigneré Les chartes de St.-Bertin I. 118. — „Sicut vobis iura".

Aug. 7. Anagniae 12233α „Duobus curialibus" mandat, ut exequantur iudicium ab ipso prolatum in favorem Alatrinorum contra Frusinates, fundum „Campi Flori" sibi vindicantes. Luigi de Persiis Del pontificato di S. Sisto I. papa e martire, della traslazione delle sue reliquie da Roma in Alatri, Alatri 1884, p. 213: ex Arch. capit. Alatr. pergam. n. 12. (Extractum ex hoc libro, quem ipse non vidi, debeo Edmundo Bishop; ideoque facultatem non habeo disceptandi, rectene sit ascripta epistola huic anno necne.)

Oct. 26. „ 12241α (8285) Henrico, archiepiscopo Remensi, mandat, ut fugitivos H. thesaurarii ecclesiae Altissiodorensis servos reverti ad eundem dominum cogat. Martene Coll. II. 992, Migne 200 p. 965. (Jaffé hanc ep. annis 1173—74 attribuerat; sed die 26. Oct. a. 1174 papa „Anagniae" iam non erat. Suo loco eam delevi, sed in locum alium transferre oblitus eram.) — „Dilectus filius noster".

1175.

Mai. 22. Ferentini 12485α Consulibus Ianuensibus ecclesiam S. Ruffi omnesque ad eam pertinentes ecclesias commendat. Hortatur eos, ut ecclesiae S. Salvatoris, in cuius terra noviter muri ad munitionem civitatis sint erecti, dignam compensationem exhibeant. (In clausula „II. kal. Iun." significare „11", non „2" docet regestum p. 69. n. 188.) Desimoni Regesti p. 109. — „Ecclesiam S. Ruffi".

Sept. 10. „ 12518α Domum leprosorum Baiocensium tuendam suscipit eiusque possessiones ab Heinrico Anglorum rege, Henrico episcopo Baiocensi eorumque praedecessoribus aliisque donatas confirmat. In bibl. publ. Baiocensi ms. 1, Cartul. de prieuré de St.-Nicolas de la Maladrerie près Bayeux, vulgairement nommé de la Chesnay, scr. c. 1450. fol. 7. — „Iustis petentium desideriis".

1160—1176.

Apr. 27. Anagniae 12557α Monasterio Ramesiensi confirmat ecclesias quasdam, nundinas apud S. Ivonem, libertates et immunitates a regibus Angliae indultas, cet. Hart and Lyons Cart. de Rameseia II. 147. — „Iustis petentium desideriis".

Iun. 1. „ 12578α Archidiaconis, in quorum archidiaconatibus ecclesiae monasterii Ramesiensis consistunt, prohibet, ne „sub praetextu alicuius consuetudinis vel palliationis" pecuniam ab eis exigant. Addit haec: „Cum autem collectas denariorum b. Petri per archidiaconatus vestros feceritis, in collectione facienda praedictas ecclesias vel parochias gravare nullatenus praesumatis, aliter sive magis quam praedecessores vestri tempore . . . Innocentii et Eugenii . . . fecisse noscuntur". (Nota papam Hadrianum, natione Anglicum, non nominari.) Hart and Lyons Cartul. de Rameseia II. 152. — „Ea quae de avaritiae".

1174—1176.

Iul. 27. Anagniae 12676α (12615 nostrae ed.) Exoniensi et Wigorniensi episcopis negotium dat, ut Natanaeli militi super capella de Livelande, si ipsum nihil iuris in ea habere constiterit, silentium imponant, deinde vero inter fratres S. Bertini Sithienses et Richardum archiepiscopum Cantuariensem, apost. sedis legatum, diiudicent, cum utraque pars possessionem ipsius capellae sibi vindicet. Haigneré Les chartes de St.-Bertin I. 125: „VI. kal. Aug." — „Ad audientiam nostram".

1176.

Mart. 25. Anagniae 12690α Ecclesiae S. Saturnini Tolosanae, rogatu Pontii abbatis, tutelam suscipit, bonaque et privilegia confirmat, imposito fratribus decem solidorum Pictaviensis monetae veteris censu annuo. Douais Cartul. de St.-Sernin de Toulouse p. 487. — „Apostolici moderaminis clementiae".

„ 30. „ 12690β T. (lege: Richardi?) archiepiscopi Cantuariensis, apost. sedis legati, studium erga Romanam ecclesiam laudat. Mandat, ut falsarium Adam omni ecclesiastico officio et beneficio privet, et „si in terram redierit (sc. Adam), eum capere studeat et in arcto monasterio retrudat, et ibidem faciat perpetuis temporibus remanendum". Robertson Materials for Thomas Becket V. 34: „Dat. (An)agn(iae) III. kal. Apr." (Hisce annis 1160. 1161. 1173. 1174. 1176 papa mense Martio Anagniae moratus est. Sed anni 1160 et 1161 abiiciendi sunt, cum demum mense Maio 1162 Thomas archiepiscopus factus sit; neque vero annorum 1173—1176 habenda est ratio, quia Thomas anno 1170 mense Dec. occisus est. Si vero de anno 1170, quo papa per paucos dies mensis Octobris Anagniae fuit, cogitare velimus, notam diei „III. kal. Apr." mutare cogimur. Sed hanc mutationem commendare omnino nequeo, cum litterae videantur directae praelato in plenitutine officii consistenti, id quod de Thoma archiepiscopo anno 1170 dici minime potest. Quam ob rem Robertson l. l. suadet, ut pro T. legamus R., epistolamque Richardo archiepiscopo, successori Thomae, qui anno 1174 mense Aprili consecrationem accepit, missam censeamus. Ceterum errat Robertson, ut ipse in corrigendis fatetur, Materials VI. p. XVI, Jafféum hanc epistolam a. 1165—69 ascribere; ap. Jafféum frustra eam requiris; et epistolam iisdem verbis incipiens, supra 11436, ad aliud prorsus negotium pertinere vides. Falso praeterea indicat Robertson l. l. in lemmate epistolae, eam in S. Thomae Epp. ed. Giles Nr. 344 exstare; neque enim in editione Gilesiana reperitur.) — „Curam et sollicitudinem".

Iun. 2. „ 12713α Romano episcopo Gurcensi fines episcopatus ac vicariatum ecclesiae Salzburgensis confirmat. (Verbotenus fere concordat cum ep. 12154.) Autogr. in tab. Klagenfurtensi. Misit R. Thommen. — „Fratres nostros".

Sept. 16. „ 12734α Parthenonis S. Aviti Castrodunensis tutelam suscipit bonaque et privilegia confirmat, petente Hildeardi abbatissa. (Notae temporis sunt corruptae.) Bourdas Hist. somm. du Dunois II. 270. — „Prudentibus virginibus".

Oct. 17. („) 12736α Petente Rainone, tutore filiorum Petri Fraiapanis, eorundem novercae Mariae solvit 130 libras Proveniensium, quas ex conventione cum Petro de 500 libris facta adhuc debebat. (Scripsit hanc cartam Ildicius iudex „Anagninus".) Studi e docum. di storia e diritto VII. 44.

1176.

12750 α *Gilberto Londoniensi et Rogero Wigorniensi episcopis mandat, ut canonicis S. Frideswidae Oxoniensibus super controversia contra ecclesiam Oseneiensem agitata silentium imponant. Vide Howlett Chronicles of Stephen, Henry and Richard I. p. XLII.

1177.

Ian. 22. Siponti — 12768 α Monachos S. Bertini Sithienses hortatur, ut Simoni abbati (nuper electo) obedientiam et reverentiam exhibeant. Haigneré Les chartes de St.-Bertin I. 127. — „Inanis est et vana".

Febr. 4. — 12775 α *Xenodochii Hierosolymitani possessiones et privilegia confirmat, petente Rogero magistro. Reg. ap. Naberat Sommaire des privil. de l'ordre de St.-Jean p. 35. (Bulla fortasse ad a. 1178 redigenda; saepissime editores non animadverterunt, in cancellaria apostolica secundum calculum Florentinum annos indicari solitos esse.)

Apr. 18. Ferrariae — 12801 α Monasterii Ramesiensis protectionem suscipit ac „libertates, oblationes, dignitates, immunitates, iura, quae emendationes vocantur", confirmat. Hart and Lyons Cartul. de Rameseia II. 148. — „Cum in apostolicae sedis".

„ 28. „ — 12816 α Archiepiscopos, episcopos, abbates, priores et alios ecclesiarum praelatos hortatur, ut populum sibi commissum ad instituendas pro templariis collectas admoneant. Eis, qui in eorum fraternitate se recipiendos curaverint et ei beneficia annuatim contulerint, septimam poenitentiae partem relaxat; cet. Ferreira Mem. dos Templarios I. II. 769. — „Milites templi Hierosolymitani".

Mai. 23. Venetiis in Rivo alto — 12846 α (Richardo) archiepiscopo Cantuariensi, apost. sedis legato, scribit, ecclesiam S. Petri Haltonensem ex arbitrio (Silvani) abbatis Rievallensis et (Gregorii) prioris Bridlingtoniensis monachis de Nehus adiudicatam esse, mandatque, ut abbatissae et sororibus Alnestovensibus super hac re silentium imponat. (E cod. Mus. Britan. Harleian. 43. G. 24 anglice vertit) Wigram Chronicles of Elstow p. 47. — „From lettres of our beloved brothers" („Ex litteris dilectorum"?).

Iun. 9. „ — 12866 α (Iohannis) episcopi Carnotensis possessiones, in his abbatiam S. Andreae confirmat. In bibl. publ. Carnot. 2[e] partie des mss. n. 34. fol. 227[b]. Misit A. Clerval Carnotensis. — „Et ordo rationis".

Iul. 26. — †12890 α Veronae altare maius S. Mariae antiquae consecrat, eisque qui in die assumptionis b. Mariae et per octavam ecclesiam visitaverint et de facultatibus adiuverint, de iniuncta poenitentia centum annorum remissionem indulget. Inscriptio, sine dubio falsa, ap. Schöpflin Hist. Zaringo-Bad. V. 118.

1178.

Ian. 11. (Anagniae) — 13009 α Adinulfo, Landulfo et Stulto, filiis Gregorii pagani, castrum Falbaterie usque ad 29 annos in feudum concedit. Studi e docum. di storia e diritto VII. 45. (Scripsit cartam Ildicius, quem iudicem Anagninum fuisse didicimus ex num. 12736 α.)

Iun. 13. Laterani — 13073 α Monasterii Heiningensis protectionem suscipit, possessionesque et privilegia confirmat, petente Heinrico praeposito. Autograph. in bibl. Beverin. Hildeshem. Sammlung Kraatz, Abth. Heiningen. Dedit Doebner. (Cf. etiam Lüntzel Gesch. d. Diöc. u. Stadt Hildesh. II. 224.)

„ 30. „ — 13079 α Monasterii Ramesiensis tutelam suscipit, possessionesque et privilegia confirmat, petente Roberto priore. Hart and Lyons Cartul. de Rames. II. 134. — „Apostolici moderaminis clementiae".

Iul. 18. „ — 13085 α Bona praepositurarum, quae Guillelmus episcopus Carnotensis ad usum capituli communem deputavit, confirmat. In bibl. publ. Carnot. 2[e] partie des mss. n. 34. fol. 62[b], intitulato: Registr. privilegiorum papalium eccl. Carnot. Misit A. Clerval Carnotensis. — „Ad nostram noveritis audientiam".

1159—1179.

Nov. 27. Anagniae — 13141 α Episcopo Morinensi scribit, ut immunitatem ecclesiarum ad monasterium S. Bertini Sithiense pertinentium, quae in eius dioecesi sitae sint, observet. Fragm. ap. Haigneré Les chartes de St.-Bertin I. 135. n. 304. — „Iniunctum nobis a Deo".

1166—1179.

Mart. 7. Laterani — 13179 *α* Bituricensi archiepiscopo et Lingonensi ac Tullensi episcopis et archidiaconis (in eorum dioecesibus constitutis) mandat curent, ut fratres Cistercienses a solvendis decumis non solum novalium sed omnium laborum liberentur. Ex copia saec. XIII. in fol. 1. cod. 6 bibl. coen. Zwettlensis misit M. Tangl. — „Audivimus et audientes“.

„ 28. „ — 13194 *α* *Ecclesiae Paderbornensi, capitulo rogante, monasterium Helmershusense, sicut canonice possideat, confirmat. Finke Westfäl. Urkundenb. V. 47. n. 125.

1179.

Mart. 5. Laterani — 13317 *α* Capitulo Carnotensi scribit, ne quis ecclesiae servos taillare praesumat. (Bulla fortasse ad a. 1166—79 redigenda, vide supra ep. 13176.) In bibl. Carnot. 2e partie des mss. n. 34. fol. 63 intitulato: Registrum privilegiorum papalium eccl. Carnot. Misit A. Clerval Carnotensis. — „Cum ecclesiarum“.

19. („) — 13333 *α* *Ecclesiae S. Mariae Hierosolymitanae subiicit ecclesiam S. Mariae Bethleemitanam. (Notae temporis sunt corruptae; sed bullam ad hunc annum pertinere, probant et ind. XII et incarn. anni 1178; pro „pont. a. 18“ corrigatur igitur „pont. a. 20“.) Pirri Sic. sacr. I. 584.

1180.

Mart. 28. Velletri — 13635 *α* Monasterii S. Martiani Dertonensis possessiones et iura confirmat. Bottazzi Carte inedite dell' Arch. capit. di Tortona p. 141, Bottazzi Monumenti dell' Arch. capit. di Tortona p. 40 teste Desimoni Regesti p. 71. n. 204. — „Piae postulatio voluntatis“.

Mai. 10. („) — 13655 *α* Walterum de Ridal, ob devotionem patris, b. m. Anskitilli (cf. supra 11193 *α*) erga sedem apostolicam, tuendum suscipit eique possessiones quasdam confirmat. (Quo loco bulla data sit, iam legi nequit; sed in tergo notatum est „A. dom. 1180“, quibus verbis nisus eam huic anno inserui; aliter de nota dorsuali iudicat Bates in) Archaeologia Aeliana 1887. p. 203, cf. ibid. p. 198. — „Sacrosancta Romana ecclesia“.

Iul. 15. Tusculani — 13685 *α* Archiepiscopis, episcopis, abbatibus et aliis ecclesiarum praelatis mandat, curent ne a fratribus militiae templi decimae „de novalibus vel de aliis terris, quas propriis manibus vel sumptibus excolant, sive de nutrimentis animalium“ exigantur, ut vel post concilium Lateranense factum sit. Transgressores, si clerici sint, suspendant, si laici, excommunicent, donec satisfecerint. Ferreira Mem. dos Templarios I. ii. 789. — „Audivimus et audientes“.

c. 1180.

13723 *α* Monasterii S. Hippoliti in Austria tutelam suscipit, possessionesque et privilegia confirmat, petente Cunone praeposito. Duellius Excerpta genealogico-historica, Lipsiae 1725, p. 30. (Bulla etiam exstat apud Maderna Historia Canoniae Sanhippolit. II. 58, meliusque ap. Lampel und Filgel Urkundenb. v. St.-Pölten I. 18, ut nobis scribit vir ill. Lampel. — „Desiderium quod ad“.

1171—1181.

Ian. 12. Tusculani — 14244 *α* *Fratribus S. Bertini Sithiensibus praecipit, ut ad servitium in ecclesia Burburgensi duos presbyteros reservent. Haigneré Les chartes de St.-Bertin I. 139. n. 313. — „Relatum est auribus“.

LUCIUS III. 1181—1185.

1181.

Nov. 23. Romae ap. S. Petrum — 14521 *α* (Desiderio) episcopo Morinensi scribit de Hucbaldo milite, qui terram quandam ab matre sua Ele capellae monasterii S. Bertini Sithiensis donatam auferre conetur. Fragm. ap. Haigneré Les chartes de St.-Bertin I. 142. — „Dilectus filius noster“.

1181.

Nov. 24. Romae ap. S. Petrum. 14521β (Desiderio) episcopo Morinensi mandat, investiget et diiudicet causam abbatis et fratrum S. Bertini Sithiensium cum Bonardo presbytero, contra voluntatem illorum in capella de Guelferton divina ministranti. Haigneré Les chartes de St.-Bertin I. 143, (Iohannis Longi Chron. in MG. SS. XXV. 816). — „Significavit nobis dilectus“.

14549α *Parochianis Andernacensibus conquerentibus, plebanos inde a tempore schismatis ecclesiam deserere et a vicariis eorum divina officia celebrari, respondet, sese eorum archiepiscopo mandasse, ut propter multitudinem populi succrescentem pristinum statum restitueret et plebanos ecclesiis personaliter deservire iuberet. Huius epistolae autographon anno 1835 in tabulario Andernacensi exstitisse, testatur Mering Gesch. d. Burgen, Rittergüter, Abteien und Klöster in den Rheinlanden etc. II. 58; cf. etiam Jahrbücher d. Ver. von Alterthumsfreunden im Rheinlande, Bonn 1884, Heft 77. p. 207.

1181—1182.

Sept. 19. Velletri. 14549β Archiepiscopis, episcopis et universis ecclesiarum praelatis mandat, ut privilegia fratribus militiae Templi indulta observent. Ferreira Mem. dos Templarios I. II. 806. — „Ad vestram potest“.

„ 22. „ 14549γ Fratribus militiae Templi concessas a Romanis pontificibus libertates et immunitates confirmat. Ferreira Mem. dos Templarios I. II. 805. — „Apostolicae sedis benignitate“.

1182.

Ian. 16. Laterani. 14570α *(Simoni) abbati S. Bertini Sithiensi permittit, ut in loco Manassis, curati ecclesiae S. Margarethae, qui canonicus factus sit, alium instituat. Haigneré Les chartes de St.-Bertin I. 143. n. 324. — „Delatum est nobis“.

Dec. 7. Velletri. 14712α Ecclesiae S. Iacobi in Arolsen tutelam suscipit, possessionesque et privilegia confirmat, petente Eremberto praeposito. Finke Westfäl. Urkundenb. V. 52. — „Piae postulatio voluntatis“.

1182—1183.

Mai. 26. Velletri. 14789α Compositionem inter P(etrum) episcopum et archipresbyterum canonicosque Lunenses super quibusdam rusticis factam confirmat. Desimoni Regesti p. 109. — „Quia quae concordia“ (leg. puto „Ea quae concordia“).

1183.

Dec. 7. Anagniae. 14951α Universis ecclesiarum praelatis mandat, prohibeant ne a fratribus Hardehusensibus vel ab aliis ordinis Cisterciensis fratribus decimae de novalibus vel de aliis terris, quas propriis manibus vel sumptibus colant, seu de nutrimentis animalium extorqueantur. Finke Westfäl. Urkundenb. V. 56. — „Audivimus et audientes“.

1184.

Ian. 2. Anagniae. 14966α *Episcopo Morinensi et G. eius archidiacono negotium dat, curent ut N(icolaus) miles monasterio S. Bertini Sithiensi ablatam terram de Wiserna restituat. Haigneré Les chartes de St.-Bertin I. 145. n. 328. — „Ex transmissa conquestione“.

Apr. 11. Verulis. 15016α Abbati Cluniacensi et priori et fratribus ecclesiae Silviniacensis scribit, statuisse se, ut cum burgenses ad ecclesiam Silviniacensem pertinentes parati fuerint in praesentia prioris ipsius ecclesiae iustitiam exhibere, ad alienum iudicium minime trahantur. Insertum bullae Honorii IV. d. d. 11. Mai 1286 ap. Prou Les régistres d'Honorius IV. T. I. 290. n. 408. — „Cum ab apostolica“.

„ 22. „ 15020α *Desiderium episcopum Morinensem iubet procedere contra eos, qui decimam alecium monasterio S. Bertini Sithiensi debitam solvere recusent. Haigneré Les chartes de St.-Bertin I. 146. — „Dilecti filii abbas“.

Oct. 29. Veronae. 15104α Monasterii Corbeiensis protectionem suscipit, possessionesque et privilegia confirmat. Conrado abbati sandaliis, dalmatica, mitra, anulo uti, iuxta altare sedere, populumque infra monasterium vel prioratus conventuales docere permittit. Finke Westfäl. Urkundenb. V. 58, cf. notam ad 15104 in Addendis. — „Effectum iusta postulantibus“.

1184.

Oct. 30. Veronae †15105α Possessiones ad iurisdictionem monasterii Corbeiensis pertinentes, quae „in beneficium vel alio modo teneantur“, sine assensu capituli vel maioris partis in manus alienas transferri vetat. (Privilegium hoc a falsario fabricatum esse, non dubito, a Falkio ut opinor.) Finke Westfäl. Urkundenb. V. 60. n. 146 de fide eius non dubitare videtur. — „Quanto specialius monasterium“.

Dec. 11. „ 15135α Omnibus episcopis, in quorum dioecesibus monasterium S. Bertini Sithiense ecclesias habet, praecipit, ut parochianos quosdam ad solvendas hortorum, arborum, pratorum decimas monasterio debitas censura ecclesiastica compellant. Haigneré Les chartes de St.-Bertin I. 147. — „Pervenit ad audientiam nostram“.

„ 13. „ 15136α (Theobaldo) episcopo Ambianensi et abbati Blangiacensi mandat, ut monasterio S. Bertini Sithiensi terram de Wiserna (a Nicolao milite usurpatam) restitui faciant. Haigneré Les chartes de St.-Bertin I. 147. — „Querelam dilectorum filiorum“.

1181—1185.

15190α *Monasterii de Portu S. Mariae patrocinium suscipit, eiusque possessiones et amplissima privilegia constituit. Gilbert Chartul. of St. Mary's Abbey II. 104. — („Religiosam vitam eligentibus“.)

1182—1185.

15219α Monasterii Bolandensis (Hagenensis) in aptiorem locum Rodenkirchen (Rubra ecclesia) auctoritate C(onradi) archiepiscopi Moguntini translati, tutelam suscipit, possessionesque et privilegia confirmat, bulla ad Stephanum abbatem. (Bulla data videtur post n. 14644, a qua in bonis et privilegiis enumerandis valde differt.) Remling Urk. Gesch. d. Abt. in Rheinbayern II. 340. — „Si quando postulatur“.

1183—1185.

15220α *Monialibus de Feritate possessiones confirmat, in his „decimam panis et vini in cellario comitis Nivernensis“ donatam a Guillelmo comite Nivernensi, „qui apud Bethleem sepultus est“. („Inc. a. 1183, pont. a. IV.“ pro quo legendum videtur „1184“.) Hugo Tortus Chron. epp. et comitum Nivern. ad a. 1161, quod edidit René de Lespinasse in Bulletin de la soc. Nivernaise 1872, seconde série, t. V. 71.

1184—1185.

Sept. 18. Veronae 15257α (Petro) episcopo Atrebatensi mandat, prohibeat, ne laici a monasterio S. Bertini Sithiensi decimas extorqueant. Fragm. ap. Haigneré Les chartes de St.-Bertin I. 149. n. 339. Cf. Iohannis Longi chron. in MG. SS. XXV. 816. — „Ad audientiam nostram“.

„ 28. „ 15266α Compositionem inter ecclesiam S. Saturnini Tolosanam, et G. priorem hospitalis S. Aegidii, tempore b. m. Raimundi episcopi Tolosani, super cimiterio quodam factam confirmat. Douais Cartul. de St.-Sernin de Toulouse p. 490. — „Ea quae concordia“.

Oct. 6. „ 15271α Ecclesiae Remensis episcopis suffraganeis scribit, fratres S. Bertini Sithienses sibi questos esse, „quod ab incolis regionis illius . . . sustineant molestias et pressuras, . . . plerumque fractis seris et ostiis in officinas praefatae ecclesiae irrumpant et ecclesiasticis facultatibus asportatis in fratres ipsos impias manus extendant.“ Mandat, ut talia prohibeant. Haigneré Les chartes de St.-Bertin I. 150. — „Transmissa nobis S. Bertini“.

Nov. 10. „ 15317α Abbati S. Vedasti et R. archidiacono Atrebatensi mandat, ut habitatores de Greveningues et de Petronessa ad solvendas decimas alecium, monasterio S. Bertini Sithiensi debitas, compellant. Fragm. ap. Haigneré Les chartes de St. Bertin I. 150. — „Pervenit ad nos“.

1185.

Ian. 6. Veronae 15343α Andernensi et Longovillariensi abbatibus mandat, ut monasterii S. Bertini Sithiensis parochianos quosdam de Greveningues, de Petronissa, aliosque ad solvendas alecium decimas compellant. Fragm. ap. Haigneré Les chartes de St.-Bertin I. 149. n. 337. — „Dilectorum filiorum nostrorum“.

1185.

Febr. 14. Veronae — 15364α Fratribus Aridagamantinis (Aroasiensibus) indulget, ne quis in eos vel eorum monasterium suspensionis, excommunicationis seu interdicti sententiam sine rationabili causa promulget seu eos indebitis exactionibus aggravet. Alia privilegia addit. Gosse Hist. d'Arrouaise p. 123. — „. . . Nullus etiam archiepiscoporum".

Iun. 13. „ — 15434α Fratres Avulenses, cum iuxta sententiam Lucii II. papae ecclésiae Lunensi subiecti sint, episcopo Lunensi obedire et statuta eius observare iubet. Desimoni Regesti p. 111. — „Cum universarum ecclesiarum".

URBANUS III. 1185—1187.

1186.

Apr. 8. Veronae — 15580α (Archiepiscopis et episcopis, in quorum dioecesibus fratres Aroasienses possessiones habent) scribit, audivisse se, laicos quosdam decimis de iure ad ecclesias Aroasienses devolvendis filios proprios investire. Quod prohiberi iubet. Gosse Hist. d'Arrouaise p. 131 (et 124). — „Pervenit ad audientiam".

„ 19. „ — 15587α *Abbatibus Aroasiensibus concessa a Romanis pontificibus privilegia confirmat. Gosse Hist. d'Arrouaise p. 125.

Aug. 1. „ — 15656α Templi Hierosolymitani possessiones amplissimaque privilegia confirmat, bulla ad Gerardum magistrum. Ferreira Mem. dos Templarios I. II. 811. — „Omne datum optimum".

1185—1187.

15723α *Archiepiscopis et episcopis, in quorum dioecesibus abbatiae ordinis Aroasiensis consistunt, mandat, curent, ut eorum abbates ad capitulum generale accedant et, si necesse fuerit, censuris ecclesiasticis ad id compellant. Gosse Hist. d'Arrouaise p. 124.

15723β *(Guillelmo) archiepiscopo Remensi, S. Sabinae cardinali et apost. sedis legato, fratres Aroasienses commendat. Gosse Hist. d'Arrouaise p. 125.

15734α Monasterii S. Ivonis (ad monasterium Ramesiense pertinentis) patrocinium suscipit ac possessiones et iura confirmat, petente Willelmo priore. Monast. Anglic. nov. ed. II. 632, Hart and Lyons Cartul. de Rameseia II. 162. — „Piae postulatio voluntatis".

1186—1187.

Ian. 3. Veronae — 15758α Ugoni praeposito et fratribus S. Mariae de Castello Ianuensibus confirmat ea, quae ipsi et Alexander III. papa super altaribus b. Virgini dedicatis statuerint. Altare in ecclesia S. Georgii erectum interdicto supponit. Vigna Illustraz. di S. Maria di Castello, Genova 1864, p. 479 teste Desimoni Regesti p. 77. n. 257. — „Causarum exitum et".

„ 30. „ — 15780α Fratribus militiae templi concessas a Romanis pontificibus libertates et immunitates et indulgentias confirmat. Ferreira Mem. dos Templarios I. II. 807. — „Apostolicae sedis benignitate".

„ 30. „ — 15780β Fratribus militiae templi indulget, „ut in locis, quae de Saracenorum manibus poterint liberare, si non fuerint sedes episcopales, ecclesias construant, quae soli Romanae ecclesiae debeant subiacere". Ferreira Mem. dos Templarios I. II. 823. — „Quanto maiora pro".

Febr. 2. „ — 15782α Archiepiscopis, episcopis, prioribus aliisque ecclesiarum praelatis mandat, videant ne a fratribus templi Hierosolymitani „de novalibus vel de aliis terris, quas propriis manibus vel sumptibus excolant sive de nutrimentis animalium" decimae extorqueantur. Transgressores privilegii, si clerici sint, officio suspendant, si laici, excommunicent; cet. Ferreira Mem. dos Templarios I. II. 793. — „Audivimus et audientes".

Mart. 11. „ — 15811α *(Hugoni) Aquensi et (Ambrosio) Savonensi episcopis mandat, ut litem inter ecclesiam S. Mariae Castellanam et capitulum S. Laurentii super ecclesia de Molo determinent. Addit eandem causam a Lucio III. Aquensi et Vercellensi episcopis commissam fuisse. Desimoni Regesti p. 77. n. 256.

1186—1187.

Mart. 25. Veronae 15861 *α* Archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prioribus et aliis ecclesiarum praelatis interdicit, ne a fratribus templariis quartam partem eleemosinarum, a decedentibus eis relictarum, exigant; de eorum sepulturis ac ecclesiis benedicendis addit. Ferreira Mem. dos Templarios I. ii. 821. — „Quanto maiora dilecti".

Sept. 13. „ 15917 *α* Episcopo, archipresbytero et canonicis Lunensibus indulget, „ne tempus elapsum . . . . (contra?) ecclesiam eorum in praescriptione a quocumque valeat computari". (Mutila bulla.) Desimoni Regesti p. 116. — „Dum ecclesiarum iura".

GREGORIUS VIII. 1187.

Oct. Dec. †16082 *α* A fratribus hospitalis Hierosolymitani quidquam exigi vel privilegia eorum laedi vetat. Statuit, ut ab omnibus pedagiis, decimis et passagiis exempti sint nec teneantur ad reparationem alicuius civitatis. Praeter Romanum pontificem nulli episcopo subiecti sint. („Dat. Laterani, Non. Maii, pont. a. 2." Bulla falsa. Forma clausulae tempus Gregorii IX. revocat, cum in cancellaria Gregorii VIII. indictiones addi soleant; falsarius vero certe de hoc cogitavit.) In tabulario Maltensi Bullar. C. fol. 21[b], in bibl. publ. Lucensi ms. 988. f. 162[b], in bibl. nat. Paris. fonds espagn. 162. fol. 34[b]. Dedit Delaville le Roulx. — „Religionis vestrae meretur".

CLEMENS III. 1187—1191.

1188.

Ian. 17. Pisis 16134 *α* *Fratribus Ramesiensibus indulget, ne „mutuum contractum sine consensu capituli et contra utilitatem ecclesiae" eis praeiudicet. Hart and Lyons Cartul. de Rameseia I. 110. n. 570. — „Pervenit".

Apr. 20. Laterani 16214 *α* Fratribus Ramesiensibus de concedendis beneficiis ecclesiasticis et de monachis in eorum collegium admittendis privilegium dat. Hart and Lyons Cartul. de Rameseia II. 153. — „Si quando scriptis apostolicis".

Mai. 9. „ 16227 *α* Woldemaro, episcopo Slesvicensi, eiusque successoribus concessum a Kanuto, rege Danorum, et confirmatum ab A(bsalone) archiepiscopo Lundensi privilegium, ut eorum villici et coloni „ab omni gravamine regio vel officialium suorum liberi maneant et immunes", corroborat. Hasse Schleswig-Holst.-Lauenburg. Reg. p. 81. — „Intelleximus quod charissimus".

Iun. 8. „ 16275 *α* Omnibus, qui ad ecclesiam S. Mariae de Castello Ianuensem in festo purificationis S. Mariae (d. 2. Febr.) accesserint, indulgentiam concedit. Vigna Illustraz. di S. M. di Castello p. 473 teste Desimoni Regesti p. 79. n. 268. — „Dignum est et rationi".

1189.

Febr. 8. Laterani 16379 *α* *Compositionem inter fratres S. Bertini Sithienses et Claromarescenses super decimis quibusdam factam confirmat. Haigneré Les chartes de St.-Bertin I. 159. — „Iustis petentium desideriis".

1191.

Ian. 5. Laterani 16651 *α* *Ecclesias et clericos monasterii S. Bertini Sithiensis interdicto seu excommunicationi supponi sine rationabili causa vetat. Haigneré Les chartes de St.-Bertin I. 165. n. 375. — „Iuxta postulantium rationabilem voluntatem".

„ 5. „ 16651 *β* *Fratribus S. Bertini Sithiensibus et presbyteris eorum facultatem dat excommunicandi malefactores suos. Haigneré Les chartes de St.-Bertin I. 166. — „Cum postulantium desideria".



COELESTINUS III. 1191—1198.

1191.

Apr. 30. | Romae ap. S. Petrum | 16680α (Fulcrando) episcopo Tolosano mandat, ut „quae in eius ecclesia tum ex negligentia canonicorum, tum feneratorum ambitione, tum etiam parochianorum malicia faciente, tam circa spiritualia quam temporalia dissipata sint et consumpta", per censuram canonicam corrigat et emendet. Douais Cart. de St.-Sernin de Toulouse p. LXI. — „Ad hoc sunt ecclesiae".

Nov. 17. | „ (!) | 16761α (Opizoni) abbati S. Fructuosi de Capite-montis scribit, audivisse se, „quod Roasa, Ianuae civis, neptem suam Helenam invitam et renitentem et contra voluntatem matris suae Sophiae coegerit, ut sustineret se a quodam Bartholomaeo Ianuensi subarrari, nec in ipsum postea ullo tempore Helena consenserit nec ab ipso cognita fuerit". Mandat, causam investiget, et si ita sit, licentiam ei tribuat alium virum accipiendi. Desimoni Regesti p. 128. — „Ad nostram noveris audientiam".

1192.

Apr. | Laterani | 16860α Nobilibus viris dominis de Civitella praecipit, ut fratribus Sublacensibus roccam S. Sephani iniuste ablatam reddant vel proximo in festo ascensionis Domini (14. Mai.) iustitiam exhibituri conspectui apostolico se praesentent. („. . kal. Maii".) Allodi e Levi Il Regesto Sublac. p. 4. — „Dilectorum filiorum R."

Dec. 23. | „ | 16938 Universis episcopis, abbatibus, praepositis et alii clero per universum regnum Daciae constitutis mandat, apud C(anutum) regem insistant, ut (Waldemarum) episcopum Slesvicensem a captione (Waldemari) ducis, fratris regis, liberari faciat; quae nisi correcta fuerint, A(bsalonem) archiepiscopum Lundensem, apost. sedis legatum, totum regnum interdicto suppositurum esse. Ducem vero tam diu excommunicatum habendum esse, donec cum litteris archiepiscopi ad sedem apostolicam absolvendus venerit. Hasse Schleswig-Holst.-Lauenb. Reg. p. 90. — „Etsi sedes debeat".

(„ 23.) | („) | 16938α A(bsaloni) archiepiscopo Lundensi, apostolicae sedis legato, mandat, insistat apud C(anutum) Danorum regem, ut Waldemarum episcopum Slesvicensem a captione W(aldemari) ducis, fratris regis, liberari faciat. Quod nisi fecerit, totum regnum interdicto supponat. Ducem vero eiusque complices tam diu excommunicatos nuntiandos esse, donec episcopo satisfecerint et apostolicae sedi absolutionis causa se praesentaverint. Wrm Ripensem, Petrum Seelandiensem et Azcer Wibergensem episcopos, si cognoverit eos sceleri perpetrando operam adhibuisse, officio suspendendos esse, donec ad sedem apostolicam satisfacturi accesserint. Miratur, archiepiscopum non eam quam debuit diligentiam in corrigendo scelere adhibuisse. Hasse Schleswig-Holst.-Lauenb. Reg. p. 92. — „Cum Romana ecclesia".

(Dec. 23.) | (Laterani) | 16938β (16790 nostrae ed.) Canutum, Danorum regem, miratur pati, a fratre eius W(aldemaro) duce Waldemarum, episcopum Slesvicensem, in captione retineri; quem episcopum licet C(inthius) presbyter cardinalis tit. S. Laurentii in Lucina omnino non excuset, tamen eum vinculis liberari et in pristinum statum restitui curet. Nisi fecerit, totum eius regnum interdicto subiectum iri ab A(bsalône) archiepiscopo Lundensi, apost. sedis legato, donec corrigenda correcta fuerint. (Clausulae verba „Anno domini" cet. non emendanda, id quod fecit Hasse l. l., sed omnino reiicienda sunt, cum in autographo certe non fuerint. Hanc esse ad Canutum epistolam, cuius in duabus praecedentibus epistolis mentio fit, persuasum habeo, ideoque eam eodem die locoque scriptam esse ac illas suspicor. Hasse vero l. l. annum 1193 praefert.) Hasse Schleswig-Holst.-Lauenb. Reg. p. 95. — „Quanto magnitudinem tuam" („Ex parte siquidem").

1193.

Apr. 15. | Laterani | 16983α Omnibus, qui a vigilia pentecostes usque ad octavam visitaverint ecclesiam S. Mariae de Castello Ianuensem vel baptismum ibi receperint, indulgentias concedit. Vigna Illustraz. di S. M. di Castello p. 471 teste Desimoni Regesti p. 82. n. 288. — „Licet ex commisso".

„ 23. | „ | 16989α Ecclesiae S. Stephani Lavaniensis protectionem suscipit possessionesque et privilegia confirmat, petente Bardono archipresbytero. (Inter testes pro „Ludovicus

1193.

S. Pudentianae" leg. est „Iordanus".) Ravenna Memorie di Lavagna, 2 ed., Chiavari 1887, p. 234, quem librum non ipse vidi; Desimoni Regesti p. 129. — „Quoties a nobis petitur".

Iun. 17. (Laterani) 17018 α *Ecclesiae Mediolanensis possessiones et privilegia confirmat. Vide Giulini Mem. di Milano VI. 306.

1194.

Ian. 29. Laterani 17070 α Pro (Bernhardo) episcopo Paderbornensi contra monasterium Helmershusense sententiam a C(onrado) archiepiscopo Moguntino, episcopo Sabinensi, apost. sedis legato, super investitura abbatiae latam confirmat. Finke Westfäl. Urkundenb. V. 64. n. 156. — „Cum a nobis petitur".

Mart. 11. „ 17079 α Decano, Sifrido scholastico S. Cuniberti et magistro L. de Gradibus in Colonia mandat, ut, prolata a C(onrado) archiepiscopo Moguntino, episcopo Sabinensi, (apost. sedis legato) sententia super investitura abbatiae Helmershusensis, (Bernhardum) episcopum Paderbornensem vel procuratorem eius in corporalem rei adiudicatae possessionem inducant. Finke Westfäl. Urkundenb. V. 64. n. 157. — „Ex litteris venerabilis".

Mai. 26. Romae ap. S. Petrum 17107 α Templi Hierosolymitani protectionem suscipit, possessionesque et amplissima privilegia confirmat, bulla ad Gibertum magistrum. Ferreira Mem. dos Templarios I. II. 827. — „Omne datum optimum".

1195.

Nov. 16. Romae ap. S. Petrum(!) 17294 α Monasterii de Portu S. Mariae, rogatu Thomae abbatis, patrocinium suscipit eiusque possessiones et amplissima privilegia constituit. Gilbert Chartul. of S. Mary's Abbey II. 97. — „Religiosam vitam eligentibus".

1196.

Oct. 13. †17429 α Iohanni Kala anachoretae scribit, sese innocentiam vitae eius iam pridem a fide dignis agnovisse, nunc vero „a calumniarum tenebris clariorem emicuisse". Hortatur, „pergat et consumet cursum, quem inchoaverit", rogatque ut pro se et Romana ecclesia oret. (Epistola omnino fide indigna. Clausula est: „Vale, III. id. Oct. MCIVC.") De Gestis Suevorum sive Vita b. Ioh. Kala anachor., Neapoli 1665, II. 37. — „Summa cum animi".

INDEX INITIORUM.

Quem operi nostro adiungimus, Indicem Initiorum ita instituimus, ut prima bullarum vel brevium verba ordine alphabetico digereremus; quae quoniam tam medii quam recentioris aevi temporibus non iuxta unam eandemque legem orthographicam scripta sunt, — etenim v. gr. in privilegiis aut in libris manuscriptis modo „estimo, carissimus, caritas, Carofensis", modo „aestimo, karissimus, charitas, Karofensis" invenitur, — ubique antiquam scribendi rationem sequi non dubitavimus. Privilegium igitur indagaturus, quod incipit „Equum et rationabile", non ad rubricam E, sed ad A oculos suos dirigere debet.

Notandum praeterea est, numeros quos graecae litterae (α, β, γ etc.) sequuntur, in Supplemento, quos litterae „Add." sequuntur, in Addendis requirendos esse.

Porro cum et librarii et editores saepissime documentorum verba partim negligentia partim consulto transmutaverint, suadeamus lectori oportet, ut si primo loco verba quae requirit, non repererit, secundo tertiove ea investiget. Utamur exemplo: introitus „Piae postulatio voluntatis" in plus minusve 250 bullis legitur; pro quo invenimus etiam „Pia postulatio voluntatis", „Piae postulationes volunt", „Piae voluntatis postulatio"; quos corrigere introitus sane non nostrum erat, licet menda in eis inesse suspicemur. Aliud exemplum hoc est: unusquisque novit, multa saeculi VIII—XI. privilegia incipere verbis: „Quoniam semper sunt concedenda" aut „Quoniam sunt semper concedenda". Attamen in permultis libris, non antiquioribus tantum, verum etiam qui nostris temporibus eduntur, reperitur: „Quoniam semper sint concedenda" aut — quod peius est — „Quum semper" exindeque „Cum semper sint concedenda", quamquam plus semel repetitum est, siglam „qm" valere „quoniam". In his vel aliis eiusdem generis casibus lectorem ad recta initia revocare non omisimus.

Addamus pauca de verborum numero, quem in componendo indice elegimus. Vetus est documenta papalia citantibus consuetudo, ut duo vel tria, quibus incipiunt, verba laudent. Quam consuetudinem et ipsi secuti, unicuique regesto prima contextus verba adiunximus. Dicet fortasse aliquis, haec ad constituendum indicem non sufficere, in quo tot verba citanda sint, quot opus sit ad regestum unum ab alio discernendum. Cui respondere liceat: hoc fieri minime potuisse, tum quia apud plerosque numeros, ubi de privilegiis agitur, ne tota quidem arenga ad ea distinguenda sufficiat, cum praefationes tales: „Iustis petentium desideriis" etc., „Religiosam vitam eligentibus" etc., „Quotiens a nobis petitur" etc. sine ulla varietate privilegiis innumeris sint praemissae; tum vero quia canonistae medii aevi et regestorum editores nostri temporis non plura quam duo vel tria verba indicare soleant.

Quibus rebus impediti, modo unum, modo duo, modo tria vel quatuor verba citavimus. Neque enim, ut unam eandemque regulam ubique constanter servaremus, sed ut indicem constitueremus, in quo quod quaeritur, facillime reperiretur, prima nobis lex erat.

Restat, ut Bertholdo Lasch, Phil. Doct., qui in conscribendo indice pretiosissimum nobis auxilium tulit, gratias hoc loco agamus.

S. L.

INDEX TOMI I.

INDEX TOMI II.